QUAESTIONES IURIS TAM CIVILIS QUAM SAXONICI, PRAECLARISSIMI I.C.D. PETRI HEIGII...

Peter Heige, Giovanni Battista Coccini

NAZIONALE
VITT. EMANUELE
13
7 B
6



Quæstionum

Juris tàm Civilis, quàm Saxonici,

PRÆCLARISS. IC.

D. PETRI HEIGII,

STRALSUNDENSIS

POMERANI,

ELECTORUM ET DUCUM SAXON.

QUONDAM CONSILIARII, ET IN ACADEMIA

VVitebergensi Jurium Professoris,

Pars posterior;

Curâ & operâ

LUDOVICI PERSONII IC.

atq; in ead. Univers. Cod. Prof.

Adjectis summariis & duplici indice.

CUM GRATIA & PRIVILEGIO.



Typis Laurentij Seuberlich, impensis Samuelis Selfisch, Anno 1609.

EFFIGIES.

HEIGIUS, Antiſtes MUSARUM & IURIS ad
iſtam,
Corpora atque animi claruit EFFIGIEM.

SERENISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. CHRISTIANO II.

Electorum & Heroum potentiss.

DN. CHRISTIANI I. F.

DN. AUGUSTI N.

Sacri Romani Imperii Archimarscallo & Electori, Duci Saxoniæ, Marchioni Misniæ, Landgravio Thuringiæ, Burggravio Magdeburgensi:

Iuris Saxonici Patrono & Vindici augustiss.
Iustitiæ & pietatis Assertori gloriosiss.

DN, SVO CLEMENTISS:

HOC

PETRI HEIGII IC. ET ELECTORALIS aulæ Saxon: Consiliarii quondam, atque Professoris VViteb, fidi non minus, quàm solertis.

Posterius Quæstionum opus

AD

Ius Saxon. commune æquè, atq; provinciale conformatum,
Iustitiæ pariter ac pietatis cultum accommodatum.

Suo quodam Iure & fato debitum,

IN

Humill. subjectionis tesseram,
Devotæ gratitudinis argumentum,
Officii & publici & privati monumentum.

Ipsius autoris loco & voto.
Ejusque relictorum nomine.

Dic. consec. manc.

LUDOVICUS PERSON VViteb. I. U. D.

In posteriorem partem Quæstionum, D. PETRI HEIGII, IC. &c.

Summa licet brevior sit vita, & lubrica meta,
Casibus & curis exposita ambiguis:
Attamen illorum non emoritura refulget
Gloria, qui decorant pignoribus Themidem.
HEIGIUS, antè alios, ornatur jure trophæo,
Quotquot jura suis expoliere notis.
Nonne caput Tibris citus altiùs efferet undis?
Nonne retrò versis Sequana curret aquis?
Hos FœTUS, gelido nasci mirata sub arcto,
Quos, nece præventus, destituit GENITOR:
Macte animo virtute tui, GERMANIA, civis:
Quæq; Lycaonio SUNDA sub axe jaces.

Leonhartus Cöppelius Noribergensis,
I. U. D.



Quæſtionum, quæ in hac parte poſteriori continentur.

I.

Usura an jure divino vel humano licita: & proinde juſtane ſit conſtitutio Provincialis, quæ abſque probatione ejus, quod intereſt, quincunciales uſuras exigi permittit.

II.

Creditor ſi in ſuſcepta intereſſe probatione defecerit, an uſuras legitimas ex Nov. conſtitutione Electorali petere poſſit: Et, an judex nonnunquam, pro qualitate probationis, Reum ad intereſſe condemnare valeat.

III.

Utrum pacto contrahentium minus ſolemnis ſcriptura confirmetur, licet falſi ſuſpicio ſubſit: & an pactum de ſtando aſſertioni creditoris, ſuper eo quod intereſt, valeat.

IV.

De ſalutari in civilibus actionibus hominum pœnitentia: Quando conſilium mutare liceat: & cumprimis, an teſtibus nominatis vel productis, Item Inſtrumentis, interrogatoriis, aut inſpectione oculari, ab una parte renunciari, invitâ alterâ, poſſit.

V.

Pignus judiciale, an alij ſine nova inſinuatione pignori dari aut cedi queat.

VI.

An creditor hypothecarius cogi poſſit pignus ſuum cum reliquis vendere, vel id quod ſummam ſui debiti excedit, alij poſteriori creditori communicare: Et an creditores, evicto pignore vendito, teneantur.

VII.

De executione parata ex Inſtrumentis publicis & privatis propter conventiones partium, ſtatuta aut conſuetudines: An fidejuſſor in ejuſmodi inſtrumento obligatus, propter periculum executionis imminens, ante ſolutionem adverſus debitorem ad liberationem agere poſſit.

VIII.

De remediis L. diffamari C. de ingen. manum: & L. ſi contendat ff. de Fidejuſſor. Et an agnatus jam alioqui de feudo inveſtitus,

INDEX.

vivo ejusdem possessore, ad declarationem Iuris successorij, in futurum sibi competentis, agere possit.

IX.

An in transactione, ob enormem læsionem, remedium L. 2. C. de rescindenda vendit. locum habeat.

X.

De ludis vetitis aut permissis, & in specie de alea lusus, sponsione & transactione ex ea caussa facta: De ludo latrunculorum, quem Schachicum & Scacarium vulgo vocant.

XI.

Privilegium fori Scholaribus ex Auth. Habita. C. ne filius pro patre, &c. competens, an etiam in caussis criminalibus locum habeat. & unde ritus inaugurationum Scholasticarum originem habuerint.

XII.

Ususfructus, parenti ex bonis filij adventitiis debitus, an ei tacite auferri possit.

XIII.

Mater an à tutela excludi queat, quando in testamento nulli certi tutores, sed incerti sunt nominati.

XIV.

An uxor, maritum vagabundum, aut ex caussa necessaria vel probabili absentem, exularéve jussum, invita sequi, cogi possit.

XV.

Merces in tabernis, an mobilium loco habenda, & eas maritus lucrari possit, & quid de lectorum supellectile in publicis diversoriis sentiendum.

XVI.

In caussis matrimonialibus an transigere liceat: Item quatenus juramentum in supplementum admittatur: & an pro vel contra matrimonium in dubio pronunciandum sit.

XVII.

Insinuatio donationis caussa mortis, rerum potissimùm immobilium, an coram judice, sub cujus jurisdictione res illæ sitæ sunt, in terris Saxon. fieri debeat.

XVIII.

Vasallus alienando feudum sine Domini consensu, an jure Sax. privandus sit eo statim, ubi tradidit, an vero insuper necessaria sit to-

ram

ram Domino facta resignatio Et antequam Dominus suo jure utatur, utrum revocare à possessore possit. XIX.

Major factus, & intra quinquennium feudum alienatum non revocans, an adhuc contra tit. C. si major factus &c. revocare; an vero beneficio fratris minoris consortis, auxilium restitutionis in integrũ implorare possit aut debeat. XX.

Dominus an teneatur ex feudo, suo assensu, cum clausula, juribus Domini in omnem casum salvis, oppignorato, sibiq; aperto, aes alienum exsolvere. XXI.

Duobus judicibus simul de diversis caussis cognoscentibus, & sententiam unam ferentibus, quorum ab uno appellari potest, ab altero minimè, an nihilominus ab omnibus sententiæ capitibus appellatio interponi possit. XXII.

Cujus sit magistratus indulgere reis pœnæ veniam, aut salvum conductum, & de venialium codicillorum justa interpretatione: Item restitutione damnatorum. XXIII.

De executionibus criminalium judiciorum, an Magistratib. vel subditorũ expensis de jure vel more recepto, fieri debeant, & an post pœnam criminalem à reo sumptam, cesset actio civilis rei persecutoria contra heredes. XXIV.

De criminib. publicis capitalibus, quatenus privatim transigere liceat: Et an magistratus facinorosis pœnæ gratiam facere queat: vel aliud reis subsidium, in Asylis, locis sacris, vel intercessionibus relictum sit. XXV.

De delictis à domesticis & apparitorib. Principis in civitate commissis, an agnoscat civitas vel Princeps superior. XXVI.

De vera & falsa Medicinæ discrimine: An Medicus ob perperam adhibita medicamenta, & insecutam mortem teneatur, & quomodo puniatur. XXVII.

De ocij & desidiæ pœna, Mendicantibus validis & impostoribus & stellionibus, qui sub prætextu falso stipem corrogant, & hominibus imponunt. XXVIII.

Stuprum in sponsa aliena commissũ an ad Legẽ Iuliam de adulterijs, pertineat, aut pœna adulterij aliave mitiori puniri debeat.

XXIX. Adulterium quid sit, quæ eius pœna ex L. Romulia, Iulia & Principum Romanorum decretis & constitutionibus: An in nuptam, quæ meretricio more vivit, adulterium committatur.

XXX. De furti specie peculiari, ubi aratrum quis abstulisse aut corrupisse arguitur.

XXXI. De famosis libellis, qui tales dicendi, eorundem pœna, & quando locum habeat vel non: Item an iis contra Principem, crimen læsæ majestatis committatur, cum aliis ad hoc crimen pertinentibus.

XXXII. De Plagio & diffidatione, deq; horum criminum pœnis & exemplis, de judicibus, qui se aut socios suos sponte revelant, exhibent: & de impunitate reis quandoq; promissa.

XXXIII. Parricida utrum heres parentis sui seu capax paternæ hereditatis esse possit: Et cui portio illa, an coheredibus, an vero Fisco sit deferenda.

XXXIV. Liberi utrum parentis occisi necem vindicare teneantur, eoq; non facto, an se indignos hereditate paterna reddant.

XXXV. In crimine veneficij inquisitis vel accusatis, an & quomodo copia indiciorum dari debeat.

XXXVI. De his qui sibi mortem consciverunt.

XXXVII. De cadaveribus reorum aut damnatorum & an ab his aut brutis animantibus, rebusq; inanimatis, pœna exigi jure possit.

XXXVIII. De excellentia reliqua in homine rationis: de perturbationibus mentis, & actionibus affectionibusq; eorum qui insaniâ furore, stupiditate. Melancholiâ, aut amore vehementi, laborant quidq; de horum contractibus & delictis ex jure statuere oporteat.

XXXIX. De purgatione per aquam frigidam vetita, & illicitis explorationum speciebus, contra illarum veteres & novos patronos. De cruentatione cadaveris interfecti, an hæc duo inter legitima indicia debeant collocari, & quam rectâ ratione nitantur.

XL. An de aquis & fluminibus investitus fluviatica incrementa, Iure feudi præcipuè, sibi vindicare, sublato alluvionum Iure, possit, & cujus jurisdictionis censeantur, quæ per alluvionem accreverunt.

QUÆSTIO PRIMA.

Vsura an iure divino vel humano licita: & proinde iustáne sit constitutio Provincialis, quæ absq; probatione eius, quod interest, quincunciales usuras exigi permittit.

SUMMARIA.

1 Vsura an licita, & inter Theologos & Iurisconsultos ardua semper fuit contentio, taq; superioribus adhuc annis Ratisbonæ ventilata, & nu. 9. & nu. 146.

2 Multa cum pietate pugnare videntur, quæ tamen non pugnant: & contra.

3 Vsuræ quincunces in mutuo post Iustin. legem, constitutionibus provincialibus passim admittuntur, de quarum iustitia multi dubitant. Hinc quæ pro negativa adduci possunt, traduntur usque ad nu. 29. Quæ verò pro affirmativa, ab authore approbata, à d. nu. 29. usq; ad nu. 105. inde usq; ad finem responde- tur ad contraria.

4 Vsuras illicitas esse probatur (1.) ex ll. divinis tàm veteris quàm novi testamenti, sed respondetur nu. 105 cum multis seqq. & cumprimis nu. 109. & num. 116. & nu. 119. & usq; ad nu. 135.

5 Ex (2) Canonib. Apostolis adscriptis, & Conciliorum, tàm quo ad clericos quàm laicos, traditionibus, pœnis etiam in transgressores constitutis, sed vide num. 133. cum seqq. & nu. 156.

6 Patrum (3) scriptis & dictis, sed quomodo vide nu. 135.

7 Ex Scholasticorum (4) & Canonicorum Dd. sententia, sed vide nu. 94.

8 Ex Theologorum (5) nostratium opinione, de qua tamen vide numer. 99. cum aliquot seqq. & nu. 145.

10 Iure itidem (6) civili & humano, verùm vide passim infrà, & imprimis nu. 88. & nu. 89. & nu. 100. & nu. 143.

11 Rationibus (7) Philosophorum sed respondetur remissivè nu. 147. cum seqq.

12 Vsura fera est ἀνθρωποφάγος: Item legalis prædo Rapina bonorum, exactio iniquissima: Et fœnus animæ funus nu. 16. qua de re & num. 155.

13 Exemplis etiam (8) Græcorum & Romanorum: Sed quid de illis sentiendum, traditur. nu. 154. de hisce nu. 158.

14 *Similiter dictis (9) scriptis & institutis illustrium & politicorum virorum. & numer 150.*

15 *Fœneratores homicidis, latronibus, furibus, harpyiis comparantur.*

17 Ex Nov. (10) *Leonis, vel Basilij imp. post Iustinian. sed quomodo intelligenda traduntur nu. 157.*

18 *Imp aut Papa, prohibitioni usurarum, contrariâ sanctione. non possunt derogare, & adde nu. 143.*

19 *Hæretici pronunciati sunt in Concilio Viennensi, qui usurarum exercitium peccato vacare existimarunt.*

20 *Constitutionibus deniq. (11) Imperialibus contractus fœneratitii prohibentur, adeoq. ut nec in Camera ex mutuo usuræ adiudicentur, & vide num. 102. & inprimis nu. 159.*

21 *Qui novissimè de prohibendis usuris disputarint, remissivè.*

22 *Viro bono non convenit, malum bonum, tenebras lucem appellare,*

23 *Usura per se, & in suo genere considerata, res mala aut peccatum non censendo, sed ex adiuncto potest fieri peccatum, nu. 110.*

24 *Bonis ubivis immixta mala.*

25 *Inter venena, etiam bona inveniuntur.*

26 *Ex malis excerpendum. si quid inest boni.*

27 *Virtutes interdum pro vitiis, & vitia pro virtutibus habentur.*

28 *Vitia in melius possunt reformari*

30 *Usura, cum improbo fœnore, non permiscenda.*

31 *Usuram per se licitam, probatur, præter alia (1) ex Deut. cap. 23. v. 19. de cuius loci intellectu, & causa permissionis num. 33.*

32 *Peccata, quæ per se sunt. non permittit Deus, etiam ad bonum finem: nullâ inter personas adhibitâ distinctione nu. 101.*

34 *Israelitis si licitum fuerit, iustè extraneis pecuniam sub usuris dare, cur non etiam Christianis? si ead. militat ratio & nu. 36.*

35 *Spolia Ægyptiorum debebantur Israelitis pro labore ibus ut stipendia.*

37 *Usuræ (2) propter negotiationum civilium usum necessarium probandæ, & eo iure, quo illæ, aliiq. contractus, tolerandæ: & idcirco multorum contrariæ persuasiones cohibendæ nu. 16.*

38 *In nummis esse negotiationem, negant multi. Sed contrarium verius numer. 41. quod nec veteribus in mutuo incognitum nu. 48. cum seq. Et eius exemplum illustre in l. Titius 24. de præscrip. verb. nu. 54. aliudq. nu. 59.*

39 *Nummus commerciorum gratia repertus, non tantùm ut esset eorum organum, sed & ut difficultatibus permutationum æqualiter subveniret, & numer. 42 cum seq. & cum alio quoque permutaretur, adeoq. eius usus duplex, num. 46.*

40. Num-

40 *Nummus licet per se fructum non ferat, accedente tamen hominis industria, potest & nu. 47. unde proprietas ab usu eius discernitur nu. 57. & nu. 118. quod & in aliis rebus sua natura sterilibus, fieri assolet nu. 64. & 66.*

44 *Surrogatum sapit naturam eius in cuius locum surrogatur.*

45 *Pecunia, sua natura distractioni parata, & de numero rerum est quæ servando servari nequeunt.*

49 *Nummi locari interdum & conduci possunt, & qui olim conductos habere dicebantur, & adde nu. 58.*

50 *Mutuum & fœnus simul considerari possunt.*

51 *Res per locationem concessa, postea mutuò accipi: & empta ex pacto, postmodum conduci potest.*

52 *Locatione domus facta, conveniri potest, ut interim aliquid pendatur.*

53 *Pecuniam mutuò accipiens, & quasi constituta pensione eam conductam habens, modicè aliquid, ut inde solvat, non videtur prohibitum.*

58 *Nummi in societate etiam fructificare videntur.*

59 *Nummorum usus, in commodato, precio constituto, vendi potest, qui secundarius appellatur.*

60 *Contractus plures, in uno negocio de iure concurrere possunt.*

61 *Vsuræ (3) propter pecuniæ usum & fructum, civilibus commerciis inservientem, admittendæ, vel ipsa experientia urgente nu. 67.*

62 *Vsura à Iurisconsultis vocatur fructus & reditus, ex pecunia redactus.*

63 *Vsusfructus in pecunia constitui potest non secus atque in aliis rebus, & nu. 69.*

65 *Vsura, pensioni rei locatæ comparatur.*

68 *Vsura, propter usum pecuniæ, iustè exigitur, eoque cessante, non debetur.*

70 *Vsura, ab eo quod interest à causa, ab accessione non multùm differt.*

71 *Vsuræ (4) concessio tam commoda, quia nummi inventio, præsertim cum sit medium accipiendi pecuniam alienam, quod qui tollit, contractus è repub. tollat oportet, num. 74.*

72 *Vsuræ nihil aliud sunt, quàm congrua & æquabilis, temporarii æris alieni usus compensatio.*

73 *Interusurium accipitur pro intervallo, quo usuræ non currunt.*

75 *Vsuræ omnimodam prohibitionem multa comitantur incommoda & inconvenientia & nu. 69.*

76 *Necessitas, ut in aliis, ita & in usuris ius facit.*

77 *Vsurarum quincuncium præstatio (5) proximi promovet charitatem, quæ legis divinæ est finis, & num. 110.*

78 *Vsura secundum quosdam triplex, compensativa, punitoria, & lucratoria, cuius priores duas species etiam usurarum impugnatores, non adeò improbant.*

79 *Lucratoria licet videatur iniqua eius tamen petitionem etiam tum, quando mora nulla commissa est, tolerabilem leges permiserunt, & num. 25. ubi ratio subijcitur. num. 83.*

80 *Nemo ex suo beneficio decipi aut damnum sentire debet & nu. 87.*

81 *In mutuo, aliquid temporis, ad utendam pecuniam, debitori est relinquendum.*

84 *Tutius est paciscí, accepto modico, ob pecuniam datam, quàm singularis interesse probationem, quæ difficilis est suscipere.*

85 *Interesse, definitam usuræ quantitatem excedere potest.*

86 *In incertis, præstat aliquod esse extremum.*

88 *Usuræ maximè sustinentur Iuris præsumptione, quâ creditor, suâ pecuniâ in negociationem collocatâ, lucrum facere intelligitur. & nu. 95.*

89 *Æquum est, ut debitor pro lucro, ex pecunia mutuatitia acquisito, aliquam inde portionem creditori largiatur.*

90 *Obligatio ad ἀντίδωρα, naturalem in se habet æquitatem.*

91 *Beneficium licet non semper sit gratuitum, tamen non desinit esse beneficium.*

92 *Pro beneficio gratuito, honorarium aliquod exigere & accipere, non omninò prohibitum.*

93 *Usuræ quincuncis præstationem (6) suadet ipsius moderatio.*

94 *Quæ & ipsis Ecclesiasticis scriptoribus & Canonum observatoribus placet.*

96 *Usurarum stipulatio, ad modum emptionis annuorum redituum, quæ Iure concessa, etiam concedenda, nec delinquendi ansa præbenda & nu. 144.*

97 *Emptio redituum, in paucis, ab usura differt.*

98 *Usurarum quantitatem licitum est Principi (7) definire, ex multorum Theolog. atque Iurisconsultorum sententia.*

102 *Imperii statibus rectè placuit ut deinceps mutui nomine usuræ quincunces à tempore moræ adiudicarentur.*

103 *In Pomerania Megapolonia quincunces usuræ constitutionibus permissæ, & autoritate Imperii comprobatæ.*

104 *Electorali Constitutione 30. par. 3. idem concessum.*

105 *Usura quibus appellationibus in sacra pagina notetur: ubi & dicta eiusdem explicantur.*

107 *Scriptura tota, una est copulativa.*

108 *Usuræ lex, pertinet ad posterius legis divinæ præceptum, quo proximum æquè, ut nos, amare admonemur.*

109 *Usura, quæ sine incommodo proximi præstatur, lege Dei non est prohibita.*

111 *Contractuum & permissorum, & prohibitorum, ut diversæ sunt causæ, ita etiam usurarum.*

112. *Inter personas mutuum accipientes, distinguendum maximè.*

113 Negociatio quæstuosa, vacans incommodo proximi, etiam in scriptura commendatur.

114 In usurarum exactione ad qualitates adiunctas respiciendum potissimùm,

115 Multa in scriptura simpliciter prohibentur, ut iurare, iudicare, &c. quibus tamen salvâ conscientiâ rectè utimur: Et proinde abusus saltem taxatur.

116 Vsurarum abusus, aut fœnerandi tantum libido, in scriptura notatur & damnatur.

117 Quæcunq; volumus ut nobis faciant alij, eadem & nos ipsis.

118 Lucæ locus cap. 6 ver. 30. cum seq. explicatur.

119 Lex scripturæ, usurarum prohibitiva, non moralis, sed politica est, eas in universum non improbans.

120 In usuris etiam permissis exigendis, mentis sanæ iudicium adhibendum, nec dilectio proximi negligenda est, sed omnes circumstantiæ diligenter perpendendæ & num. 125.

121 Iudices, in usurarum negocio æquitatem à iure nunquam seiungere debent.

122 Multa honesta lex suadet, quæ tamen non imperat: & quædam ex causa permittit, quæ simpliciter non probat.

123 Legibus non omnia vindicari possunt.

124 Quisq; suarum actionum optimus arbiter & testis.

126 Mundo utendum, non abutendum.

127 Non tantùm quæ sua sunt, quis spectare debet, sed etiam, quæ sunt aliorum.

128 Avaritia, quæ radix malorum, à quolibet vitanda.

129 Quæstus magnus, pietas cum animo suâ sorte contento.

131 Tres hominum ordines, in mutui quæstione, secundùm aliquos considerandi.

132 Mutuum hinc triplex: eleemosynarium, proprium, usurarium: quibus quartum fœneratitium, adijci potest.

134 In Canonibus & concilijs non tàm usus, quàm abusus usurarum prohibitus censetur, & in ijsdem simulachrum quoddam usurarum relictum reperitur, & nu. 136.

137 Iure Can: & id, quod interest, & casus multi, hic ex parte relati in quibus usura licita probantur.

138 Redituum annuorum comparatio eod. iure admittitur.

139 Cambiorum contractus nec eod. planè reijcitur.

140 Subditus inde pro pecunia reipubl. tempore necessitatis data, potest iustè usuram ab eadem accipere.

141 Cc. concedunt. ut damna & interesse, à tempore moræ, licitè exigantur.

142 Cuius interesse quantitatem, usque ad octo, in centum, ascendere permittunt.

143 In usurarum permissione magis iuri Civili, quam Pontificum decretis standum.

144 Vsuram moderatam admittere consultiùs est, quàm speciosis interesse, redituum, Cambiorum & montium pietatis titulis, in pauperes grassari & nu. 153.

149 Cuilibet suæ utilitati, sine alterius incommodo, inservire licitum.
151 Aristoteles lib. 1. polit. cap. 7. explicatur.
152 Decisio quæstionis usurariæ ad Iurisconsultos magis, quàm Philosophos spectat.
156 Iustinianus Imp. in hoc usuræ argumento Nicæno concilio sese non subiecit.
160 Legislator publicam utilitatem ut consideret, plurimùm refert.
162 Puris omnia pura sunt pollutis verò omnia polluta.
163 Conscientia vera illa est quæ ex iure, seu fontib. legum scriptarum informatur & num. 166.
164 Conscientiam hominis, vincere debet conscientia legis.
165 Conscientia publica & communis, privatæ præferenda.
167 Magistratus facilis esse non debet in abrogandis legibus civilibus.
168 Vsuris quincunciabibus potiùs, quàm aliis contractibus feneraticiis locus est dandus.
170 In usurarum exactione non magis Iudæis quàm Christianis connivendum.

1 Um nonnulla sint in jure nostro, quæ cum pietate pugnare videntur, tum illud caput, ubi de usuris quæritur, multas & magnas semper inter viros doctos &
2 religiosos dubitationes habuit. Etenim non in schola tantùm Theologorum, sed & Iurisconsultorum, acerrima semper de hoc contentio extitit: ac licet fateamur, plura interdum pugnantia cum pietate videri, quàm re verà talia sint: & quædam non videri, cum sint tamen, ut prudentissimè monuit aliquando *Philippus Custosius I C. excellens*; Nihilominus omnium judicio usuras multis modis in Christianam reli-
3 gionem impingere posse, satis constat. Nunc verò, cum nō tantùm in his regionibus usu receptum sit, usuras quincunces in mutuò spontè solvi, & ab invitis exigi: idemq; post legem Iustiniani Civilem Constitutionibus provincialibus particularibus passim comprobetur; neq; desinit tamen, qui de justicia illarum Constitutionum dubitent, operæ precium est videre, quàm justâ rationi hi nitantur, & an hîc aliquid pietati & religioni contrarium liceat notare. Videndum igitur principiò, quibus rationibus moti Canonistæ & alij, usuras omnes damnent: adeò, ut illas nullo modo potestas, vel Spiritualis, vel secularis, permittere posse credatur.

Ac magni profectò momenti est, quod ex Legibus divinis iidem afferunt: Nam ibi quidem à fratribus nostris usuram exigere omnino prohibemur, ac inter notas viri justi & beati collocatur, si quis pecuniam non dederit ad usuram: maledictioni divinæ ascribitur, incidere in manus fœneratoris. *Exod. 22. v. 25. Levit. 25. v. 36. Deuteronom. 23. v. 19. 20. Esdra. 2. v. 7. Psalm. 15. v. 5. psalm. 109. v. 11. Prov. 28. v. 8. Ezech. 18 v. 13. & c. 22. v. 12.* Idemq; in novo fœdere à Salvatore nostro Iesu Christo repetitum *Lu. 6. v. 35. 36.* legitur, mutuum dando, nihil inde sperãdum esse. His addi 5
solent, quæ ex Canonibus, Apostolis ascriptis, & Conciliis diversorum temporũ colliguntur, in quibus omnem usuram damnari, certò constat, & non tantùm in Clericis, sed & laicis: pœnis etiam in transgressores constitutis, *Canon. Apost. c. 43. Concil Nican. 1. c. 18 & in extrava. c. 52. Concil. Eliberin. cap. 20. Concil. Arelaten. c. 12. Laodicen. cap. 5. Carthaginem. 3. c. 16. Constantinop. 6. gener. in Trullo habito c. 10. Lugdunen. generali sub Gregorio 10. Concil. Viennensi sub Clemen. 5 quorum Conciliorum mentio ex parte facta est apud Photium in Nomocanon tit. 9. ca. 27. partim & in jure Canonico c. non licet. c. sicut distin: 46. & distin. 47. c. 1. & seq. c. ministri cum seq. 14. q. 4. c. usura 14. q. 3. & alibi.* In eademq; sententia sanctos pa- 6
tres Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Bernardum & alios fuisse non dubium est, & citantur illorum dicta *c. 1. & seq. 14. dist. 3. & 4. August. in psal. 15. 36. 74. Hieron. super Ezechiel. Ambr. in lib. de Thobia c. 15. 14. Bernard. epist. 322. Basil. in d. Psal. 15. Lactant. Firmian de vero cul. lib. 6. c. 18.* Scholastici & Canonici Doctores idem 7
docuerunt *Thomas in 2. 2a. q. 78. & 14. q. 3. 4. Durand. lib. 3. Sent. P. Lombard. dist. 37. Conrad. Sumenhart. de contractibus. q. 24. conclu. 2. Ioan. Nider. tract. de Contract. Mercat. c. 3. nu. 14. Ioan. Andr. in Mercur. q. 52. nu. 1. & c: cum aliis relatis per Covarr. resol. lib. 3. c. nu. 5. & c.* Inter Theologos nostri temporis & reformatores doctrinæ 8
purioris etiam extiterunt, qui omnẽ usuram improbarunt, *Mart. Luth. homil magn. de usura. Ao. 1519 edita Tom. 1. Germ f 203. a. Phil. Melanchth. in Catech magna sub. præcep. 7. Culman. in exam. Theolog. Ris. de usura. Bened. Aretius in probl. par. 2. Hemmin. in Enchirid. theol.*

class.4 cap.6.tit. contractus. Wolfgang. Muscul. Dusanz in tract. de V-
9 *suris ad psal.* 15. *& alij.* Estq; superioribus annis Ratisbonæ à quibusdam Theologis adeò exagitata hæc controversia, ut ijdem hæreticos pronunciarent, quicunq; cuiuscunq; usuræ defensionem susciperent, & officio suo quidem abire, quàm conceptam opinionem mutare, mallent.

10 De jure humano & Civili similiter ambigi non debet, cum contra naturam quibusdam visum sit, pecuniam, quæ res est sterilis, aliam pecuniam parere: imò latrocinii speciem, licet honestiorem, in usura esse, multis policitis persuasum est: eoq; usuras in Repub. benè constituta nullo modo ferendas judicarunt. *Aristot. Ethic. lib.4.c.1. Polit. lib.1.c.6.7. Plato de Legib. lib.5. Patrit. de*
11 *Repub. lib.6. cap.3. Bodin. de Repub. lib.5.c.2.* Rationes Philosophorum sunt istæ: quia nempe usura naturalem pecuniæ usum, commutationibus rerum in defectum permutationis destinatum, pervertit: & cum mensura rerum nummus esse debeat, usura ipsam pecuniam commutabilem efficit. Deinde quia monstrosum ortum pecuniæ ex pecunia quærit. Tertiò: quia aut nō ens vendit, aut bis idem vendit. Quartò; quia usum à re, quæ est omninò inseparabilis à suo usu, divellit: & deniq; infinitè pecuniam expetit, & avaritiæ fenestram aperit. *Ioan. Cas. ad Arist. Polit. d.c.7. Ioan. And. in Mercur. q.52. num.18. cum mult. se latè Covarru.*
12 *lib.3. resolu. c.1. nu.5. Cacheran. Pedemon. decis. 137. nu.7.* Inde *Aristophanes in Nubibus,* usuram feram esse ἀργυροτόκον, ait, quæ procedente tempore pecuniam gignat.

13 In Græca Atheniensium Republica δίκη χρέως ex causa mutui ad idem fungibile in suo genere dabatur, neq; actio hæc usuras admittebat, *secundum Demosthenem in Orat. adversus Nicostrat. Ioachim. Steph. de jurisdict. Græcorum c.14.* Lycurgus, Spartanis: Agis, Atheniensibus, omni fœnoris exercitio interdixerūt. Ac Lucullus omnem Asiam, fœnore demersam, liberavit: sicut & Cato totâ Siciliâ fœneratores exegit: referturq; *ab Arist. Polit. lib.6.c.4.* Oxyli Lex, super Agricolarum fundis fœnerari prohibens: & quid Prisci Rerumpub. conditores senserint de hoc

nego-

negocio, diligenter annotarunt. *Alex. ab Alexan. genial. dier. lib. 1. c. 7. & ibi noviss. Tiraq. in Semestribus.*

Romani non minore diligentiâ malum hoc avertere à sua Repub. conati sunt, testis cum primis *C. Tacitus annal. lib. 6. in illis verbis*: Sanè vetus urbi fœnebre malum, & seditionum discordiarumq; creberrima causa: eoq; cohibebatur antiquis quoq; & minus corruptis moribus: Nam primò duodecim tabulis sanctum, ne quis unciario fœnore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletium agitaretur: dein rogatione tribunitiâ ad semuncias redacta: Postremò vetita versura, multisq; plebiscitis obviam itum fraudibus, quæ toties repressæ, miras per artes rursum oriebantur.

Fuerat & Iulii Cæsaris Dictatoris Lex de modo credendi, possidendique intra Italiam. *Sueton. in Iulio cap. 42.* Et notavit aliquos Augustus, quod pecunias lenioribus usuris mutuati, graviore fœnore collocassent, & testantur sequentium, Tiberii, Pii Severi, & aliorum Impp. gesta, semper cum hac indomabili fera Remp. colluctatam fuisse. *Taci. d. lo. Meno. de arb. li. 2. c. 398. nu. 1. & seq. Aerod. rer. jud. lib. 4. tit. 1. c. 2. & seq. tit. 10. cap. 1. & seq. Ren. Choppi. de Doma. lib. 2. tit. 6. in fin. Cujac. lib. 21. ob. 9 Cachera. in Pedemon. Decis. 137. nu 6. & c. Arnold Ferro ad Cons. Burd. lib. 2. tit. 8. pag. 295. Iul. Capitol. in Anton. Pio. Lamprid. in Severo Alexand.*
Hinc dicta & scripta illustrium virorum de hoc malo fœnera- 14
tores homicidiis, latronibus, furibus, & harpiis, comparantium,
Catonis scilicet & aliorum, maximeq; *Plutarchi*, qui librum sin- 15
gularem etiam scribere de hac re voluit, & post hunc *Alphonsus Hispaniarum Rex* idem sensit, adjiciens, fœnus esse animæ funus. *Anton. Parnomi. de dict. & fact. Alphon. lib. 3 c. 34. lib. 4. cap. 16. &* hos procul dubio ex nostris imitati sunt, qui dixerunt, post *Bern-*
hardum: Usuram esse legalem prædonem, quia scilicet prædicit, 16
quod intendit. *Salice in auth. ad hac q. 24. C. de Vsuris. Ioan. Andr. in d. mercur q. 52. num. 8. Modest. in. Pisto. cons. 47. num. 24. lib. 1.* Alii rapinam esse bonorum, exactionem iniquissimam, dixerunt. *Bal. cons. 440. num. 8 par. 3, Roland. à Valle cons. 55. num. 12. 13 lib. 2. An-*

17 *Natta.cons.493. num.23.lib.* 3.Quod autem ipsam juris civilis dis-
positionem attinet, licet ea usuras stipulari,aut ex mora deberi,
ad certum modum semper concesserit: Tamen, post Iustinia-
num Imperatorem,Leo,vel Basilius pater potiùs, Novellâ con-
stitutione generaliter omnem usuram abolevit,pro ratione ad-
dens,ne dum humanum jus observamus,legem DEI transgre-
diamur: meminit *Harmenop. in Enchi. lib. 3. tit. 7.in fin.* Ac de
sententia ipsius Iustiniani,qui Conciliis & Canonibus suas san-
ctiones subjecerit, idem constituendum fuisse, sunt, qui existi-
18 mant ex *Dd. in l.* 1.*C.de summa trinit.* Imò tantam hîc vim esse
Canonum,& ipsius divinæ legis,ajunt, ut nullâ civili lege usuræ
permitti potuerint, & non tantùm Imp., sed nec Pontificem i-
psum prohibitioni Usurarum,contrariâ sanctione,derogare pos-
se credunt: adeò,ut neque Iudæis facta permissio valeat: neque
ob majus malum vitandum excusari possit: & nominatim hære-
tici pronunciantur in Concilio Viennensi, qui Usurarum exer-
19 citium peccato vacare contendunt. *Ioan.Andr.d.q.52.Fortun.
Garzia.de ult.fin.jur.num.83.& seq.num.103.& seq. Covarru.d.lib.
3.c.1.num.5.6.& seq. Petr.Royz.in Lituan.decis.1.num.1.& seq. Ca-
chera decis.137 num.18.Eman.Soar.in thesau.recept.Sent.verb.Usuræ
num.76.Berous ad rubr. ext. de Usur.num 80.Ias.in § omnis numer.
14.Instit. de actionib.Peck. in c.quod alicui 67.nu.2.& seq. de reg ju.
in 6 Strac.de Mercatur.par.1.num.27.36.37.Iul.Clar.in pr.crimin.§.
20 usura num. 1.& seq.* Et his denique pro complemento adjici
potest,quod Constitutionibus Imperii Germanici passim fœne-
raticii contractus improbantur,& annuorum redituum emptio,
sub pensionibus quincuncibus,tantùm permittitur;unde proba-
biliter colligi potest,ipsas usuras in mutuò approbatas non esse:
cui argumentum præbet, quod in Camera Imperiali ex mutui
causa usuræ non adjudicantur,& licet ita Anno 86.VVormaciæ
Deputatis ordinum Imperii quibusdam placuisset constituen-
dum,non tamen recepta sit ab omnibus ea opinio,sed in Comi-
tiis Ratisbonensibus, Anno 94 celebratis, in sequentis anni
Conventum,Spiræ à Deputatis celebrandum,rejecta.

Cum

Cum hæc omnia ita se habeant, & plura, istis similia, proferri possint, ac contra usuras novissimè ab *Alphonso Villagut Neapolitano*, & *Petro Binsfeldio*, *Petro Gregorio*, *Lælio Zecho*, itemque *Wolfgango Musculo* copiosissimè disputatum sit, non immeritò quis dubitet, an deinceps pro usuris verba facere expediat. 21

Certè ut fœneratorum fraudibus patrocinarer, ne tantillum quidem scribendum putarem: neque convenire viro & civi bono judico, malum bonũ, tenebras lucem appellare. *Esai.* 5. *ver.* 21. multò minùs adversus expressas divinas tabulas, more Gigantum, depugnare. At si verum esset, quod ante nos magni viri senserunt: Usuras ipsas per se, & in suo genere consideratas neque malas, neque turpes, appellari debere: sed ejus bona malave, ex adjuncto æstimanda: quis Orationem pro usura interdum honestam esse posse negaret? Sunt in universa rerum natura immixta bonis mala, & hisce rursum bona: ita ut venena quædam bona invenire liceat, teste *antiquissimo Homero & ICto Cajo in l. qui venenum* 236. *de verb. signif. Tiraq. de nobil. cap.* 31. *num.* 566. *& c.* & teste *Nazianzeno Orat.* 1 *de Theol.* quæ per se bona sunt, si non benè quoque tractentur, boni gratiam amittere solent. Imò quidem mala non saltem fugere debemus, sed & ex ijs excerpere, si quid insit boni. Queritur *Salustius*, nos vera rerum vocabula amisisse: & *Horat. Serm lib.* 1. *Satyr.* 3. nos virtutes ipsas invertisse, atque sincerum vas interdum incrustare: & rectè *Lactantius lib.* 6. *cap.* 14. etiam Philosophos, virtutes quasdam pro vitiis, & vitia pro virtutibus, habuisse, & declarat *Dana. Ethices Christi. lib.* 1. *cap.* 2. 9. 17. Denique ut benè *Tacitus*: Vitia erunt, donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu semper pensantur. De Usuris igitur idem dici posse & ego existimo: de illis, inquam, quas Constitutiones horum locorum ad quincuncem redegerunt, ne quis de omnibus idem deinceps usurpet, aut cum Usura improbum fœnus permisceat, ut interdum factum apparet *Iacob. Curt. quæstion.*

Margin numbers: 22 (beside "Certè ut fœneratorum"), 23 (beside "Gigantum, depugnare"), 24 (beside "dum honestam"), 25 (beside "ICto Cajo"), 26 (beside "sed & ex ijs"), 27 (beside "dum incrustare"), 28 (beside "habuisse"), 29 (beside "hæc continua").

lib. 3.

30 *lib.3.c.29. in princ.* maximè, ubi nullum Usuræ modũ, aut honesta
rationem homines tenere, & sub usuræ nomine, fœnus impro-
bum tegere cœperunt. Studiosè enim semper ista, propriè lo-
quendo, politici & ICti nostri distinxerunt, observante *Franci-*
31 *sco Hottoman. de usur. lib. 1. c. 6. & lib. 2. c. 1. 1.* Esse autem Usuram,
per se consideratam, ex eo genere rerum, quæ per se & ἁπλῶς
peccata non sunt, ex sequentibus constare potest. Principio e-
nim ex *Deut.* c. 23. v. 20. liquet Dominum permisisse extraneo
usuram capere, utcunq; à fratre Iudæo vetitum esset: quod ille
32 certè non fecisset, si usura per se peccatum esset. Nam quæ per se
peccata sunt, non permittit Dominus, etiam ad finem bonum.
Rom. 3. 1. Thessa. 5. v. 22. Dane. Ethic. lib. 1. c. 9. fol. 39. lib. 2. c. 16 fol.
258 b. sed omninò, omniq; loco, tempore, & omnibus, vetat & fi-
eri prohibet, *Dana: Ethic. Christia. lib. 2. c. 15. & teste vel Menan-*
dro Ethnico: Nullus peccandi satis magnus est prætextus: & quæ
ex facti sui genere mala est actio, propter bonam circumstanti-
33 am, bona fieri nunquam potest. *Dana d. c. 9. f. 39.* Licet enim qui-
dam ideò Usuras ibi permissas credant: quia & bellum cum ex-
traneis & maledictis populis gerere licebat. *Dana. ibi Covar. d.*
lib. 3. resol c. 1. num. 7. tamen interpretatio hæc *à Covar.* ibi rejici-
tur: quia ex eo non sequitur, licere mihi cum hoste contractum
inire, qui naturæ lege reprobatus sit. Nam & belli jura quædam
sunt: neq; cauponandum bello, sed belligerandum esse *Ennius*
cecinit: & charitatis dilectionisq; officia non saltem pertinent
ad Iudæos inter se, sed etiam ad gentiles, & in religione discor-
des *Luc.* 10. 29. 33. 36. 7. Denique verior est *Francisci Hotoman.* in-
terpretatio, quàm se à quodam *Theologo* accepisse scribit. *d. lib.*
2. c. 3. ideò à gentilibus usuras capere licuisset: quia Iudæi ab ijs-
dem gratuitam pecuniam mutuo nõ habebant, sed usuras solve-
re cogebantur: ex *Edicto*; quod quisq; juris in alterum statuerit,
ut ipse eodem jure utatur. Quanquam non ignoro, Hebræos
Doctores existimare, Dominum id permissivè, non præceptivè,
ibi cõstituisse: ac permissum quidem esse minus malum, ut ma-
jus malum evitaretur: ne inquam, usuris Iudæi exhaurirentur,

Ioach.

Ioach. Steph. de Iurisd. Iudæ. lib. 1. c. 10. quod ipsum senserunt etiam, post *Thomam Aqui., Dominic. Sot. de Iustic. & jur. lib. 6. q. 1. artic. 1. Ambros. de Vigna. de Vsur. num. 44. Alex. de Nevo. cons. 100. numer. 2.*

34 Atque utut se res habeat, & quæcunque tandem causa hujus permissionis fuerit, satis apparet, ex eo colligi posse: usuram in extraneis & alienis à Repub. *Israelitarum* (ut exponit *P. Riccius Israelita de Mosaica legis mandatis prohibentibus num.* 191) tolerari, atq; ita casum dari, in quo usura justa & legitima sit, etiam secundum divinam Legem. Neque contra hæc obiici possunt 35 spolia Ægyptiorum, cum ea fuerint stipendia pro durissimis laboribus, quæ cum negarent Ægyptij, Dominus, ut supremus judex, ea mutuò accepta ab Ægyptiis auferri præcepit. *Nicol. Hemming. d. class. 4. cap. 2. de Legib.* per ea, quæ notant *Covarru. resolut. lib. 1. c. 2. num. 15 versic. quartò. Cagno. in l. 2. num. 207. de orig. jur. Eman. Soar. in thesau. com opin lit. F. num.* 395. Quapropter si talis 36 ratio in Republica Christianorum incidat, quæ cum permissione ista divina similitudinem habeat, existimarem, non peccare magistratum, si moderatam usuram accipere permiserit. Cum itaque in mundo hoc vivamus cum fratribus nominatis, perinde, ut cum extraneis conversemur: neque in melius res nostræ, sed deterius plerumque, & in mores perversissimos, degenerent: ac ipsi quidem, etiam refrigescente charitate, planè gratuitam pecuniam habere nequeamus: quæ tandem iniquitas erit ab ijs, qui ab aliis rursus accipiunt, & spontè etiam solventibus, usuras expectare?

37 Altera sententiæ superioris ratio hæc sit: Quo jure inter Christianos valent contractus, commercia & negociationes: eodem & usuram tolerari oportere. Usuram, inquam, moderatam, & ejusmodi, qualem infrà describemus. Etenim, in nummis quoque negociationem esse posse, existimamus: Nam etsi hoc alij 38 jam dudum negaverint, ac nummum ita commerciorum gratiâ repertum putarint, ut sit eorum tanquam organum & sponsor: 39 non ut nummus fiat ipsa res permutabilis, seu ex numero rerum

permu-

40 permutabilium, *Arist. Polit. d lib. 1. c 6. 7.* atque hinc isti negent, pecuniæ & aliarum rerum, quæ usu consumuntur, fructum rectè constitui, neq; posse pecuniæ usum & proprietatem separari *l. si*
41 *vini. 7. de usufruct. ear. rer. quæ usu consum.* Tamen diversa senten- tia ratione haud caret: De origine namq; nummi & usu primæ-
42 vo constat, ad hoc inventum esse, ut non tàm substantiâ, quàm quantitate, atq; ita publicâ & perpetuâ suâ æstimatione, difficultatibus permutationum æqualiter subveniret *l. 1. de contrah. emtion.* imò medium quoddam est nummus, ad omnes negociationes aptissimum. *Aristot. Ethic. lib. 5. c. 5 & Polit. d. c. 6. Covarru. de collatio veter. numis. c. 7. nu. 1. 2. Renat. Budel de Monetis lib. 1. c. 3. nu.*
34 *7. & seq.* Ergò ut olim, nummo nondum reperto, commutationibus mercium fiebat, ut quis, quod sibi utile erat, acquireret: ita postquam nummus permutationibus successit, idem præstare nummum, quod permutationem, mirari nemo debet, cum sub-
44 rogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum subrogatur. *l. si eum §. qui injuriarum, si quis caution.* Ita *in l. 2. C. de constit. pecun.* dicitur, omnes res in pecuniam posse converti, & *secundum Bal. ibid. nu. 4.* qui pecuniam habet, omnem rem, quamcunq; vult, habere intelligitur; faciunt huc *l. 88. de verb. signif. Pinel. ad rub C de res*
45 *scin. vendi. par 1. n. 10.* hinc pecuniâ, suâ naturâ semper distractioni parata & de rebus, quæ servando servari nequeunt, dicitur. *l. uxorem 39. §. legaverat de legat. 3. l. Lex quæ tutores C. de admi. & peric. tutor: Pinel. d. par. 1. num. 6.* ideoq; de ipsorum Canonistarum
46 sentẽtia, præter proprium & originarium pecuniæ usum, est alius, ut videlicet permutetur pecunia cum pecunia; unde nummulariorum & campsorum exercitium increbuit: quemadmodum duplex est usus calcei, ad tegendum scilicet pedem, & permutandum, *test. Aristot. Polit. d. c. 6. 7. Covar d c. 7 nu. 3. vers. tertia conclu-*
47 *sio. Budel. d c. 3. nu. 14. 15.* Quamvis verò etiã nummus per se ejusmodi res sit, quæ nõ fructificet; tamen, accedente industria hominis fructũ parere uberrimũ potest. *Conrad. Summenhart. d. tract. de contract. par. 2. q. 30. conclus. 3. vers. contra hanc evasionem &c. Matthias Coler. de Process. executi. par. 1. c. 10. nu. 42. 57. 58.* Et hanc ipsam
48

nego.

negociationem in mutuo veterib. non incognitam fuisse, vel ex
hoc manifestũ est, quod qui olim pecuniâ à fœnatorib. acceptâ
utebantur, cōductos habere nummos dicebantur, quasi numini
utēdi dati & accepti essent, certâ mercede, quo modo *Horat. Ser-* 49
mon.lib 1. *Satyr*.2. loquitur: *Omnia conductis coemens obsonia num-*
mis, &c. Et *Iuvenalis Satyr.* 11. *Conducta pecunia Romæ*, 1. *Et coràm* 50
dominis consumitur: Quibs permotus *Cujac. lib 9 obs.*15. ut maxi-
mè locationem propriè non esse concedat: tamen duplicem
contractum hîc intervenire putat, mutui & fœnoris, & mutuum
pecuniæ datione, fœnus stipulatione contrahi. Sanè apud Ro- 51
manos novum non erat, rem, per locationem alicui datam,
posteà in creditum ire *l.in nave 31. D.Locati*, Item eum, qui rem a-
liqnam emisset, posteà ex pacto eandē certâ mercede, intra tem-
pus certum, ad solvendum precium indultum, conductam ha-
bere. *l sicut §.fin. D.Locat.* Estq; contractus hic licitus & ab usuræ
& fœnoris reprehensionibus planè immunis, *Castren.d.§.fin. Ale-*
xan.con. 125. *lib.*5. *Vincen, Caroc. de locato cond. tit. de usuris quæst.*1.
*num.*1. *& seq. & q* 4.5 *fo*.225.*a*. ubi ex *Archidiac. num.* 6. refert, si
pecunia locari posset, usuram quoque licitam futuram. Eodem- 52
que modo factâ locatione domus, & termino ad solvēdam pen-
sionem dato, pacisci licet, ut pendente termino aliquid mihi de-
tur, non in genere tantùm sed & in specie. *Caroc. d. tract. tit. de*
*lucro cessant.q.*2.*num.*1. *& seq. fo.* 40. *b.* Quid igitur prohibet, quò 53
minùs & ego pecuniam à te accipiā, & interim, dum non restitu-
am, quasi constitutâ pensione, eam conductā habens, moderatā
quantitatem tibi solvam? At dices, in venditione interim ex re
emta fructus percipi, quorū respectu usuras solvere æquissimū
est. Sed responderi debet; Quid si ex pecunia [illegible], perinde ut
ex fundo vendito, lucrum facias, & opes non [illegible] acqui-
ras, an non æquum est, & mihi partem aliquam [illegible] lucri con-
cedi? Certè negociationis huius, cum [illegible], illustre 54
exemplum est. *in l. Titius* 24. *de præscript. verb.* [illegible], ex pe-
cunia, alii datâ, similiter pacisci conceditur; idem evenit in
societate, ubi unus solam pecuniam [illegible]

tauler;

55 tamen, pecuniam fructificare, adeò absurdum non putatur, ut in partem lucri vocetur etiam, qui pecuniam tantùm contulit: neque in hisce speciebus Canonistæ usurariam pravitatem subesse dixerunt, sed cõtractum esse licitum judicarunt, etiam quia aliàs usuras improbant, latè *Francisc. Bursat. con. 3 20. num. 59. 60. & seq.*
56 *& nu. 68. cum seq. & cons. 3 21. lib. 3.* Neq; dissimili adeò ratione in jure receptum est, & à Canonistis approbatum: usum pecuniæ, ad ostentationem commodatum, precio aliquo cõstituto, vendi posse, eumq; pecuniæ usum secundarium rectè appellari. *Ioan.*
57 *Nider de contract. merca. c. 3. nu. 13. 15.* Ubi apertè consumptio pecuniæ ab usu discernitur, quæ tamen individuo nexu conjuncta Scholastici putarunt. *Io. Cas. ad Arist. Ethic. lib. 4. c. 1. & Pol. lib. 1. c. 7. Vincent. Caroc. d. tract. locat. tit. de Vsuris q. 4. num. 1. & seq. per l. 3. §. fin. D. commodat. ubi Castren.* dicit, esse communem opinionem Theologorum. *Molina, de usur. num. 530.* Neque hîc rursum quis ingerat: dominium pecuniæ, in commodatariũ non transferri: quia de periculo etiam pactum valet, & nihilominus merces solvi debet. *Molt. ibid.*
58 Unde satis apparet, pecuniam, licet per se infructuosam, interdum locari posse. *Caroci d. q. 4. num. 7. fo.*
59 *225. a.* Deniq; negociationis hujus pecuniariæ exemplum evidens est, quod per omnes ferè contractus, de sententia Canonistarum, usura serpere traditur, nullusq; ferè reperitur, in quo ea
60 locum non inveniat. Quod novum videri & insolens non debet, cum in jure nostro non rarò accidat, ut contractus plures in uno negocio concurrant. *l. 1. § si te rogavero 8. cum §. seq. l. lucius 24. l. publia 26. l. 25. §. 1. l. 29. §. 1. Deposi. l. certium. §. ult. cum l. fi. Si cert. peta. Duaren. ad tit. C. Si cer pet.*

61 Tertiò, ut negociationis prædictæ justitia manifestior sit, observandũ est, in nummo non solùm numerationem, & numerati restitutionem, cõsiderari posse, sed præter illã, usum & fructũ pecuniæ, necessitatib. humanis & civilibus cõmerciis inservien-
62 tem. Hoc enim modo ICti usuram, fructum & reditum, ex pecunia redactum, appellant. *l. qui quadringenta 88 § fin. ad l falcid. l. generaliter 24. § si cui legatum. de fidei com. libert. l. usura. 34. l. vide-*

num.38 de usur.d.l.Titius.de præscript verb.l.defuncta 58.§.pen. de u-
sufruct.Molina.d.l num.511.Cujac.lib.9. obs. 15. Atque hinc disci 63
plinæ juris conveniens judicatum, ut etiam in pecunia usufru-
ctus, adhibito cautionis remedio, cōstitueretur ex SCto, *l.1.cum*
seq. D.de usufr ear.rer. quæ usu consumu. in qua specie cum non
tantùm in pecunia. sed & aliis rebus fungibilibus vino, oleo, &c.
quarum usus consumtio est, ususfructus consistere dicatur, quid
opus est, tàm præfractè urgere pecuniæ sterilitatem & consum- 64
tionem? Præterea: An nō quoq; & domus, equus, navis, sunt res
per se suâ naturâ steriles, unde tamen mercedem & quasi civi-
lem fructum capere licet? *l. si navis 26. in princ. de rei vindic.* ubi 65
apertè usura pensioni & mercedi locatæ rei, comparatur; eò de-
niq; pertinet *l usura 121 .de verb.signif. l.item §.penul. de hered. pe-*
tit.Iacob.Curt.lib.1.quæst.c.21.22. Imò, an non fundus & ager per 66
se nunquam fructificaret, nisi industria, cura & cultura agricolæ
accederet? *Molina d.lo.nu.510.in fi.& num.130.* Unde & Prover-
bium increbuit: *Annum producere, non agrum.* Et deniq; non jus 67
tantum Civile sed ipsa rerum experientia, & communis sensus
ostendit, usum, seu fruitionem pecuniæ, habere suam utilitatem,
usibus hominum commodam, & æstimabilem, præter ipsius for-
tis consumptionem, vel restitutionem. *Molina d.lo.n.530.* Ex quo 68
etiam, propter ipsum illum usum, usura exigitur, eoq; cessante,
deberi desinit. *l.deducta 58. §. cum autem 6. ad SC. Trebel.l. socium*
60.in princ. pro socio l.7.§.4. de admi. & peric. tuto. l. si navis 62. in
pr.de rei vind. Quid habet de iniquo, ut tu, qui pecuniâ meâ, tan
quam fundo, uteris, frueris; ut fructum fundi; ita pecuniæ usum,
& impendium præstes? Tibi pecunia mea proficiat, mihi sit ocio-
sa? cuiquâmne invito liberalitatem impertiri? Cur non pecuni- 69
am pecunia pariat, cum, ut aliarum rerum, sic etiam pecuniæ sit
ususfructus, an est sterile, quo utimur, fruimur? Quid distat po-
stremò id quod interest, quid caussa, quid accessio ab usuris? Cur 70
mora proficiat moroso? ut pulchrè in hoc argumento disserit
P. *Aerodius rerum judicatar.lib.4.tit.10.c.1.*

Quartò nemo non videt, tàm esse & necessarium & commodum, æris alieni, modico aliquo, usuræ nomine dato, usum,
71 quàm fuit olim necessaria & commoda nummi inventio. Imò usuræ sunt medium, inveniendi & redimendi usus pecuniæ alienæ. ac in jure nostro nihil aliud sunt, quàm congrua & æquabilis
72 compensatio, temporarii usus æris alieni, *l ideò 4. de eo qui cert. loco. l. nec enim 23 in fin de pignor. actio l. in insulam 42. §. usuras 2. solut. mat. l pater 17. in princ. de doli ma. & met. except. l. illud. 39. §. 1. de adil. edic. l. socium 60. in princ. pro socio, & c. Molina. d. trac num.*
73 *131.* Unde & interusurium pro tempore & intervallo, quo usuræ non currunt, accipitur, *Iacob. Curt. quæst. lib. 2. c. 20.* & ad usum, cultumq; vitæ communis, summè pertinere usurarum exercitium, & salvâ religione, rectè retineri, docet *Iacob. Curt. quæst. lib.*
74 *3. c. 29.* adeò, ut si quis usuras è Repub. tollere capiat, cum necesse sit, simul omnes contractus è mundo tollere: nam ut uno quidem loco usuræ aboleantur, nequaquam id Reipub. proderit. cum necesse sit illius cives cum aliis nihilominùs negociari, &
75 pecuniam interdum mutuam sub usuris sumere. Ubi inæqualitas maxima existet, si extraneis solvere cives usuras cogantur, ipsi autem rursus gratis mutuari debeant; ut providè jus hoc de usuris sustineatur, & necessitate & utilitate publicâ & communi, de qua etiam mentio est *in l. quod privilegium. D. depos.* Ac necessitas quidem vel ex eo apparet, quod, ut scribunt *Alciat in d l. usura 121. num. 11. Erasm. Chiliad. 1. Centu 9. adag. 12.* ubi leges civiles de usuris non servantur, propter Canonum prohibitionem, non nisi pessimus quisq; & impudentissimus fœnerat, qui Cambii, vel ejus, quod interest, nomine, vel alio ficto titulo indigentem, atque necessitate, quod humaniores non reperiat, compulsum deglubit. Præstat igitur aliquam moderatam usuram permittere, quàm nullam, ut hisce avarissimis temporibus, & in hac nostra depravatione, inveniantur, qui modico contenti lucello, egentibus mutuo dent, quàm ut indigentes præsenti pecuniâ, cogantur bona avita aut paterna omninò vendere, aut à Iudæis naturalibus, aut illis, quos Baptizatos Iudæos *Bernardus*

epist'a

epistola 322. vocat, sub maximis usuris & alijs oneribus, eandem mutuò accipere. & *Baldus noster in l. 1. de sum. trinit. in c. 1. de jurejur & cons.* 453. *lib.* 1. ait, expedire multos inveniri fœneratores, ne multi fame pereant. Ut ergò alibi necessitas jus fecit, ita & in hoc casu *l. 2. § his legib. cum §. seq. de orig. jur. l. penult. D. de legibus.* 76

Quintò; Ne quis iniquitatem usurarum deinceps prætendat, dicimus, æquissimum esse, ut usuræ quincunces pendantur, neq; ideò contra legem divinam aliquid committi. Etenim finis Legis Divinæ est charitas, ad eamq; omnia nostra sunt revocanda. Hæc eadem optima est actionum omnium moderatrix: & ut planè de usura, quid statuendum sit, liqueat, ex planissimè definiri potest. Namque si de usura compensatoria, aut punitoria, ut vocant, quæratur, nemo inficiari potest, æquam esse ejus petitionem, qui damnum, ob non solutam suâ die pecuniam sibi sarciri postulat, quod etiam hi, qui iniquiores sunt usurarum æstimatores, non negant: eoque ejus, quod interest, exactionem non tantùm permittunt, sed & disertè approbant. Si autem de usura, quàm lucratoriam appellant, agatur: licet iniquum videatur, òb solum mutuationis officium, & ab ipsius mutuationis momento, lucrum certum & indubitatum pacisci, ubi de damno, aut eo, quod interest, nihil dum certò constat: & convenientius sit, post mutuum aliquod saltem intervallum debitori concedere, intra quod pecuniâ gratuitâ utatur, ut, eo elapso, demùm ratio usuræ haberi incipiat idq; æquissimū videatur. (neq; enim quis decipi beneficio, sed juvari debet. *l in commodato* 17. *§. sicut* 3. *commoda*: adeò, ut si mutuum ad nutum & voluntatem creditoris repetendum datum sit, nihilominus spacium aliquod ad utendum debitori relinqui debeat. *Emanu. Cost. in l si ex cautione limit. 2. num. 6. C. de non num. pec. Covar. lib. 3. resol. c.* 15. *Meno. de arbit. lib. 2. c.* 22:) Tamen apparet, Leges Civiles ad hoc quoque connivisse, exemplo Medicorum: & proinde usurarum petitionē justam & tolerabilem censuisse, non tantùm, quæ commissâ morâ, verùm etiam quæ ante ullam moram exigun-

17 *Natta.cons.493.num.23.lib.* 3. Quod autem ipsam juris civilis dispositionem attinet, licet ea usuras stipulari, aut ex mora deberi, ad certum modum semper concesserit: Tamen, post Iustinianum Imperatorem, Leo, vel Basilius pater potiùs, Novellâ constitutione generaliter omnem usuram abolevit, pro ratione addens, ne dum humanum jus observamus, legem D E I transgrediamur: meminit *Harmenop. in Enchi. lib. 3. tit. 7. in fin.* Ac de sententia ipsius Iustiniani, qui Conciliis & Canonibus suas sanctiones subjecerit, idem constituendum fuisse, sunt, qui existi-
18 mant ex *Dd. in l. 1. C. de summa trinit.* Imò tantam hîc vim esse Canonum, & ipsius divinæ legis, ajunt, ut nullâ civili lege usuræ permitti potuerint, & non tantùm Imp., sed nec Pontificem ipsum prohibitioni Usurarum, contrariâ sanctione, derogare posse credunt: adeò, ut neque Iudæis facta permissio valeat: neque ob majus malum vitandum excusari possit: & nominatim hæretici pronunciantur in Concilio Viennensi, qui Usurarum exer-
19 citium peccato vacare contendunt. *Ioan. Andr. d. q. 52. Fortun. Garzia. de ult. fin. jur. num. 83. & seq. num. 103. & seq. Covarru. d. lib. 3. c. 1. num. 5. 6. & seq. Petr. Royz. in Lituan. decis. 1. num. 1. & seq. Cachera decis. 137 num. 18. Eman. Soar. in thesau. recept. Sent. verb. Usuræ num. 76. Berous ad rubr. ext. de Usur. num 80. Ias. in § omnis numer. 14. Instit. de actionib. Peck. in c. quod alicui 67. nu. 2. & seq. de reg. ju. in 6 Strac. de Mercatur. par. 1. num. 27. 36. 37. Iul. Clar. in pr. crimin. §.*
20 *usura num. 1. & seq.* Et his denique pro complemento adjici potest, quod Constitutionibus Imperii Germanici passim fœneraticii contractus improbantur, & annuorum redituum emptio, sub pensionibus quincuncibus, tantùm permittitur; unde probabiliter colligi potest, ipsas usuras in mutuò approbatas non esse: cui argumentum præbet, quod in Camera Imperiali ex mutui causa usuræ non adjudicantur, & licet ita Anno 85. Vormaciæ Deputatis ordinum Imperii quibusdam placuisset constituendum, non tamen recepta sit ab omnibus ea opinio, sed in Comitiis Ratisbonensibus, Anno 94 celebratis, in sequentis anni Conventum, Spiræ à Deputatis celebrandum, rejecta,

Cum

Cum hæc omnia ita se habeant, & plura, istis similia, proferri possint, ac contra usuras novissimè ab *Alphonso Villagut Neapolitano*, & *Petro Binsfeldio*, *Petro Gregorio*, *Lælio Zecho*, itemque *Wolfgango Musculo* copiosissimè disputatum sit, non immeritò quis dubitet, an deinceps pro usuris verba facere expediat. 21

Certè ut fœneratorum fraudibus patrocinarer, ne tantillum quidem scribendum putarem: neque convenire viro & civi bono judico, malum bonũ, tenebras lucem appellare. *Esai.* 5. *ver.* 21. multò minùs adversus expressas divinas tabulas, more Gigantum, depugnare. At si verum esset, quod ante nos magni viri senserunt: Usuras ipsas per se, & in suo genere consideratas neque malas, neque turpes, appellari debere: sed ejus bona malave, ex adjuncto æstimanda: quis Orationem pro usura interdum honestam esse posse negaret? Sunt in universa rerum natura immixta bonis mala, & hisce rursum bona: ita ut venena quædam bona invenire liceat, teste *antiquissimo Homero* & *ICto Cajo in l. qui venenum* 236. *de verb. signif. Tiraq. de nobil. cap.* 31. *num.* 566. *&c.* & teste *Nazianzeno Orat.* 1 *de Theol.* quæ per se bona sunt, si non benè quoque tractentur, boni gratiam amittere solent. Imò quidem mala non saltem fugere debemus, sed & ex ijs excerpere, si quid insit boni. Queritur *Salustius*, nos vera rerum vocabula amisisse: & *Horat. Serm. lib.* 1. *Satyr.* 3. nos virtutes ipsas invertisse, atque sincerum vas interdum incrustare: & rectè *Lactantius lib.* 6. *cap.* 14. etiam Philosophos, virtutes quasdam pro vitiis, & vitia pro virtutibus, habuisse, & declarat *Danæ. Ethices Christi. lib.* 1. *cap.* 2. 9. 17. Deinique ut benè *Tacitus*: Vitia erunt, donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu semper pensantur. De Usuris igitur idem dici posse & ego existimo: de illis, inquam, quas Constitutiones horum locorum ad quincuncem redegerunt, ne quis de omnibus idem deinceps usurpet, aut cum Usura improbum fœnus permisceat, ut interdum factum apparet *Jacob. Curt. quæstion.*

Margin numbers: 2[2] beside "Certè ut fœneratorum…"; 23 beside "Gigantum…"; 24 beside "dum honestam…"; 25 beside "ICto Cajo…"; 26 beside "sed & ex ijs…"; 27 beside "dum incrustare…"; 28 beside "habuisse…"; 29 beside "hæc continua…".

30 *lib.3.c.29 in princ.* maximè, ubi nullum Usuræ modũ, aut honesta rationem homines tenere, & sub usuræ nomine, fœnus improbum tegere cœperunt. Studiosè enim semper ista, propriè loquendo, politici & ICti nostri distinxerunt, observante *Francisco Hottoman. de usur. lib. 1. c. 6. & lib. 2. c. 1. 1.*
31 Esse autem Usuram, per se consideratam, ex eo genere rerum, quæ per se & ἁπλῶς peccata non sunt, ex sequentibus constare potest. Principio enim ex *Deut.* c. 23. v. 20. liquet Dominum permisisse extraneo usuram capere, utcunq; à fratre Iudæo vetitum esset: quod ille
32 certè non fecisset, si usura per se peccatum esset. Nam quæ per se peccata sunt, non permittit Dominus, etiam ad finem bonum. *Rom. 3. 1. Thessa. 5. v. 22. Dane. Ethic. lib. 1. c. 9. fol. 39. lib. 2. c. 16 fol. 252. b.* sed omninò, omniq; loco, tempore, & omnibus, vetat & fieri prohibet, *Danæ: Ethic. Christia. lib. 2. c. 15. & teste vel Menandro Ethnico*: Nullus peccandi satis magnus est prætextus: & quæ ex facti sui genere mala est actio, propter bonam circumstanti-
33 am, bona fieri nunquam potest. *Dana d. c. 9. f. 39.* Licet enim quidam ideò Usuras ibi permissas credant: quia & bellum cum extraneis & maledictis populis gerere licebat. *Dana ibi Covar. d. lib. 3. resol c. 1. num. 7.* tamen interpretatio hæc *à Covar.* ibi rejicitur: quia ex eo non sequitur, licere mihi cum hoste contractum inire, qui naturæ lege reprobatus sit. Nam & belli jura quædam sunt: neq; cauponandum bello, sed belligerandum esse *Ennius* cecinit: & charitatis dilectionisq; officia non saltem pertinent ad Iudæos inter se, sed etiam ad gentiles, & in religione discordes *Luc. 10. 29. 33. 36. 7.* Denique verior est *Francisco Hotoman.* interpretatio, quàm se à quodam *Theologo* accepisse scribit. *d. lib. 2. c. 3.* ideò à gentilibus usuras capere licuisset: quia Iudæi ab ijsdem gratuitam pecuniam mutuo nõ habebant, sed usuras solvere cogebantur: ex *Edicto*; quod quisq; juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur. Quanquam non ignoro, Hebræos Doctores existimare, Dominum id permissivè, non præceptivè, ibi cõstituisse: ac permissum quidem esse minus malum, ut majus malum evitaretur: ne inquam, usuris Iudæi exhaurirentur,

Ioach.

Ioach. Steph. de Iurisd. Iuda. lib. 1. c. 10. quod ipsum senserunt etiam, post *Thomam Aqui., Dominic. Sot. de Iustic. & jur. lib. 6. q. 1. artic. 1. Ambros. de Vigna. de Vsur. num. 44. Alex. de Nevo. cons. 100. numer. 2.*

Atque utut se res habeat, & quæcunque tandem causa hujus permissionis fuerit, satis apparet, ex eo colligi posse: usuram in extraneis & alienis à Repub. *Israelitarum* (ut exponit *P. Riccius Israelita de Mosaica legis mandatis prohibentibus num.* 191) tolerari, atq; ita casum dari, in quo usura justa & legitima sit, etiam secundum divinam Legem. Neque contra hæc obijci possunt spolia Ægyptiorum, cum ea fuerint stipendia pro durissimis laboribus, quæ cum negarent Ægyptij, Dominus, ut supremus judex, ea mutuò accepta ab Ægyptiis auferri præcepit *Nicol. Hemming. d. class. 4. cap. 2. de Legib.* per ea, quæ notant *Covarru. resolut. lib. 1. c. 2. num. 15 versic. quartò. Cagno. in l. 2. num. 207. de orig. jur. Eman. Soar. in thesau. com opin. lit. F. num.* 395. Quapropter si talis ratio in Republica Christianorum incidat, quæ cum permissione ista divina similitudinem habeat, existimarem, non peccare magistratum, si moderatam usuram accipere permiserit. Cum itaque in mundo hoc vivamus cum fratribus nominatis, perinde, ut cum extraneis conversemur: neque in melius res nostræ, sed deterius plerumque, & in mores perversissimos, degenerent: ac ipsi quidem, etiam refrigescente charitate, planè gratuitam pecuniam habere nequeamus: quæ tandem iniquitas erit ab ijs, qui ab aliis rursus accipiunt, & spontè etiam solventibus, usuras expectare? 34 35 36

Altera sententiæ superioris ratio hæc sit: Quo jure inter Christianos valent contractus, commercia & negociationes: eodem & usuram tolerari oportere. Usuram, inquam, moderatam, & ejusmodi, qualem infrà describemus. Etenim, in nummis quoque negociationem esse posse, existimamus: Nam etsi hoc alij jam dudum negaverint, ac nummum ita commerciorum gratiâ repertum putarint, ut sit eorum tanquam organum & sponsor: non ut nummus fiat ipsa res permutabilis, seu ex numero rerum 37 38 39

40 permutabilium. *Arist. Polit. d. lib. 1. c. 6. 7.* atque hinc illi negent,
pecuniæ & aliarum rerum, quæ usu consumuntur, fructum rectè
constitui, neq; posse pecuniæ usum & proprietatem separari *l. si*
41 *vini. 7. de usufruct. ear. rer. quæ usu consum.* Tamen diversa senten-
tia ratione haud caret: De origine namq; nummi & usu primæ-
42 vo constat, ad hoc inventum esse, ut non tàm substantiâ, quàm
quantitate, atq; ita publicâ & perpetuâ suâ æstimatione, difficul-
tatibus permutationum æqualiter subveniret *l. 1. de contrah. em-
tion.* imò medium quoddam est nummus, ad omnes negociatio-
nes aptissimum. *Aristot. Ethic. lib. 5. c. 5 & Polit. d. c. 6. Covarru. de
collatio veter. numis. c. 7. nu. 1. 2. Renat. Budel de Monetis lib. 1. c. 3. nu.*
34 *7. & seq.* Ergò ut olim, nummo nondum reperto, commutationi-
bus mercium fiebat, ut quis, quod sibi utile erat, acquireret: ita
postquam nummus permutationibus successit, idem præstare
nummum, quod permutationem, mirari nemo debet, cum sub-
44 rogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum subrogatur. *l. si eum
§. qui injuriarum, si quis caution.* Ita *in l. 2. C. de constit. pecun.* dici-
tur, omnes res in pecuniam posse converti, & *secundum Bal. ibid.
nu. 4.* qui pecuniam habet, omnem rem, quamcunq; vult, habe-
re intelligitur; faciunt huc *l. 88. de verb. signif. Pinel. ad rub. C. de res-
45 cin. vendi. par. 1. n. 10.* hinc pecuniâ, suâ naturâ semper distractio-
ni parata & de rebus, quæ servando servari nequeunt, dicitur. *l.
uxorem 39. §. legaverat de legat. 3. l. Lex quæ tutores C. de admi. & pe-
ric. tutor:* Pinel. d. par. 1. num. 6. ideoq; de ipsorum Canonistarum
46 sentētia, præter proprium & originarium pecuniæ usum, est ali-
us, ut videlicet permutetur pecunia cum pecunia: unde nummu-
lariorum & campsorum exercitium increbuit: quemadmodum
duplex est usus calcei, ad tegendum scilicet pedem, & permutan-
dum, *test. Aristot. Polit. d. c. 6. 7. Covar. d. c. 7. nu. 3. vers. tertia conclu-
47 sio Budel. d. c. 3. nu. 14. 15.* Quamvis verò etiā nummus per se ejus
modi res sit, quæ nō fructificet; tamen, accedente industria homi-
nis fructū parere uberrimū potest. *Conrad. Summenhart. d. tract. de
contract. par. 2. q. 30. conclus. 3. vers. contra hanc evasionem &c. Mat-
48 thias Coler. de Process. execut. par. 1. c. 10. nu. 42. 37. 38.* Et hanc ipsam

nego-

negociationem in mutuo veterib. non incognitam fuisse, vel ex hoc manifestũ est, quod qui olim pecuniâ à fœnatorib. acceptâ utebantur, cõductos habere nummos dicebantur, quasi numini utēdi dati & accepti essent, certâ mercede, quo modo *Horat. Sermon. lib* 1. *Satyr*. 2. loquitur: *Omnia conductis coemens obsonia nummis*, &c. Et *Iuvenalis Satyr*. 11. *Conducta pecunia Romæ*, 1. *Et coràm dominis consumitur*: Quibs permotus *Cujac. lib* 9 *obs*. 15 ut maximè locationem propriè non esse concedat; tamen duplicem contractum hîc intervenire putat, mutui & fœnoris, & mutuum pecuniæ datione, fœnus stipulatione contrahi. Sanè apud Romanos novum non erat, rem, per locationem alicui datam, posteà in creditum ire *l. in nave* 31. *D. Locati*, Item eum, qui rem aliquam emisset, posteà ex pacto eandẽ certâ mercede, intra tempus certum, ad solvendum precium indultum, conductam habere. *l sicut* §. *fin. D. Locat*. Estq́; contractus hic licitus & ab usuræ & fœnoris reprehensionibus planè immunis, *Castren. d.* §. *fin. Alexan. con.* 125. *lib*. 5. *Vincen. Caroc. de locato cond. tit. de usuris quæst*. 1. *num*. 1. *& seq. & q* 4. 5 *fo*. 225. *a*. ubi *ex Archidiac. num*. 6. refert, si pecunia locari posset, usuram quoque licitam futuram. Eodemque modo factâ locatione domus, & termino ad solvẽdam pensionem dato, pacisci licet, ut pendente termino aliquid mihi detur, non in genere tantùm sed & in specie. *Caroc. d. tract. tit. de lucro cessant. q*. 2. *num*. 1. *& seq. fo*. 40. *b*. Quid igitur prohibet, quò minùs & ego pecuniam à te accipiã, & interim, dum non restituam, quasi constitutâ pensione, eam conductã habens, moderatã quantitatem tibi solvam? At dices, in venditione interim ex re emta fructus percipi, quorũ respectu usuras solvere æquissimũ est, Sed responderi debet; Quid si ex pecunia [illegible], perinde ut ex fundo vendito lucrum facias, & opes [illegible] acquiras, an non æquum est, & mihi partem [illegible] lucri concedi? Certè negociationis huius, cum [illegible], illustre exemplum est. *in l. Titius* 24. *de præscript. verb.* [illegible], ex pecunia, alii datâ, similiter pacisci conceditur; [illegible] evenit in societate, ubi unus solam pecuniam [illegible]

49
50
51
52
53
54

55 tamen, pecuniam fructificare, adeò absurdum non putatur, ut in partem lucri vocetur etiam, qui pecuniam tantùm contulit: neque in hisce speciebus Canonistæ usurariam pravitatem subesse dixerunt, sed cōtractum esse licitum judicarunt, etiam quia aliàs usuras improbant, latè *Francisc. Bursat. con. 320. num. 59. 60. & seq.*
56 *& nu. 68. cum seq. & cons. 321. lib. 3.* Neq; dissimili adeò ratione in jure receptum est, & à Canonistis approbatum: usum pecuniæ, ad ostentationem commodatum, precio aliquo cōstituto, vendi posse, cumq; pecuniæ usum secundarium rectè appellari. *Ioan.*
57 *Nider de contract. merca. c. 3. nu. 13. 15.* Ubi apertè consumptio pecuniæ ab usu discernitur, quæ tamen individuo nexu conjuncta Scholastici putarunt. *Io. Cas. ad Arist. Ethic. lib. 4. c. 1. & Pol. lib. 1. c. 7. Vincent. Caroc. d. tract. locat. tit. de Vsuris q. 4. num. 1. & seq. per l. 3. §. fin. D. commodat. ubi Castren.* dicit, esse communem opinionem Theologorum, *Molina, de usur. num. 530.* Neque hîc rursum quis ingerat: dominium pecuniæ, in commodatariū non transferri: quia de periculo etiam pactum valet, & nihilominus mer-
58 ces solvi debet. *Mol. ibid.* Unde satis apparet, pecuniam, licet per se infructuosam, interdum locari posse. *Caroci d. q. 4. num. 7. fo.*
59 *225. a.* Deniq; negociationis hujus pecuniariæ exemplum evidens est, quod per omnes ferè contractus, de sententia Canonistarum, usura serpere traditur, nullusq; ferè reperitur, in quo ea
60 locum non inveniat. Quod novum videri & insolens non debet, cum in jure nostro non rarò accidat, ut contractus plures in uno negocio concurrant. *l. 1. § si te rogavero 8. cum §. seq. l. lucius 24. l. publia 26. l. 25. §. 1. l. 29. §. 1. Deposi. l. certiur. §. ult. cum l. fi. Si cert. peta. Duaren. ad tit. C. Si cer pet.*

61 Tertiò, ut negociationis prædictæ justitia manifestior sit, observandū est, in nummo non solùm numerationem, & numerati restitutionem, cōsiderari posse, sed præter illā, usum & fructū pecuniæ, necessitatib humanis & civilibus cōmerciis inservien-
62 tem. Hoc enim modo ICti usuram, fructum & reditum, ex pecunia redactum, appellant. *l. qui quadringenta 88 § fin. ad l falcid. l. generaliter 24. § si cui legatum, de fidei com. libert. l. usura. 34. l. vide-*

am us

num.38 de usur. d.l. Titius. de præscript verb. l. defuncta 58. §. pen. de usufruct. Molina. d.l num.511. Cujac. lib.9. obs. 15. Atque hinc disciplinæ juris conveniens judicatum, ut etiam in pecunia ususfructus, adhibito cautionis remedio, cōstitueretur ex SCto, *l.1. cum seq. D. de usufr. ear. rer. quæ usu consumu.* in qua specie cum non tantùm in pecunia, sed & aliis rebus fungilibus vino, oleo, &c. quarum usus consumtio est, ususfructus consistere dicatur, quid opus est, tàm præfractè urgere pecuniæ sterilitatem & consumtionem? Præterea: An nō quoq; & domus, equus, navis, sunt res per se suâ naturâ steriles, unde tamen mercedem & quasi civilem fructum capere licet? *l. si navis 26. in princ. de rei vindic.* ubi apertè usura pensioni & mercedi locatæ rei, comparatur; eò deniq; pertinet *l. usura 121. de verb. signif. l. item §. penul. de hered. petit. Iacob. Curt. lib.1. quæst. c.21.22.* Imò, an non fundus & ager per se nunquam fructificaret, nisi industria, cura & cultura agricolæ accederet? *Molina d.lo.nu.510. in fi. & num.*130. Unde & Proverbium increbuit: *Annum producere, non agrum.* Et deniq; non jus tantum Civile, sed ipsa rerum experientia, & communis sensus ostendit, usum, seu fruitionem pecuniæ, habere suam utilitatem, usibus hominum commodam, & æstimabilem, præter ipsius sortis consumptionem, vel restitutionem. *Molina d.lo.n.*530. Ex quo etiam, propter ipsum illum usum, usura exigitur, eoq; cessante, deberi desinit. *l. deducta 58. §. cum autem 6. ad SC. Trebel. l. socium 60. in princ. pro socio l.7. §.4. de admi. & peric. tuto. l. si navis 62. in pr. de rei vind.* Quid habet de iniquo, ut tu, qui pecuniâ meâ, tanquam fundo, uteris, frueris: ut fructum fundi; ita pecuniæ usum, & impendium præstes: Tibi pecunia mea proficiat, mihi sit ociosa? cuiquâmne invito liberalitatem impertiri? Cur non pecuniam pecunia pariat, cum, ut aliarum rerum, sic etiam pecuniæ sit ususfructus, an est sterile, quo utimur, fruimur? Quid distat postremò id quod interest, quid caussa, quid accessio ab usuris? Cur mora proficiat moroso? ut pulchrè in hoc argumento differit P. *Aerodius rerum judicatar. lib.4. tit.10. c.1.*

63 64 65 66 67 68 69 70

epistola 322. vocat, sub maximis usuris & alijs oneribus, eandem mutuò accipere. & *Baldus noster in l. 1. de sum. trinit. in c. 1. de jurejur & cons. 453. lib. 1.* ait, expedire multos inveniri fœneratores, ne multi fame pereant. Ut ergò alibi necessitas jus fecit, ita & in hoc casu. *l. 2. § his legib. cum §. seq. de orig. jur. l. penult. D. de legibus.* 76

Quintò: Ne quis iniquitatem usurarum deinceps prætendat, dicimus, æquissimum esse, ut usuræ quincunces pendantur, neq; ideò contra legem divinam aliquid committi. Etenim finis Legis Divinæ est charitas, ad eamq; omnia nostra sunt revocanda. Hæc eadem optima est actionum omnium moderatrix: & ut planè de usura, quid statuendum sit, liqueat, ex planissimè definiri potest. Namque si de usura compensatoria, aut punitoria, ut vocant, quæratur, nemo inficiari potest, æquam esse ejus petitionem, qui damnum, ob non solutam suâ die pecuniam sibi sarciri postulat, quod etiam hi, qui iniquiores sunt usurarum æstimatores, non negant: eoque ejus, quod interest, exactionem non tantùm permittunt, sed & disertè approbant. Si autem de usura, quàm lucratoriam appellant, agatur: licet iniquum videatur, ob solum mutuationis officium, & ab ipsius mutuationis momento, lucrum certum & indubitatum pacisci, ubi de damno, aut eo, quod interest, nihil dum certò constat: & convenientius sit, post mutuum aliquod saltem intervallum debitori concedere, intra quod pecuniâ gratuitâ utatur; ut, eo elapso, demùm ratio usuræ haberi incipiat idq; æquissimũ videatur. (neq; enim quis decipi beneficio, sed juvari debet. *l. in commodato 17. §. sicut 3. commoda*: adeò, ut si mutuum ad nutum & voluntatem creditoris repetendum datum sit, nihilominus spacium aliquod ad utendum debitori relinqui debeat. *Emanu. Cost. in l. si ex cautione limit. 2. num. 6. C. de non num. pec. Covar. lib. 3. resol. c. 15. Meno. de arbit. lib. 2. c. 22*:) Tamen apparet, Leges Civiles ad hoc quoque connivisse, exemplo Medicorum: & proinde usurarum petitionẽ justam & tolerabilem censuisse, non tantùm, quæ commissâ morâ, verùm etiam quæ ante ullam moram exigun-

83 tur, quasq; adeò ab ipso numerationis die stipulati sumus. Ratio autem hujus permissionis ex eo est, quòd præsumunt jura, nō tantùm debitorē, sed & creditorem cum pecunia mutuò data lucrari posse: ideoq; non iniquum putant, pro eo lucro, quo creditor intereà caruit, ab eo, quod debitor ex pecunia creditoris habuit, partem aliquam decidi, (ad compēsandum nimirum id, quod ejus verisimiliter interesse potest, usu carere suæ pecuniæ. *Iacob. Curt. d. lib. 3. c. 29. Franc. Hotom d. lib. 2. c. 1. & 3. pag. 196. 22. Molinæ. d. tr. nu. 513. 511.)* & ita quasi super incerto eventu futuri
84 emolumenti, ex negociatione debitoris, & præsumto damno creditoris, ob hujus omissam negociationem, modico in præsens accepto, transigi magis quàm postea singularem probationem, nomine ejus, quod interest, suscipere, cujus utpote probatio difficilis est, & definitam usurarum quantitatem aliquando
85 potest excedere: in qua certè incertitudine præstat aliquod esse
86 extremum, in quo acquiescamus *arg l. 1 de usucap. l. 2. de jur. & fact. igno. l. ul de prætor stipul. l fratris 10. C. de transact l. qui bona 13. §. ult. de damn. infec. Cagnol. in l. unic num. 10. & seq. Bolognet.*
87 *num. 15. & seq. C. de sent. quæ pro eo quod int. proferun*: Non est officio contrarium, sic alium juvare, ut te serves indemnem *l. sed si quis ex lignatoribus 7. quemad t. sta. aper l. sancimus 25 C de admin. tuto. Paulus Apost. 2. Corinth. 8. v. 12.* sic nos aliis commodare jubet, ne nobis ipsis sit afflictio, vel remissio. Salomon *Proverb. 5. v. 16. 17.* fontes nostros ita foràs derivari vult, ut nos tamen dominium eorundem retineamus, & ita misericordiam proximo exhiberi, ne nobis desit, & fortè extranei impleantur proventibus nostris. Imò si quis suorum, & maximè domesticorum, curam non habet, is est infideli deterior. *1. Timot. 5. v. 8. Gal. 6. v. 10.*
88 Præsumunt igitur jura, creditorem suâ pecuniâ, aut in emptiones agrorum, vel redituum permissorum, aut in negociationem collocatâ, lucrum facere posse: atque hæc quidem caussa potissimùm usuras sustinet *l. tutor 8 § si post. de adminis. tuto. l. si. defunct. ubi Dd. C. arbitrium tutelæ Wesenb. in parat. D. de usur. num. 8* Neq; est, quod quis objiciat. nō semper Creditoris re verâ interesse, ut

qui

qui aliàs pecuniam ociosam habiturus fuerit, ac proinde hoc casu contra officium facere creditorem, si indulgentiâ legum abutatur, & ex solo mutuationis officio, ante vel post morā, lucrum aucupetur: Nam præterquam; quod leges non ad ea, quæ rarò, sed quæ plerunq; accidunt, accommodantur *l. nam ad ea de ll.* Etiam satis verisimile est, creditorem, nisi confisus esset de negociatione usuræ legitimæ, potuisse utilius negociari. *Molin. d. tract. nu* 76. Æquitas deinde exactionis usuræ modestioris ex eo quoq; elucet, quod occasione pecuniæ mutuatitiæ debitor maximum lucrum facere potest, unde aliquotam portionem creditori facilè largiri, absq; læsione sua, grati animi indicium est: quo ipso ad simile officium deinceps tàm creditor, quàm alii excitantur: ingratitudine verò deterrentur, imò ipse misericordiæ fons exhauriri creditur. Obligationem ad ἀντίδωρα naturalem æquitatem in se habere certum est, *l sed si lege* 25 §. *consuluit. de petit. hered.* & ut maximè officio contraria sit merces *l.* 1. *manda*: tamen non desinit esse beneficium, etsi non sit gratuitum, *l. Titius* 4. *de obseq. paren. & patro. præstan.* & nihilominus etiam his, qui gratuitum officium præstare debent, conceditur, aliquod auctoramentum operæ honorarium exigere. *l. salarium C. manda l.* 1. §. *in honorariis de extraord cognition: l. à tutoribus.* 33 §. *fin. de admini. & peric. tut. l. qui negotiationem* 58. *in fin. princ l. Titium* 47. §. *altero* 6. *eod. tit.*

89 (margin, beside "76. Æquitas…")
90 (margin, beside "hauriri creditur…")
91 (margin, beside "non desinit…")
92 (margin, beside "obseq. paren…")

Sexto: Suadet hanc sententiam ipsius Quicuncis usuræ moderatio, cognita jamdudum, et celebrata *in Satyra Persii* 5. his verbis: 93

Quid petis ut nummi, quo hinc quicunce modesto
Nutrieras, peragant avidsos sudare deunces.

Nam si de æquali temperatura usuræ gravioris & levioris quæratur, quod tandem in his medium retinere oporteat, profectò nihil æquabilius, aut temperatius quincunce dari potest, teste *Molinæo d. tract. num.* 537. *& nu.* 127. *Bodin. de Rep lib.* 6. *c.* 6 *pa.* 1118. *& se*: imò Ecclesiasticis ipsis, & Canonum observatoribus, 94
placet, ad rationem quincuncis, usuram etiam in mutuo capere,

absque ulla usurariæ pravitatis labe. *Molin. d. l. nu. 584.* Agno-
95 scere etiam licet hîc respectum haberi ad id, quod quis ex reditu prædiorū, siquidem in horum emptionem pecuniam collocasset, habere potuisset: atq; etiam minorem esse usuram, quàm fructus & proventus est agrorum, etsi communem sequaris annorum & ut plurimum sibi constantem rationem, ut advertit *Mo-*
96 *lin. d. l. nu. 573.* Et sanè, si reditus annuos, quinque pro centum emere licet, etiamsi non constituantur super certis fundis, aut prædiis, sed obligatione saltem personali, absque hypotheca bonorum secundum *Conrad. Sumenhart. d. tr. de contract. q. 74. 75. Molinæ. d. tr. num. 22. Covarr. lib. 3. resol. c. 7. nu. 5. Francis. Hotoman de usur. d. lib. 2. cir. fin* cur non etiam licebit mihi, ex pecunia mea, ad istum æquabilem modum, usuram stipulari? cum & hîc fundus deficiat, cujus respectu, & fructuum inde nascentium, redi-
97 tus, usura tolerabilior existimatur. Nihil enim hic contractus ab usura differt, præterquam, quod sors perpetuò quasi alienatur, & eam solvendi arbitrium penes debitorem manet: ubi tamen idem nihilominùs onus debitori, quod in simplici usura, incumbit, & cogitur idem, pecuniam annuam ex fructu, semel datæ sibi pecuniæ totalis, deinceps solvere. Certè, qui reditus hos, rejectis usuris, approbarunt, verbo quidem usuras reprehenderunt, at re verâ easdem non tantum retinuerunt, sed etiam occasionem creditoribus dederunt machinandi quidvis: & semel laxatis Civilis disciplinæ repagulis, fenestram omnis generis contractibus illicitis apparuerunt. De quo veras & liberas querelas *Curtij* videre licet *d. lib. 3. c. 29.* Quantò igitur præstabilius est quincuncem modestum permittere, quàm delinquendi perpetuum fomitem fovere, & ansam fœnus improbum exercendi, plinâ manu, præbere.

98 Septimò & ultimò rationes superiores adeò & Theologos magni nominis, & Iurisconsultos egregios, promoverunt, ut apertè scriberent: posse principem usurarum quantitatem in hac temporum necessitate definire, quam & moderatiores tenere jure possint, & improbiores excedere prohibeantur. Nam inter

Theologos suprà nominatus *Martinus Lutherus lib. sing. de Usura ad parochos Tom. 7. Ienens. fol. 405. in 8.* Aber wie wann der fall keme/ etc. Iustiniani sanctionem ad temperanda antiqua onera graviorum usurarum inductam, satis excusari posse, ait: cùm magistratus potestatem habeat, de rebus temporalibus disponendi, & usura quincunx non possit adeò molesta esse debitori: maximè, si pupilli, viduæ & miserabiles sint personæ, quæ aliunde victum nullum habeant, quibus & *Musculus d. lo.* easdem permisit & *David Chytre. Deuteron. 23.* post *Phil. Melanchth. in epit. Moral. philos.* cumque his *Martinus Chemnicius in locis Philip. communib. Nicol. Hemmin. d. class. 4. c. 1. de legibus Ioan. Aepin. in Psalm. 15.* moderationem Imperatorum & Principum probant, quòd grassantibus fœneratorum fraudibus modum ponere, & concesso aliquo augmento, honestiores ad faciliùs mutuandum invitare simul voluerint. Eodem modo & *Dana. Ethices Christian. c. 15.* siquidem fratri de lucro certanti, vel suam rem augere volenti, mutuum detur, definitam à lege usurarum quantitatem, tàm æquo jure accipi posse, ait, quàm ab eodem licet partem reditus vel fundi emere, salvâ bonaq; conscientiâ, nec in eo Christianam charitatem violare contendit. Eandem 99 100
sententiam inter ICos latè defenderunt *Molina & Hotoman dictis locis. Hugo Donell. de usuris c. 2. & novissimè Anton. Tessa. decis. 57.* post *Alphon. Villag. Neap. de usu. q. 13. conclu. 4. nu. 11* qui duo, licet de Iudæis tantùm loquantur, quod nempè his usura permitti possit: tamen nulla ratio prohibet, quò minùs idem Christianis licere debeat: cùm neque inimicis fidei scandalum aut offendiculum ponere, aut ad peccandum eosdem invitare debeamus. peccata enim sunt uniusmodi, neque personis distinguuntur, & si lege divinâ usuræ prohibentur, eadem tàm Iudæos, quàm Christianos & omnes in universum gentes teneat: *secundum* Paul. *Rom. 1. v. 18. 19. 20. Actor. 21. v. 20. & seq.* Tractant idem pluribus & diligenter *Iacob. Curt. quæstio. lib. 3. cap. 29. Matth. Coler. de processib. executi. par. 1. c. 10 nu. 30 cum multis seqq.* Quæ omnia, non dubium est, causam præbuisse Statibus Imperii *Anno* 86. 101

ut VVormaciæ, per deputatos ſuos, conſtituerent, deinceps in
102 mutuo, uſuræ nomine quinq; annua, à tempore moræ, non præ-
viâ probatione ejus, quod intereſt, adjudicari debere, ut inter cæ-
tera ejus conventus decreta legitur *cap.* 48. Et licèt omnibus i-
dem non placuerit: tamen dignum viſum eſt, *in Comitiis Ratibo-
nenſibus Anno* 94. cujus deciſio in anni ſequentis conventum
deputatorum, & deliberationem maturiorem, rejiceretur. Con-
ſtat præterea ex uſu judicii Cameræ imperialis, hactenus non re-
ceptam, aut admiſſam fuiſſe condictionem, ſive repetitionem u-
ſurarum exolutarum: ut licèt ab invito exigi non permitteren-
tur, ſaltem is, cui ſolutæ erant, exceptione & retentione tueri ſe
103 poſſet. Quibus deniq; adjiciam, quod non tantùm in Pomerania
& Megapolonia uſuræ quincunces exigi permittuntur, lege pro-
mulgatâ, ſed & quod eaſdem conſtitutiones confirmatio Impe-
ratoris Maximiliani II. laudatiſſimæ memoriæ jamdudum robo,
cavit.

104 His igitur conſtitutis, dubitari non debet, juſtiſſimam & æ
quiſſimam eſſe Conſtitutionem provincialem, quæ in centum
aureos annuos, quinq; uſurarum nomine exigi concedit: atq; ita
non præciſè poſtulat id, quod intereſt, probari, ſi quis quincunce
modeſte contentus eſſe velit.

105 Sed operæ precium eſt etiam objectis reſpondere: Et qui-
dem obſtare ſententiæ huic non debent loci, ex Scriptura ſacra
veteris fœderis allegati: Obſervandum eſt enim, uſuram duabus
106 ferè appellationibus notari. Nam primùm תַּ-בִּית Tharbeth, a-
liquando Marbeath, id eſt, incrementum, à radice רָבַב, quod
multiplicare & augere ſignificat, vocatur, *Levitici* 25. 26. Alibi
autem נֶשֶׁךְ Neſchech, id eſt, morſus, à radice נָשַׁךְ quod morde-
re ſignificat, appellatur, *Deutoronom*. 23. 16. *Exodi* 22. 25 *Pſal.* 15. *v.* 5.
Alibi autem etiam Mittjoch מְתִיךְ appellatur, quod & uſuram, &
fraudem indicat, *Pſal.* 72. *v.* 14. Ex quo nonulli reſpondent, eam
ſaltem uſuram verbo DEI prohiberi, quæ rodit & mordet pro-
ximum, & ita non in univerſum omnem damnari. Verùm cum

Levitic,25.v.36. Pr*overb.*28. *v.* 8. *Ezech.*18.*v* 8. *13.* & 22.*v.*2.utriusq; vocis diserta mentio conjunctim fiat: & tàm abundantia quam morsus,aut pressura proximi,prohibeatur: & præter radicem נֶשֶׁךְ alia etiam proferatur נָשָׁה,unde descendit נֹשֶׁא, quod fœneratorem, exactorem & creditorem etiam denotat, cujus mentio fit *Esai.* 24. 2. & *c.50. 1. Ierem.* 15. 10. & 1.*Samuel.* 22. *v.* 2: Vix est, ut per huiusmodi interpretationem dubitatio omnis tollatur: nisi dixeris,unum locum per alterum explicari, & illam 107
tantùm abundantiam,quæ mordet, improbari, & ita non per se abundantiam aut usuram, sed illi adjunctam pressuram & morsum, reprehendi;quod Scriptura tota sit una copulativa. Certè
duo esse Legis divinæ summa capita,nemo ignorat: videlicet,ut 108
supra omnes res DEUM amemus:& proximum,tanquàm nos ipsos:& ad huius posterioris præcepti appendicem,hanc de usuris legem pertinere similiter convenit. Quapropter cùm pecunia proximo ad usuram dari prohibetur, hoc significari intelligitur, ne quid in ea re adversus charitatem & dilectionem, proximo
debitam,faciamus:sive,ne illi,lucri nostri caussâ,noceamus. Ex 109
quo rursus sequitur, si talis sit usura, quæ sine incommodo proximi nobis præstetur,eam lege DEI non prohiberi. *Hugo Donel.*
d.trac c 2. Non enim, ut & initiò dicebam, per se peccatum est. 110
dare mutuò pecuniam, juxta pactionem interpositam de usuris pendendis: sed ex adjuncto peccati rationem sortitur, nimirum ex eo, quod interdum animus usurarii avarus & idolatra, & proximus gravatur contra dilectionis præcepta *Hemming. d.class. 4.c.2.cir.fin.* Argumento sit, quod contractus & negotiationes inter homines Lex divina nullibi prohibeat,sed manifestè stabiliat,& tantum propter adjunctas fraudes & imposturas homines damnet,& apertè quidem P*aulus* 1. *Thessalon.* 4. *v.* 6. monet, ne quis opprimat,aut circumveniat in negocio fratrem suum: quia neq; fures,neq; avari, neq; rapaces, regnum DEI possidebunt. 1.
Corinth. 6. *v.* 10. Extant etiam contractuum, & permissorum & 111
prohibitorum, diversæ caussæ, unde ad propositum similiter

non malè inferre licebit: Nam cum *Deuteron*, 24. 12. dicatur, à paupere & verè egeno acceptum pignus ante Solis occasum re-
112 stituendum esse: nihilominus conceditur divitis pignus retineri: ut vel hinc liqueat, inter personas mutuò accipiētium distingui debere, & id, quòd in paupere iniquum dicitur, in divite æquum esse posse. In venditione fundorum, in Iubilæo restituendorum, apparet, etiam legum divinam exactam habuisse annorum & fructuum præceptorum rationem, ne una, vel altera pars, contra justitiam oneraretur. *Levitic. c. 25. 15. 50. Ioseph. lib. 3. antiq. Iuda. Ioach. Steph. de lib. de Iuris jud. c.* 10. Rex Salomon Hiramo, Regi Tyriorum pro data sibi ad ædificandum cedrina, pineaque materia, viginti Galilææ oppida fruenda dedisse legitur, 3. *Regum* 9. *v.* 11. *& Paralip.* 2. *c.* 8. *v.* 1. Idem equorum, ex Ægypto, adducendorum gratiâ, negociationem instituerat, 3. *Regum* 10. *v.* 28. 29.
113 Ita & quæstuosa negotiatio cum pecunia, vacans incommodo alterius proximi, commendatur *Matthæi* 25. *v.* 20. 22. 27. *Lucæ* 19. *v.* 13 16. 23. *Roman* 13. *v.* 7. 8.

114 Esse præterea in proposito exemplo Usurarum ad qualitates adjunctas respiciendum, illud argumento sit, quod nonnulla alia simpliciter scriptura prohibet, quibus tamen, salvâ conscientiâ; rectè utimur. Ita enim prohibet Salvator judicare, &
115 jurare: Item, ne se quisquam ex suis Patrem aut Doctorem, vocari permittat: in quo tamen nequaquam judicia aut juramenta ἱκανὰ, gradus idem disciplinarum & doctrinæ prohibentur, sed abusus rerum, per se licitarum taxatur, quomodo & *Paulus Apostolus* litigandi in judiciis consuetudinem in suis damnat *Matthæi* 5. *v.* 24. *c.* 7. *v.* 1. *c.* 23. *v* 8. *& seq. Paul.* 1. *Corinth.* 6. *v.*
116 1. *& seq.* Similter igitur in Iudæis voce divinâ damnatam jam olim fuisse pravam, fœnerandi consuetudinem, omninò mihi persuasum est. Fuit enim hæc gens semper multis & maximis criminibus idolatriæ, vetitarum libidinum, magiæ & omnis generis superstitionibus mirè obnoxia: præterea non mercimoniorum quæstui, sed fœneraticiis lucris cumprimis dedita, a-

mans

mans & desidiæ & ignaviæ, quemadmodum in reliquis ejus gentis, hinc inde dispersis, apparet hodiè manifestissimè. Et ut cætera, in tanta verbi divini & gestorum mirabilium luce, admiranda populi præfracti & obstinati delicta taceam; de fœnoris gravitate semper Scripturam conqueri videmus, atque in eo præcipuè notari oblivionem charitatis, immisericordiam & duriciem ergo fratres & egenos: è contra autem fœneratores revocari ad considerationem charitatis, proximo debitæ, ad opera misericordiæ, studia benignitatis erga oppressos. Denique à Sal- 117
vatore nostro & Interprete optimo λόγῳ istis omnibus pulcherrimam regulam adjici: ut quæcunq; volumus, ut faciant nobis homines, eadē & nos illis faciamus: quæ omnia, collatis scripturæ locis, ubi usura damnatur, fient illustriora, veluti *Exodi 22. v. 21. cum se. & v. 52. Levitic. 25. v. 35. & seq. Deuteron. 23 v. 19. 20. c. 28. v. 11. 43. Esdræ 5. v. 3. & seq. Psal. 15. v. 2. 5. Proverb. 13. v. 22. c. 18. v. 8. 20. 27. c. 29. v. 13. Esai. 58. v. 3. 6. 7 9. 10. Ierem. 17. v* 1. *v.* 9. 11. *Ezech. 18. v. 5. 7. 12. 13. 16. 17. & c. 22. v. 7. 12. Matthai 7. 12. Luca 6. v. 30. &*
seq. 34. & seq. 36. Et de hoc postremo, *apud Lucam* loco, alii an- 118
notarunt, in eo de usura nihil tradit: imò præcipiunt mutuam pecuniam, si charitas seu dilectio proximi exigat, debitori omninò ut condonemus, quod & *Curt. d. lib. 3. q. 29.* innuere voluit: invitat autem ibi præcipuè Dominus suos ad beneficentiam, ne à fratre oculos avertamus, libenter demus, etiamsi nihil simus recepturi, quod & traditur *Matthai 5. v. 24. Deuteron. 15. v. 2. 3. 7.* &
seq. Ex quibus omnibus satis constat, Legem istam de usuris, 119
non planè Moralem, sed Politicam fuisse (conferantur loci *Deuteron. 15. v. 3. 6. 7. 11. & cap. 23. v. 19. 20.* & usuram ipsam ἁπλῶς non prohiberi, nisi quatenus per eam charitas proximi violatur.

Hoc verò cum dicimus, meminisse omnes, qui usuras acci- 120
piunt, volumus: nō ideo, quod Lege aliqua usuræ concessæ sunt, semper & indistinctè eas exigi posse: Nam hîc quoq; unusquisq; mentis suæ & conscientiæ sanæ judicium adhibeat oportet; Bene cuim *Hemming. d. lo.* caveat, *inquit*, Magistratus, ne sua

per-

permissione approbet, quod DEUS vetat:& *VVesenbec. in parat. D. usur. n.8.* non eò minùs eos, qui fœnebrem exercent, & quæstum hunc solum norunt, in re turpi & odiosa versari *ait*: & prudentissimè, pientissimeq; *D. Augustus, Elector Saxoniæ*, laudatissimæ memoriæ, *in Edicto Anno 83. promulgato*, antequam permittat usuras, unumquemque charitatis & dilectionis proximi memorem esse præcipit. Proinde quemadmodum alibi *Seneca*, juris & judiciorum regulam esse certam, *ait* æquitatis infinitam: ita & de hoc toto usurarum genere, non ex sese, sed ex circumstantiis pro personarum contrahentium, temporum locorumq;
121 qualitate. adhibitis æquitatis, utilitatis, honestatis formulis, & collatis dilectionis Christianæ gradibus, statuendum. Consulant judicantes implicatam animi sui notionem, adhibeant bonam fidem, judicium rectum, & quod *Sulpitio Romano* aliàs placuit, in hac causa maximè nunquam æquitatem à jure sejungant: Cumq; hi nihil præter culpam in tuendis legum præscriptis sanctionib9 præstare obligentur, contrahentibus ipsis cum primis incumbit,
122 ut Legum promissionibus, ad quæstum improbiorem, & avaritiã, non abuntantur; multa enim alioqui honesta & laudabilia lex suadet, quæ tamen non imperat, & ex caussâ quædam permittit, quæ simpliciter non approbat. *l. legis virtus de Legibus. Claud.*
123 *Prat. reg. ju. lib. 1. tit. 3. c 6. lib. 7. tit. 1. c. 3.* Leges quidem cum omnibus unâ & eâdem voce loquuntur: neq; omnia legibus vindicantur: si quem tamen earum indulgentiâ abuti, & fallacis prætoris urnam vincere contigerit, nequaquam ille conscientiam, circa omissum pietatis officium, & contemptum judicium, effugiet, *arg. l. militis C. de religios. & sumtu fun.* Si quis igitur stipulatione usurarum, ob præsumtum lucrum vel damnum, sibi caverit,
124 judex conscientiæ illius id permittet, ut æstimet, an proximum
125 lædat, vel non, ultrà non inquiret. Unusquisq; enim suarum actionum optimus est arbiter & testis. Probet unusquisq; opus
126 suum, & non tantùm, quid liceat, sed & quid expediat, cogitet.
127 Meminerit charitatis ubique mandata, & sic mundo utatur, ut non abutatur. Maneat in vocatione & statione sua. Non sua

tran

tantùm ſpectet,ſed etiam quæ ſunt aliorum. Caveat maximè 128
avaritiam, radicem omnis mali: Deniq; ſciat quæſtum eſſe ma- 129
gnum pietatem cum animo,ſuâ ſortè contento,finemque Legis 130
totius eſſe charitatem ex puro corde,& conſcientiâ bonâ & fide
non ſimulatâ. *Galat. 6. v. 4. 1. Corinth. 6. v. 12. Roman. 12. v 9. & ſeq. 1. Corinth. 13. & c. 7. v. 31. 20. & c. 10. v. 23. 24. & c. 11. v. 28. 31. Philip. pen. 2. v. 4. 1. Timoth. 6. v. 10 & c. 1. v. 5. 19. Tit. 3. v 8.*

Huc igitur ſpectant & collimant,quæ de diſtinctis in pro- 131
poſito hominum ordinibus ex *Io. Aepino, in Pſal* 15. retulit *Molina. d. tr. nu.* 86. & ad duos gradus redegit *Dana. d. c.* 15. Quoſdam videlicet eſſe pauperes, qui ad mendicitatem inevitabili neceſſitate rediguntur,nec reddere queunt: Quoſdam indigentes, quibus ad tempus opus ſit, ſed qui aliquando reddere poſſunt: Quoſdam denique poſſeſſiones tenere, quibus de ſuo ſatis ſit, nec opus habeât ad tuenda vitæ neceſſaria commoda alienis rebus & bonis. Primis gratuitam beneficentiam, ſeu eleemoſynam,dandam *Luc. 6. v. 35.* Secundis mutuum officioſum & gratuitum exhibendum *Levit. 25. v. 35. 36. Pſal. 37. v. 21. 26 Pſal. 112. v. 5. Proverb 19. v. 17. Eccl c. 12 v. 1. Eccleſiaſt. 29 v. 1. & ſeq. cum ſimilibus, ſuprà ex veteri fœdere allegatis*: Tertiis permitti inter ſe de lucro moderato paciſci: ubi tamen,ut in cæteris cõtractibus, charitatis, proximo debitæ, ratio habenda eſt. *1. Theſſ 4 v 6. Matthæi 7. v. 12.* Ex quo non malè dicitur, mutuum eſſe aut eleemoſy- 132
narium in donationem cadens, aut proprium, aut uſurarium: quibus honeſtis & licitis ſpeciebus mutui,& quartam improbati & fœneratìcii mutui, adijcere aliquis poteſt,ut ad objecta adverſantium reſponſio ſit facilior. *Atq; hæc ad loca,ex ſcriptura ſacra allata, ſufficiant.*

Ad Canones & Concilia deinde quod attinet,fateri neceſſe 133
eſt,ut plurimùm clericis,interdum & laicis,uſurarum exercitia interdici: ſic tamen, ut propter turpem & inhoneſtum quæſtum,quem inde parari exiſtimabant,id cõſtituatur, partim propter graviores uſuras,centeſimas ſcilicet & ſeſquicenteſimas,ex
concilij Nicæni ſententia. *c. quoniam multi 47. diſtinct.* Exiſtimo 134

autem

autem & hic magis abusum rei, per se non malæ, quàm ipsum usum damnatum: Ita enim sæpe accidit, ut quæ benè constituta, atq; introducta sunt, quasi si ipsæ Leges, non homines deliquissent, severiùs indignatione factâ aboleantur, quàm pœnæ exigantur ab ijs, qui adversus eas Leges deliquerunt; ut Regiam potestatem, Decemviratum, Dictaturam. Tribunatum, Romani, eorum potiùs odio, qui hos magistratus tenuissent, abrogârunt, quàm quod in his potestatibus aliquid vitii detrimentivè esset. P. *Aerod. in Pand rer judicat lib. 1. tit. 5. c. 16 Hadria. Sarau. de di-*
135 *vers. Eccl. ministe. in præfat pa* 22. Ad eundem modum & usura, odio fœneratorum, & improborum usurariorum. à Canonibus, Concilijs & Patribus in universum ferè damnata legitur: ideoq; non mirum, si quemadmodum illi Romani magistratus, defervescente odio publico, & mitigatis ingenijs popularibus, paulatim restituti sunt: ita & usuræ probabilis modo ab impp. Chri-
136 stianis in usum denuò revocatus appareat. Et verò non planè omnis pecuniæ fructus per Canones abolitus est: sed simulachrũ quoddam usuræ in eis relictum, quod apertè ad illos Canones à *Phoito, Patriarcha Constantinopolitano, & Balsamone*, annotatum est: Episcopus & Clericos ex mora, vel tanquam id, quod interest, usuras exigere posse, *ut est in Nomocan. Phot. tit. 9 cap. 27. pa.* 71. Unde non toto genere usuras damnatas à Canonibus esse
137 satis liquet. Ipsum autem jus Canonicum quod attinet, non tantùm id, qnod interest, in eo probatur, sed & casus quidam traduntur, in quibus usura sine reprehensione procedere judicatur: ut cum ob dotem non solutam, à socero permittũt genero, ut ex re sibi pignorata fructus capiat, præter sortem: vel pacitcatur, certam quantitatem sibi quotannis dari, quoad dos non solvatur: qvod & ad viduam, matrimonio soluto, dote non restitutâ, applicatur. *c. salubriter ex. de usur.* itemque ad dominum feudi. cui res feudalis utenda fruẽda data est, interim, dum suâ pecuniâ caret. *c. conquestus de usur. c.* 1 *de feud.* Sic & in ultima voluntate certam quantitatem, alicui sub onere solvendatum usurarum ejus, relinqui posse, convenit. *l.* 3. §. *ult. de annu.*

legat.

legat. ubi Dd. comm. Ioan. Pet. *Surd cons.23.lib.1.Hier.Gabr.con.115. num. 12. & seq. lib. 2.* Ita & de inæquali commodo, & emolumento negociationis, atque etiam de nautico fœnore, pacisci hoc jure licet, *c. navigantib. ex de usur. Covarrn.lib.3.resolut. c. 1. nu 3.& seqq.& c.2. Federi. Scotus consil. tomo.2.lib 6.cons.27.* quemadmodum & usuræ à fidejussore, pro principali exolutæ, eodem jure similiter exiguntur. *c. constitutus ex de fidejus* Denique no- 138
tissimæ sunt, de annuorum redituum comparatione, constitutiones Pontificum, *Martini, Calixti & Pii V.* quos reditus omninò justos & legitimos iidem vocant. *Covarru d.lib.3.c.7. Natta cons. 497. nu.10.& seqq. & cons.seq. num. 1. & se. lib.3. Franc. Viv. decis. 84.lib.1. Virgin. Baccat. de cingulo trac de Manutentio. possessio. c. 19.num. 1.cum mult. seqq* quibus adijcienda sunt, quæ de monti- 139
bus Pietatis & Cambiis, Pontificiâ auctoritate, statuta leguntur. *Boccat de trac.c.18 num.160 & seqq. Io Bap. Lup de usur.par.3. num. 80.& seqq. Bened. Bonius de censib. artic.5.11.14. P. Surd. cons 282. lib. 2 Ferro, ad cons, Burd.lib.2.tit 8.§.20. in fin.* Iidem concedunt, ci- 140
vem, summis Reipub. necessitatibus compulsum, rectè pro pecunia, Reipub. data, usuram accipere posse: ut interdum coguntur, subditi fortunis suis, publicis necessitatibus subvenire. *Alex in l.1.num. 45. solut. matr. Natta.cons. 12.num.5.6.lib.1.Cachera. decis.95.Franc. Viv. decis 373 lib 2.Vasq de succes. creat.lib.1.§ 6.num. 21.& seqq.& lib.1. illust. contr.c.6.n.7. Pruckman. de soluta potestat. cap. 4. mem. 2. effec.4. num 1.& seq:* Ita & Parlamentum Parisiense pecuniam pupillarem, ad certum tempus, ad reditum usurarium, dari posse, censuit. *Ioan.* Papo. *inter arresta. tit. de contr. usur. c.27. Peck d. c. quod alicui num. 3.4. de Reg. ju. Renat. Choppi de Doman. lib.3 c.23 num.9* Et ut finem faciam, inter Ca- 141
nonistas convenit, damna & interesse à tempore moræ rectè exigi. *gl.& Panor. in d. c. conquestus. And. Geil lib.2. obs.5.nu.14.& seq.* sed hoc interesse ab initio in cōvētionē deduci, aut certi alicujus lucri spem creditori fieri prohibent. *Geil.ibi. Covar. d.li.3 c.4.n.5. Cagnol in l. uni.num.49.C.de sent. quæ pro eo quod int. profer. Strac.*

de con.

de contrac. merc num.2.3. de assecurat gl.33. nu. 1. Nihilominus tamen ijdem contendunt, debitorem, eius quod intereſt, ſi in mora fuerit, in aliud intereſſe prætereа damnari poſſe, etiamſi uſuræ uſurarum ſint vetitæ. *Rota Gennens decis.78 nu.16,17. decis. 87. nu. 8 9 decis.185 num.3. decis. 190. nu.6. & seq decis.194. & 110 n.3. Thomas Minado decis.17.* Imò quantitatem ejus, quod intereſt, uſque ad octo in centum aſcendere permittunt. *Ro. Gennen d. decis.194. nu 3. Borg. Caval. decis.2. nu.11. decis.13. nu.38. par.2. Vincen. Caroc. de locat. tit. de usur. q.14 f.228.*

142

Tot igitur in cauſis, cùm jus Canonicum uſuras & reditus pecuniarum approbet, iniquiſſimi ſunt Legum Civilium cenſores, qui cum illis in Canones committere in animum inducunt:
143 ac demus, plus in hac re Imperatores quàm Pontifices permiſiſſe, an ideò à Iure Civili recedamus? cum de ſententia ſaniorum interpp. conſtet, etiam ipſos Pontifices gratiam prohibitionis ſuæ facere poſſe, latè *Tessau. d. decis. 57. & suprà* oſtenſum ſit, cõſultius eſſe Reipub. ad licitam quantitatem uſuras permitti, quàm
144 ſub ſpecioſis, eius quod intereſt, (ſub quo vel maximè fraudes uſurariorum, tanquam pileo, conteguntur, *secundum Zas. in § omnes num.14 Inst. de action.*) redituum, Cambiorum & montium pietatis nominibus, impunè fœneratores in bona innocentium
145 pauperum graſſari. *Iacob. Curtius d lib.3. c.29.* Sanè *Martinus Lutherus*, initiò reformationis ſuæ, aſperior in uſurarios fuit, & *in homilia magna* ſententiam ſuam mitiorem poſtremùm clariſſi-
146 mè expreſsit: Aliorum etiam Theologorum ſimilis moderatio fuit, ut ſuprà oſtendimus: deniq́ue *Ratisbonenſium paſtorum zelus non ſecundum ſcientiam fuit.* itaq; brevi tempore compreſſus extinctusq́; eſt.

147 De jure humano, ex ratiocinationibus Philoſophorum, & Politicorum, longior diſputatio foret, ſi ſingulis reſpondendum eſſet: Verùm iſto labore jamdudum nos *Molinæ, d. tract. num.528. 529. & seq.* ſublevavit, docuitque planiſſimè, nihil iſtis argutiis, (prout & *Coras miscel lib.3. c.21, nu.7.* nimis longè petitas, & ſubtiles magis, quàm veras eſſe eas, tradit) ſoliditatis ineſſe, dum

non

non discernunt Philosophi utilitatem pecuniæ, ab eadem pecunia. Et *suprà* pluribus *in secunda ratione* ostensum est, pecuniam 148
non planè sterilem rem judicandam, & in ea similiter, ut in aliis rebus, negociationem cadere posse; fructumq; ejus illi, cujus beneficio eâ uti licet, non injustè communicari. Neque, ut putant, natura hîc adeò offenditur: quia licet pecunia consumatur: usus tamen commodum durat: cum eæ res perseverent, eaque commoda, quæ inde comparavimus, ex quibus quotidie non minùs quàm ex fundo, nostrâ industriâ exculto, majores fructus capimus: ut proinde ex hisce fructibus pars aliqua, pro compensatione beneficij, à grato debitore, meritò creditori, non oneroso, sed officioso solvatur *l. si servos. 25. de pignorat. actio*: cum præsertim id sine injuria debitoris fiat, & suæ cuique utilitati servire, quod sine alterius injuria fiat, concessum sit, nec repugnante na- 149
turâ, ut post *Cicero. & Hotoman.* benè scripsit *Hugo Donel. d. c. 2. cir. fin.* & faciunt dicta à *Paul. 1. Corinth. 9. v. 7.* æquum esse, ut qui plantat vineam, de ejus fructu edat.

Quæ de veterum Legislatorum & Politicorum institutis 150
allata sunt, esse ejusmodi quivis facilè deprehendit, ut magis improbum fœnus, quàm usuram moderatam, accusent: quæ duo in hac materia semper accuratè sunt distinguenda. Quanquam & 151
ad locum *Aristot. Polit. c. 7. lib. 1.* pulchrè annotavit, *Molina. d. lo. num. 439.* ibi non adeò exactè, ut quidem in schola ICtorum 152
fit, contractus distinctos esse; ad quos etiam magis, quàm Philosophos, hujus quæstionis decisionem pertinere judicat *Phil. Melanth. d. lo*: Ita *Cic. 1. off.* de rectè collocanda pecunia melius ab iis, qui ad medium Ianum sedent, quàm ab ullis philosophis disputari, scribit: & ut modò dicebam, verisimile est, *ab Aristotele* magis inexplebilem habendi & fœnerandi ingluviem, quam honestum moderatumque usuræ exercitium reprehendi. Reipub. 153
certè interest, hoc exercitium ad aliquem modum permitti: & fortè tolerabilius erit, quàm Lugdunensis mensæ & Genuensis Montis institutum, *Molina d. tract. num. 506. 507. & seqq.* quorum utrumque tamen *Bodinus in responsione ad* Paradoxa *Malestrotij*

pa.659. in § alia causa, &c. probavit, cum antè in Polit: usuras non æquè graves approbasset, *de Repub. lib. 5. c. 2.* In Repub. Græcorum, præter δίκλω χρέες, erat & δίκη τοῦ δανείου, seu condictio certi
154 ex mutuo, cum stipulatione usurarum, *secundum Demosthenem* contra *Phormionem*, & alibi *Ioach. Steph. de Iurisd. Græc. d. c. 14.* Apud Germanos, *inquit Cornelius Tacitus de moribus German.* fœnus agitare & in usuras extendere, erat olim ignotum: ideoque magis servabatur, quàm si vetitum esset: & teste *Innocentio Gentil. adversus Machiavellum, in præfat. in fin.* hoc nomine iidem hodiè quoque laudantur, quod non immanes & fœdas usuras alibi usitatas, exercent, sed in mercatura exercenda, civili & legitimo super sortem pecuniæ fructu, id est, quincunciario, semunciario, aut ut plurimuùm, bessali fœnore contenti sunt: cum alibi, apud Italos scilicet, ferè centeni nummi quinquagenos annuos, aut etiam centenos, pariant. Quod *M. Porcius Cato* ex Sardinia fugavit fœneratores, propterea habitus est asperior, *ait Livius*: & sunt alii, qui usuram non ex sese, sed propterea, quòd immensæ, quod graviores, quàm pro consuetudine, & passim sine delectu, exigerentur, à civili societate interdum exulare jussam contendunt. *P. Ærod. d. lib. 4. tit. 10. c. 1.*

155 Interpretum autem juris nostri probra quædam, in usuras jacta, fateor, extant: sed & aliorum elogia proferri possunt, qui de his meliùs & rectiùs judicarunt: Nam *Baal in l. 1. C. de sum. trinit. & in c. 1. de jurejurand.* dixisse legitur, optādum esse multos hodiè inveniri fœneratores, ne multi fame pereant: *& Alciat. in d. l. usura, &c.* publicè interesse, *ait, ut & suprà monui,* dispositionem civilem de modo usurarum in usum revocari, probat *Molina d. tract. num. 77.* Neque omninò malè *Pet. Ferrar. in form. libel. actio. hypothec. verb. sine aliqua usurarum numer. 1.* scripsit, Mundum hodiè non sustineri, neq; regi absque usuris, cùm charitas proximi refriguerit, & dilectio emortua sit: quos ideò laudat *Matth. Coler. d. par. 1. c. 10. num. 68. 71. & seq.* ubi eleganter subjicit, reperiri quosdam Cumini sectores, qui de usura fortiter

dispu-

disputent, interim tamen improbioribus longè contractibus dant operam, quique ex censura Salvatoris colent culicem, & deglutiant elephantum. *Matth.* 23. *v.* 23. 24. Prædictis igitur cor- 156
datis & prudentibus viris & ICtis *ego quoque accedo*: neque Iustinianum, credo, quod quidam stolidè opinantur, in hoc usuræ argumento Nicæno concilio semet subjecisse; Neque alia Civilis 157
sanctio proferri potest, quàm de Leone, sive Basilio potiùs, *supra ex Harmenopulo* afferebatur: Etsi satis constet, posteriorum Græcorum Impp. Constitutiones, etiam ab ipsis Græcis ex parte repudiatas, *secundum Cujac. obs.* 31. *lib.* 17. *Anton. Guibert. de sponsal. tit quot modis spons. dican. num.* 17, 18. Et eidem constitutioni patris Basilii, filius Leo Philosophus, latâ lege contrariâ, derogavit, ita ut æris alieni usura ad usuras trientales procedat, cujusmodi usuræ M. Antonini Pii, & Alexandri Severi tempori- 158
bus legitimæ fuerunt, & ab iis ipsis Imperatoribus exercebantur, *Iul. Capitolin in Anton. Pio. & Lamprid. in Sever. Alexand.* quò pertinent *l. cum quidam* 17. § *fin. de usur. l.* 3. *fin. ad L. Falc.* Estque illa, *inter Leonis Novellas Constitutiones* 83. non indigna, cujus verba prudenter expendantur: nam apertè fatetur, usuras in hac vita vix prohiberi posse, & patrem suum id conantem, magnis ausis excidisse.

Inter Constitutiones Imperii Germanici, etsi de reditibus 159
annuis & fœneraticiis contractibus sæpè edicatur: non tamen expressè usura legitima prohibetur. Ac ut maximè *Recessus* deputatorum VVormaciensium, *Anno* 86. congregatorum, ab omnibus Statibus homologatus non sit, spes tamen est, aliquādo omnes, quod in commune utile est, approbaturos esse: maximè 160
cum ipsis rerum experimentis doceatur, moderatæ usuræ usum ad publicam utilitatem pertinere, quam Legislatorem considerare, refert plurimùm, *arg. l.* 2. *C. ut in possession. legato.*

Atque hæc pluribus aliquantò, fateor, quàm initiò propo- 161
sueram vel ideò exequi statui: Primùm, ut inanem persuasio-

nem, usuras per se planè omnes damnatium & opinionem timentium, ubi non est timendum, minuerem, *Psal.* 14.*v.*4. 5. *&* *Psal.* 53 *v.* 5. cum puris quidem omnia sint pura & sana: pollutis autem & infidelibus, nihil sit purum. sed polluta sit eorum &
162 mens, & conscientia. 1.*Corinth* 10.*v.*25.*& seqq. ad Tit.* 1.*v.* 15. *Luc.* 3.*v.*13.12. *Rom.*14.*v.*20. 21. 22.23.*&* 1.*Corinth.* 5.*v.*9.10.*Matthæi* 23.
136 *v.*23.24.1. *ad Timoth.*4. *v.* 2.4.1. *Ioan.Canon.* 3 19. 20. Et in ejusmodi mediis causis, cum pietate erga DEUM, & charitate erga proximum, non pugnantibus, judicem non excuset inanis præ-
164 tensa conscientia, dum melior aut sanctior videri vult legibus ipsis: & vera conscientia illa sit, non quæ ex sinu judicis, & secreto pectoris, sed quæ ex fonte legum scriptarum proficiscitur: ubi
165 conscientiam hominis vincere debet conscientia legis: Et optimum est, procedere per viam sigillatam, & conscientia publica & communis, privatæ præferri meretur: *c judicet ubi gl.* 3. *q.* 7.§.*omnis Nov.*82.*Bal.in l.*1 *C.qui accus. non poss. & in c. cleric. de vita & honest.clerico, in l.*1.*C si plures una sent. condem. Afflict. decis.* 321 *num* 1. 2. *Molina. in cons.* Par.*ti.*1.§. 41. *num.* 86. 87. *Anton. Natta, cons.*6.*in fin.cons.*49.*in fin. lib.*1.*Schrad.de feud.par.*10. *sectio.* 13. *num* 30.*Covarru. in c possessor par.*3.§. 2. *num.* 1. *Peck. ibid in fin. num.*17. *& num.* 4 *de reg jur in* 6 *Hippol. de Marsil. cons.*15.*num.*17.
166 *cons.* 20. *num.* 55. Conscientia præterea ex jure debet informari, & scrupulosa conscientia deponi. *Bal. cons.*295.*num.*2.*lib.*1.*Franc. Mantica.de conject. ul. vol lib.*2.*c.*14.*n.*7.8.

167 Altera causa sit, ut magistratus, qui connivent ad abrogationem, & apertam improbationem Legum Civilium, de munere & officio admonerem, ut & ipsi cogitent ad modum aliquem,
163 constitutionibus suis editis, usuris lenioribus, quincuncialibus scilicet, aut minoribus, in Repub. sua locum honestum dare potiùs, quàm ut suâ dissimulatione foveant & nutriant quorumlibet fœneraticiorum contractuum familiam: & dum infeliciter occupantur in cambiis siccis, & realibus usurariis, aliisque contractibus, qui vulgò Stochi,

Civan-

Civantiæ & Rompicolli dicuntur (de quibus tractat *Virgin. Boccat. d. tract. de Manuten c. 18. nu. 162. & seqq. num. 188. & seq.*) prohibendis, agnoscant tandem Reipublicæ suæ incurabilem morbum, ubi præstet aliquid cõsuetudini, etiam improbiori, concedere, quàm salutem subditorum in periculum maximum vocare: ut adeò hîc quoq; de dispensatione, adversus sanctiores Constitutiones, non sit nimiùm laborandum: de qua *latè Vasq. de succes. prog in præfation. nu. 146. & seqq. & illust. controvers. lib.* 1 *c.* 25. *num.* 8. 12. *& se. & c.* 27. *num* 3. *& seq. Cas. in* Polit. *Aristot. lib.* 1. *cap.* 7. *pa.* 44. *lib.* 3. *c.* 5. *pag.* 151. *lib.* 4. *c.* 8. *pa.* 199. *Fortun. Garzia. de ult. fine jur. num.* 103. cum nonnulli Iudæis securè, *ex Constitutionibus imperii Anno* 77. *Francofurti promulgatis tit.* 20. Von Jüden/ §. Damit aber/ id permittant, neque videant, magis se ita causam Iudæorum, quàm Christianorum agere, & hos quidem illis impunè deglubendos & devorandos tradere: & in proprium caput maledictionem divinam congerere: de qua & hoc jam olim scriptum est, à DEO maledictos populos, aliorum quidem fœnus experturos: ipsos autem illis rursus non fœneraturos. *Deuteronom.* 28. *v.* 11. 43.

169

170

QUÆSTIO SECUNDA.

Creditor, si in suscepta Interesse probatione defecerit, an usuras legitimas ex nova Constitutione Elect: petere poßit: Et an non Iudex nonnunquam, pro qualitate probationis, reum ad interesse condemnare valeat.

SUMMARIA.

1 *Creditor, si in probatione interesse deficiat, usuras posteà petere potest secundum quosdam, nu. 3. Verùm contrarium deciditur num. 13. & nu. 26. Quod ampliatur etiamsi protestatio interveniat, nu. 27.*

2 *Interesse probatio summè difficilis.*

4 *Remediis pluribus de Iure alicui competentibus, licitum est, de uno ad aliud procedere tùm, quando nobis per unum non est satisfactum.*

5 *Creditor licet priùs egerit reali, non prohibetur postea personali actione agere.*

6 *Executivam viam semel ingressus potest ex post facto ordinariam intentare.*

7 *Contumaciæ ratione si quis egerit viâ ordinariâ potest impostèrum extraordinariè ad bannum procedere, adde nu. 22.*

8 *Lege aut constitutione non prohibente, quod fit, rectè fit.*

9 *Unâ viâ perperam electâ ad aliam redire licet.*

10 *Actione unâ perempta, alia deduci potest.*

11 *Constit. Nov. Elect.* Von wunderlichen *Contracten inducitur, & nu. 28.*

12 *Reus deficiens in probatione suæ exceptionis, actore intentionem suam non probante, est absolvendus.*

14 *Viæ quam quis semel elegit, insistendum.*

15 *Actor instructus ad iudicium venire debet.*

16 *Actori licitum non est variare.*

17 *Quod semel placuit, amplius displicere non debet.*

18 *Viam probandi ordinariam, quando semel ingressus est actor, videtur alteri, eo ipso ius quæsitum esse.*

19 *Ius alteri quæsitum, ei invito auferri non potest.*

20 *Actor qui plures res obligatas habet, si unam elegit, posteà variare non potest.*

21 *Electâ probandi viâ ordinariâ, intelligitur quis beneficio constitutionis Elector, renunciasse, & nu. 25.*

22 *Ordinariâ viâ electâ, ad extraordinariam non concedendus regressus.*

23 *Actor intentionem suam per testes probare instituens, non potest aliam probandi speciem suscipere.*

24 *Actor succumbens in causa, eandem resuscitare non debet.*

29 *Protestatio interposita contra ius & factum proprium, aut contra ius partis iam quæsitum, non valet.*

30 *Protestatio contra sententiam latam, à qua non fuit appellatum, nihil valet.*

31 *Protestatio de lite non contestanda, eâ contestatâ non attenditur.*

32 *Clausula & protestatio, salvo iure addendi, in libellis est superflua.*

33 *Iudicis integrum est, pro qualitate probationis, nonnunquam interesse taxare. & num. 35.*

Præ-

34 *Præsertim si eius æstimatio imploretur.*
36 *Quod & in fructibus locum habet. &c.*

SUperiori quæstioni, in qua de usura egimus, illud placet paucis adijcere, de quo sæpius concertatum fuit. Utrum nimirùm creditori, qui definitâ provinciali constitutione Novellâ usurarum quantitate non contentus, probare conatus fuerit, pluris suâ interesse, & in probatione illa, (cum interesse probatio sit summè difficilis, *per l.ult. de prætor stipul. gl. in c. cum dilecti. ver. justis de foro compet. Ioan. Bapt. Plot. de in litem juran. §.4.nu.34. cir. fin. Menoch. cas. 116.nu.20.& ca.119. nu.4. Mascard concl.929.num.1. cum seq.& conclus.930.num.9.*) defecerit, ad beneficium Novellæ redire, & quincunces usuras petere integrum sit. 1 2

Et videtur hoc eidem indulgendum. Quando electâ viâ probandi eius quod interest, non prohibeatur de jure Civili, ut ejus quantitas definiatur, *uti passim Dd. in l uni. C. de sententiis quæ pro eo quod interest*: Et aliàs plurib. à jure alicui proditis remedis, ab uno ad alterũ procedere tũc liceat, quando per illud, quòd primò intentatum est, plenè nobis non est satisfactum, *per l. quoties 41. de O & A. l. mater 19. de inof. test.* in quam sententiam accipe, præter *Coler in process. execut par. 1. cap. 8. num. 10. cum seq. & par. 3. cap. 5. num. 40. & seq.* etiam *Neguf. de pign. 4. par. princ. num 25. & seq. Molin. n. consu. Paris. tit. 2. § 52. num. 106 & seq.* Hinc si creditor prius egit reali actione, non prohibetur ex post facto ad personalem redire, & econtrà, *l. grege §. etiam de pignor. l. quamvis C. d. t. l. aversus C. de Act. & obl. Beneven. Stracha de decoctor. par. 3. numer. 46 Boer. decis. 309. num. 23. Anton. Capyc. decis. 46. numer. 9. 10. cum seqq.* Imò si prius intentaverit quis unam viam & executivè processerit, nihil impedit, quo minùs posteà contra eandem personam agat ordinariè, vel executivè aliquâ aliâ viâ, *l. si judex de varr. & extraord. cognit. l. si quis à liberis. de lib. agnosc. per trad. à Br in l. consentaneum in pen. quæst. C. quomodo & quando judex, &c. Dd. in l. edita C. Eden: Hieron. Magon. decis. Lucens. 52. num. 22. Natta. cons. 138. num. 25. lib. 1.* Sic licet quis adversus contumacem elegerit viam procedendi in causa 3 4 5 6 7

principali,& ad litis usque contestationem progressus fuerit, nihilominus variare,& ad bannum agere potest, ut in Camera de-
8 cisum refert *Gail. lib. 1. Obs 60 num. 4.* Sanè Nov. Constitutio Provincialis expresse non præcipit, ut hanc vel illam viam ingrediantur, pro ut quandoq; lex facit, *l. ult. C. de Codicill, d. l quo-*
9 *ties 41. in pr.* Unde magis erit; ut unâ viâ perperam electâ, ad alteram redire liceat, *l. 4 in fi ff. Quod cum eo. qui in al. pot.* Sic *in l.*
10 *habebat 13. in princ. de instit. act.* qui probare non potuerat, caussam à se adductam, admittitur nihilominus posteà ad alterius a-
11 ctionis deductionem, *de quo latius Dd. ibid. & Boer. decis. 24. num. 14. 17. cum seq.* Adde quod quamvis in d. Nov. des Torg. ausschreibens sub tit. von wucherlichen contracten / etc. dicatur, So der Glaubiger des Interesse halben sonderlich beweis fürnehmen wolte / lassen es jhre Churf. G. bey obberurter 30. Const. diesfals bewenden/ etc. tamen hoc non videtur prohibere, ut Iudex id, quod verisimiliter in-
12 terfuit, adjudicare illi creditori possit. Quemadmodum videmus, quamvis reus onus probandi exceptionem suam in se suscipiens defecerit, & actor ipse simul intentionem suam non probaverit, nõ præjudicari reo, per electam illam probationem, sed absolvi posse, *Silices. in l. frustrà C. de probat. Mascard. de probat. conclus 37. nu. 5. d. Constit. 30 §.* Damit nun/ etc.

13 Verùm hisce aliisq; quæ speciosè adduci possent, nihil refragantibus, tàm in Iudicio appellationis Anno 88. quàm VVittemb. non semel respõsum scio: Interesse probatione institutâ, si nihil probatum, aut probationi Actor diffisus sit pœniten-
14 tem & legitimas usuras petentem, audiendum non esse. Hanc enim viam semel elegit, & ideò ad aliam regressum habere non debet, *l si mulier. 21 in fine quod met. caussâ, l. si quis 11. C. de reb. cred.*
15 *& jurejur. ubi Dd.* Actor enim instructus judicium accedere debet, & ita paratus, ut ad negationem, aut quodvis factum partis
16 adversæ, certus sit, quid facere, & quomodo intentionem suam
17 probare velit: Ideoq; minùs variare, & contra factum proprium venire potest: Quod enim semel placuit, amplius displicere non potest, *l. Pomponius 9. de negot. gest. c. mutare c. quod semel de R. I. in*

6. ub

6. ubi pulcrè Peckius inquit, multos, Chameleontis instar, subinde colorem mutare, & Polypi mentem tenere: aliud stantes, aliud sedentes sentire, de toga ad pallium transire, & quacunque occasione pœniteret de his, de quibus antè constituerunt. Hinc ubi semel ita actor probandi viam illam ordinariam ingressus 18
est, & probare cœpit, alteri parti jus inde quæsitum existimatur, 19
quod repugnanti posteà auferri non licet, *l. sicut de O & A* per litis enim contestationem, & testium productionem contrahere in judicio dicimur, *Auth. qui semel C. quomodo & quando judex c causam de do. & contum: c. accepta, ubi Alb. num. 4. c. si duobus de appellat. ubi Innoc. Abbas Boer decis. 47. num. 7. Ioan. de Amicis cons. 92. Anton. Gabr. Rom. de act. concl. 1. num. 22 cum seq.* Sic 20
quando creditor habet plures res obligatas, in quibus habet electionem, si semel unam elegit, ipsi non est integrum, ex post facto retractare, sive habeat actionem & optionem ex provisione sua, sive legali. *l. si quis stipulatus sit Stichum de V. O. l. 3. §. & generaliter de eo quod certo loco. Anton. Capyc. decis. 46. nu. 6. & decis. 119. num. 6.* Deinde per talem optionem & factum, ipse extra- 21
ordinario cōstitutionis beneficio renunciasse intelligitur *l. quod herede §. eligere de tribut. act. l. fin. C. de codicill.* Quando enim quis 22
duas vias habet, unam ordinariam, & alteram extraordinariam, tunc intentando ordinariam & regularem censetur renunciasse extraordinariæ seu summariæ, & idcircò ad hanc redire non potest, *gl. fin. in l. proinde §. putandum ad L. Aquil. Marant. disput. 6. num. 24. Tiraq. de constit. par. 1. num. 19. Rom. cons. 133. in præsupposito casu Roder. Zoarez in l. post rem judic. num. 1. & seq. de re jud. Anton. Messa ad form. Cam. obligat. q. 2. num. 4. & seq. Anton. Gabr. Rom. d. concl. 1. num. 1. Coler. par. 3. cap. 5. num. 30. Menoch. remed. 4 adipisc. nu. 423 cum seq. & remed. 5. nu. 157.* Et facit ad prædicta, 23
quod actor, si in Iudicio intentionem suam per testes probare instituerit, eandemq; ob causam positiones productas, in vim articulorum reproduxerit, & ad examen testium processerit, re ita non amplius integrâ, ad aliam probationis speciem, transire nequeat. *Salic. in d. l. si quis C. de reb. cred. & post eum Decian. cons.*

protestetur de lite non contestanda, & tamen posteà respondeat, quod lis pro contestata habeatur: Vitiatur enim protestatio per contrarium consensus actum, *c. 1. de lit. contest. c. cum Marcus Ferrar. extrà de constit. Alexand. d. l. non solum § morte de op. no. nunc. nu. 16. & seq. Gail. lib. 1. Obs. 73. num. 67.* Pari ratione, super- 32
flua est protestatio, nec attenditur, quam causidici actionibus subijcere solent, *salvo addendi vel minuendi jure*, quia & hæc ex legis præscripto, non ex nostra declaratione pendet, *Dd. communiter & Cagnol. in l. edita in fin. num. 308. C. de edendo Alciat. in l. de testatio 40. num. 31. de V. S. Ioan de August. tr. de protest. num. 10.*

Cæterùm in proposito benè notandum, licet actor inter- 33
esse in termino dato ad probandum, liquidò non probet quantitatem ejus, nihilominus reum à judice (quod ex stylo suprà commemorato dicendum videtur, & aliquando habita circumstantiarum & probationis ratione pronunciatum † recordor) †
condemnari posse. Proinde consultum actori, ut imploret ju- 34
dicis officium, quo æstimet interesse, ex quo id facere illum debere tradit, *Castrens. in l. si id quod 75. num. 3. de leg. 2.* Quando e- 35
nim interesse probatum fuerit sine certa quãtitate, potest judex, perpensâ probationum qualitate, ex officio taxare eius quantitatem, & in eam, juramento præsertim adversarij confirmatam, reum condemnare, *c fin. extra de his qui vi met. causa c. 1. de restit. spol. l. si stipulanti de V. O. l. 4. in fin. quod cum eo & c. l. ult. § sin autẽ C. de ju. delib. Ripa in l. si neutri § in bonis nu. 8 de privil. cred. Mascard. concl. 37. num. 50. & latè concl. 933. num. 8 9. 11. 41. & passim.* ubi *d. nu. 11. vers. si igitur petii* post *Cagnol. in d. l. un. num. 53.* dicit ita usu & praxi observari. Quod & in fructibus, quæ interesse appellatione veniunt, locum habet, *ut per l. semper § in hoc interdicto, & c. quod vi aut clam. post Br. Ang. Nattam. alios q; tenet noviss. Pansman. lib. 1. q. 23. num. 16.*

QUÆ-

QUÆSTIO TERTIA.

An pacto contrahentium minus solennis Scriptura confirmetur, licet falsi suspicio subsit. An pactum de stando assertioni creditoris, super eo quod interest, valeat.

SUMMARIA.

1 Creditores in instrumentis varias inserere clausulas solent.

2 Clausula de valore scripturæ, ut valeat, ac si omnibus numeris perfecta esset, an prosit: præsertim si instrumentum vitio quodam visibili laboret: Et videtur quod non, nu. 3. Sed quod sic, traditur nu. 2, & nu. 19. Limitatur, quando subesse fraus videtur nu. 22. & 24.

4 In Partium potestate est, probationibus, & earum solennitati, renunciare, cum nullâ lege sit prohibitum, nu. 13. Modò dolus absit nu. 21.

5 Iuri publico, facto privatorum derogari non potest.

6 Pacto non inducitur, ut stetur privatæ alicuius scripturæ; Sed contra adeò ut plenam fidem faciat, nu. 15.

7 Creditor ad delinquendum inducendus non est.

8 Pactum vel clausula, ut omisso originali, stetur copiæ, ex quorundam sententia non valet, sed contra nu. 17.

9 Pactum itidem quo debitor promittit, se exceptionem simulationis non oppositurum: sic exceptionem doli mali, & fraudulentæ persuasionis, nu. 11.

10 Transactio super crimine falsi non valet.

14 Lex, consuetudo, pactum, probandi facultatem possunt alterare.

16 Conventio valet, ut dicto unius testis stetur.

18 Pactum valet ut simplici assertioni creditoris, super damno & interesse, sit standum: Nisi fraus subsit. nu. 20.

21 Pacto remitti dolus non potest, aut debet, circa promissiones.

23 Vitia visibilia multa in instrumento resultare possunt, remiss.

24 Exceptionibus quibuscunque remotis, non censentur remotæ, de quibus ex oculari inspectione constat.

25 Administratione liberâ concessa, dolus remissus non intelligitur.

Dictum

DIctum est alibi, in tanta hujus sœculi licentia & perversitate, solere Creditores, ne per debitores rebus suis defraudentur, varias clausulas instrumentis inserere, de quibus, post *Vitalem de Cambiniis & Hugon. in trac. Clausula, Anton. Mass. ad formam Canc. oblig.* tractat *Colerus de process.* Exec. *par. 1. cap. 2. num. 169. cum seq. & cap. 10. passim par. 2. cap. 2. num. 64. & seqq. Petrus Friderus Mind. de process. extrahend. lib. 2. c. 71.* Occurrit autem non ita dudum tranctanda Clausula hæc: quâ debitor in instrumento promittebat, *licet ea scriptura deinde vitium sustineret, quoad literam, chartam vel sigillum, quòd nihilominùs illi stare vellet, perinde ac si omnib. numeris perfecta & integra mansisset.* An igitur talis clausula valeat, non immeritò quæritur. 1 2

Et pro negativa facit, quod non videtur esse in potestate 3
partium, probationibus & earum solennitati à jure introductæ, 4
renunciare: cum solennitas probatoria censeatur introducta propter utilitatem publicam, cui facto privatorum derogari non potest. *l. jus publicum D. de pactis Bald. in l. fin. in princ. C. si cert. petat. Salicet. in auth. jubemus C. de judic. gloss. primâ in verb. quartam productionem in auth. de testibus § quin verò.* Unde traditum 5 6
est: partium conventione induci non posse, ut stetur privatæ alicujus scripturæ, *Innocen in c. cum* P. *tabellio de fide instrumen. cum aliis allegatis per Vincent. Caroc. de Iurament. decisi. quæstio 5. 9a. princ. num. 2. Ludovi. Roma cons. 204. 205.* Alia etiam ratio huic 7
suffragatur, quod hoc modo videtur induci creditor ad delinquendum, ut ita, ex minùs solenni scriptura, adversus debitorem possit experiri: & an non poterit quis hoc modo per speciem falsi instrumenti obtinere, sigillo fortè, factâ semel solutione, violato, & scripturâ denuò productâ, unde & *Frider. d. cap. 71. sectio.* 8
14 hanc clausulam: *quod omisso originali, nihilominùs stetur exemplo seu copiæ*, non valere putat, & facit pro hoc dictum *Innoc. d. lo. Ang. & Castr in l. pactum inter heredem D. de pact.* Sic alibi vi- 9
demus non valere pactum, quo debitor promittit, se exceptio-

nem simulationis non oppositurum *Ias. in l. nemo potest num. 41.*
10 *Fernan. Vasq. de succ. creat. lib. 1. §. 9. num. 17. 18. 31. & seqq.* & super falsi crimine de jure transigere non licet *l. transigere 18. ubi dixi*
11 *C. de transactio.* Imò etiam non valet pactum, quo quis promittit se exceptionem doli mali, & fraudulentæ persuasionis, non oppositurũ *l. pactus §. peteret l. si unus 17. de pactis Coler. de proces. ex d. 10. num. 219. & seqq.*

12 Verùm pro contraria sententia alia argumenta, & fortiora,
13 militare videntur. Etenim primùm constat, nullâ lege probari, quod probatio dicatur ob publicam utilitatem ita introducta, ut illi renunciare non liceat. *Imol. in l. custodias §. 1. D. de publi.*
14 *judic. Alex. in auth. jubemus num. 14. C. de judic. Felin. in c. 2. num. 10. ex. de probat.* ubi quod Lex, statutum, consuetudo, pactum possint alterare & minuere facultatem probandi, de quo etiam
15 agit *Fulv. Pacia. de Probatio. lib. 1. c. 5. num 15. & seqq.* Deinde frequentiùs placuit Interpp. valere Pactum inter partes contrahentes, de stando privatæ alicujus scripturæ, eamque hoc casu plenam fidem facere. *Bart. in l. fin. de prætor. stipulatio Gravet. de antiq. tempo. par. 1. § viso de verbis enunciativis Vincent. Caroc. d. q. 5. num. 18. 19.* non quidem ut privata illa scriptura vim habeat publici instrumenti, (id enim in potestate partium non est *l. si fortè 8. D. de castren. pecul.*) sed ut plenam fidem inter paciscentes obti-
16 neat. *Caroc. d. lo. Mascar. de prob. lib. 3. concl. 1294. num. 13. 14.* Sic valet conventio, ut dicto testis unius jurati stetur. *Bart. in l. Theo-*
17 *pompus de dote prælega.* Item ut stetur exemplo, licet non producatur originale: & fides habeatur scripturæ privatæ, carenti debitis solennitatibus. *Bart. d. lo Felin. in c. 2. num. 13. ex. de fide instrumen.* & similia pacta in materia probationum admitti attestatur. *Anton. Tessau decis 260 num. 4. & seqq. Rota, Genuen. decis.*
18 *73. num 9. & seqq.* Ita valet etiam Pactum, quo debitor in instrumento promittit, se simplici assertioni Creditoris super damnis & interesse crediturum, licet aliter de his fides non fiat *Dd. in l.*

jusjurandum quod ex conventione D. de jurejuran. Ioan. Bapt. Plot. de in litem juran. § 47. num. 1. & seqq. Vincent. Caroc. d. quæstio. 5. nu. 5. & seqq. Coler par. 1. c. 10. numer. 122. & seqq. Franc. Becs. cons. 106. num. 21.

Etsi verò per jam adducta, opinio affirmativa satis muniatur: tamen quia & proximè allegata theorica, de assertione cre- 19
ditoris, quoad interesse, variè limitatur: ideò in hac etiam quæ- 20
stione quandoque non inutile erit, illarum limitationum beneficio uti, ut videlicet attendamus, num quà in proposito fraus aut machinatio possit intervenire, quæ non tantùm dolum præsumptum, sed etiam verum importet. Nam utcunq; per prædi- 21
cta pacta, circa probationes, dolus præsumptus possit removeri, *Felin. in d. c. 2. num. 13.* non tamen æque dolus verus remitti potest, aut debet, *Felin. ibid. Menoch de præsumt. lib. 5. præsumt. 3. nu. 10. & seqq.* Quid enim si proferatur scriptura, cui sigillum sub- 22
dolè ex varii generis cera: uti & nobis ita exhibitum fuit, applicatum monstretur, unde judex probabiliter æstimare potest, dolo malo hoc structum esse: aut si aliud vitium visibile ex instru- 23
mento resultet, de quibus vitiis agit *Relan. de Commiss. par. 2. lib. 5. cap. 29. num. 1. & seqq.* Certè remotis quibuslibet exceptioni- 24
bus, non censentur rejecta, de quibus ex evidentia facti, & occulari inspectione, constat *Roderi. Suar. in l. post rem judicatam §. sed pro evidentia. nu. 31. & seqq.* & concessam quantumvis liberâ administrandi potestate, nō tamen dolus verus remissus creditur. 25
Plot d §. 47. num. 10. Covarru. lib. 2. resolut. c. 14. num. 2. Atque ita tali in casu consulti, aliquando rem temperandam censuimus, & secundum eam, † contra instrumentum, judicavimus. 1

QUÆ-

QUÆSTIO QUARTA.

De salutari in Civilibus actionibus hominum Pœnitentia, quando consilium mutare liceat; & cum primis: An testibus nominatis vel productis, Item Instrumentis, interrogatoriis, aut inspectioni occulari, ab una parte renunciari, invitâ alterâ, poßit.

SUMMARIA.

1 *Sapientis est, nihil facere, quod pœnitere poßit:*
2 *Deliberandum diu, quod faciendum semel, ne molestiam pariat.*
3 *Mentis humanæ imbecillitas sæpè errare potest.*
4 *Hominis in studijs peregrinatio, quædam erratio est,*
5 *Pœnitentiam sapientes nunquam improbarunt; nec in delictis nu. 18.*
6 *Quinimò ad eandem omnes cohortati sunt.*
7 *Sapientiæ principium pœnitentia,*
8 *Veniæ & pretium rationem habere, humanum est.*
9 *Varians ex sententia Papin. non repellendus, nec consilium mutantis aspernandum.*
10 *Imp. non pudet leges suas nonnunquam corrigere: ne hoc fiat ab alijs.*
11 *Iudex, qui aliorum errores corrigere debet, suos etiam corrigere tenetur.*
12 *Vnde gravamen, quod partibus interloquendo intulit, revocare debet.*
13 *ICtis, ex variatione circumstantiarum, responsum mutare licitum. quod à veteribus sæpius factitatum legimus.*
14 *Actori licitum est, delatum iuramentum, ad litis usque terminum revocare, etiam tùm, quando acceptatum est, accedente tamen hoc in casu iustâ causâ; Nisi ante eidem relatum à Reo fuerit, nu. 37.*
15 *Advocato variare & modò hanc, modò illam partem suo patrocinio iuvare, haud permissum.*
16 *Variatio in negocijs non omninò improbanda.*

18 Iudex, qui propter denegationem j stitiæ, causæ cognitione privandus est, mox pœni tere, & justiciam administrare potest.

19 Reo iniuriarum convento, ante litis contestationem, perperam dicta, ad effugiendam infamiam, revocare, ex quorundam sententia concessum.

20 Actori, testes producenti, an eos ante examen revocare, in vitâ alterâ parte, sit licitum. Qua in re duo casus constituendi, nu. 21.

22 Quando parti adversæ, ius aliquod nondum quæsitum est: Puta, si verbotenus saltem producti fuerint, revocationi est locus, ut nu. 27.

23 Testes re non integrâ, puta quando realiter producti & iuramento obstricti, adeoq; communes facti sunt, non possunt ulterius reprobari, & num. 26. & num. 28. & num. 42.

24 Producta in actis sunt communia.

25 Testes & pro utraq; parte iurant, & respondent.

29 Oblatio testis, iudici ad partem facta, non est de processu, aut actis.

30 Ad testium veram productionem requiritur, ut sint iurati.

31 Iuramentum pars substantialis productionis testium.

32 Testes iudici producti, dici non possunt, antequam iurarint.

33 Instrumenta verbaliter allegans, ad productionem eorum cogi non potest.

34 Instrumenta producere, & verbotenus allegare, sunt diversa.

35 Instrumenta realiter semel producta, non debent revocari.

36 Protestatione etiam interveniente, ut, in quantum pro se.

38 Quod semel placuit, ulterius displicere non debet.

39 Interrogatoria, ad testium examen exhibita, revocari possunt.

40 Interrogatoriorum confectio, unius saltem partis favorem concernit, cui renunciare licitum.

41 Inspectioni oculari ab una parte renunciari non debet. Licet Rutger. Ruland. contrarium tradat, & nu. 43.

44 Inspectionis beneficium utriq; parti patere, & commune esse debet.

Licet Sapientis, *teste Cicerone*, proprium sit, nihil, quod pœnitere possit, facere: & *secundum Pythagoram*, ante opus ea deliberare, quæ posteà molestiam non pariunt: Tamen ea humanæ mentis imbecillitas est, ut nunquam non omnes offendamus, periculosumque æstimetur, in tot humanis erroribus, solâ innocentiâ vivere, *ut est apud Livium lib. 2. dec. 1.* Imò etiam melioris 1 2 3 4

partis hominum in ſtudiis politioribus, ſine ſuperna luce peregrinatio. miſerabilis quædam erratio eſt, *auctore Scalig. Exerc.*
5 *359. ſect. 1.* Proinde auream Metanœam, ſeu pœnitentiam, ſa-
6 pientes nunquam improbârunt: Sed vel maximè homines ad eandem cohortati ſunt, unde *Auſon. Epigram.* 12.

Sum Dea, quæ facti, non factiq; exige pœnas.
Nempe, ut pœniteat, ſic Metenœa vocor.

7 Ac cumprimis *Hieracles in Pythagoram pag.* 167 cenſet: *Sapientiæ principium eſſe pœnitentiam, ſtultorumq; ſermonum & operum fugam primam ad vitam, cujus pœnitere non queat inſtructionem.* Et *Cic. 1. Offic.* inquit: *Sapientis eſſe, non idem ſemper dicere, ſed idem ſpectare, & revocare, quod minùs ſapienter factum eſt*, Similiter *lib. 1. Epiſt. pen. Nunquam præſtantibus in repub. gubernanda viris laudatam*, ait, *in una ſententia perpetuam permanſionem.* Hu-
8 manitatis hanc eſſe legem agnoſcit. *Ulp. in l. furtis*, §. 2. *de his qui notant. infam.* dum nullam veniæ & precum rationem habere in-
9 humanum pronunciat. Et *Papinianus in l. nonnunquam* 8. *in princ. de collat. bonor.* ſcribit: *Prætorem variantem non repellere, &*
10 *conſilium mutantis non aſpernari.* Hinc Legiſlatorem & Imp. ipſum non pudet, ſuas leges corrigere, & hoc potiùs facere, quàm expectare, dum ab aliis lex corrigatur *Nov. Conſt.* 22, *in princ. & conſtit.* 127. & judices, qui, ut aliorum errores corrigant, conſtituti ſunt, admonentur, ut ſuis haud parcere non erubeſcant, *c.*
11 *qualiter le. 1. de accuſat. l. quod juſſit 14. de re judic.* Unde & *Speculator in tit. de except. §. viſo. num. 37. & ſeqq.* hortatur judicem, ut, ſi quod interloquendo gravamen partibus intulit, idipſum revo-
12 care ſtudeat. Ita & Iuriſconſultis licet quandoque, ex mutatione circumſtantiarum facti, reſponſum mutare, quod & vete-
13 res illos feciſſe legimus, *Cujac. lib. 2. Obſ. 36. & ad African. tract. 4. pag. 103. Pax Scala. Patavin. de Conſil. ſapien. lib. 3. c. 23. Simon de Pratis de ultimar. volunt. interp. lib. 1. interp. 1. dubio 5. ſolut 8. pag. 72. Anton. Natta. conſ. 194. num. 13. lib. 1. Cagnol. in l. nemo poteſt mutare 76. num. 2. & ſeq. de Reg. jur. Peck. in c. mutare num. 7. eo tit.*

in 6.

in 6. Sic & litigantibus delatum Iusjurandum, nondum tamen præstitum revocare concessum est omni tempore, usque ad litis, sive sententiæ, quæ in rem judicatam non transiit, terminum ut decidit Iustin: *in l. si quis Iusjurandum.* 11. *C. de reb. credit. & jurejur.* quod & ante Iustin. obtinuisse, constat *ex Seneca lib. 1 declam.* referente *Cujac d.l. 11. & Pacio. ibid nu. 4. Borch. de jurejur. cap. 6. nu. 2. Vincent. Caroc. in tr. de Iuram. litis decis. q. 5. pr. num. 12. Dan. Moller. lib. 3. Semest. cap. 3. & ad constitutionem Elect. 14. par. 1 nu. 8. & penè per tot.* etiam tùm, quandò à parte adversa, puta Reo, fuerit acceptatum, modò, hoc in casu justa supervenerit causa *Moller. præd. loc. Borch. d. cap. 6. nu. 8. Caroc. q. 10. princ. nu. 1. ver. contrariam: Mascardus concl. 957. num. 2.* Advocato tamen non perinde licebit variare, & modò hanc, modò illam partem suo patrocinio vel consilio juvare, sed ab hac variatione & prævaricatione, tanquam ab igne, cavendum monet *Ang in l. Labeo de servit rust. præd.* & tractavi pluribus *in l. 1. C. de Advocatis divers. judic.* post *Anton. Mari. Corac. de commun. opin. lib. 1 tit. 6. num. 33. cum mult. seqq.* Infinita quoque sunt exempla, quibus doceri potest, variationem & mutationem in negotiis humanis, non omninò improbandam esse, quemadmodum permulta hinc inde probant *Dd. in d. l. nemo potest, & in d. c. mutare,* & tractat latè *Sebast. Medices tract. de Novatio. p. 2. in §. secunda autem regula nu. 1. & seq. pag. 61. & seq.* Notatu inter cætera dignum est, quod quidam scribunt: Iudicem, qui propter denegationem justiciæ cognitione causæ privandus est, adhuc tamen mox pœnitere posse, & separatum ad justiciam exhibendam ostendere, *c. si d judice de Appellat. in 6. Ang. in l. quamvis. de damno infecto Schrad. de feud. part. 10. Sect. 4 num. 155. & seq.* & pœnitentia in aliis criminibus & delictis nondum perfectis, non repudianda, *Dd. in l. quamvis. 11. de in jus vocan. Molinæ. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 30. num. 27. & seq. Tiraq. de pœnis cau. 28. 60.* Sic & nonnulli, ad effugiendam infamiæ pœnam, reum injuriarum actione conventum, ante litem contestatam, perperam dicta revocare debere suadent, *de quo Plotus de in litem jurando §. 45. nu. 34. Schrad. d. tract. de Feud.*

Margin numbers (right): 14, 15, 16, 17, 18, 19

par. 9. c. 4 num. 127. & dixi *in l. decuriones 5. C. ex quibus causis infa. irrog.*

Mitto alias innumeras & salutares pœnitentiæ hujus civilis seu legalis species: Unam saltem, ex facto nuper oblatam istis
20 adjecisse contentus, qua quærebatur: *Utrum liceat actori, qui testes quosdam produxerat ad examinandum, eosdem ante examen revocare, & palàm contestari, sed his uti nolle: & utrum, invitâ par-*
21 *te alterâ, hoc facere ipsi permittatur.* Decisio autem quæstionis hujus *ex d. l. nemo potest, & d. c. mutare* rectè sumi potest: Nempe ita demùm revocationem permitti, quatenus adhuc alteri
22 parti jus nullum quæsitum est: Et, ut apertius liqueat, duo
† sunt casus distinguendi, qui in pronunciando † observari de-
23 bent: Utrum videlicet quis realiter testes produxerit, & jura-
24 mento solenni obstringi curaverit: Tunc enim ii testes, alteri parti communes facti censentur, sicut & cætera quæ in actis producuntur, & proinde producens compelli potest, ut illos
25 patiatur examinari: cum & testes pro utraque parte jurent, & respondere debeant, *c. de testibus extra de testibus auth. sed judex C. de Episc. & Cleric.* Sic dicitur per solam productionem, approbatus testis, licet illo producens posteà uti nolit, *Felin. in*
26 *c. præsentium num 7. 8. ex de testib.* Atque ideò in præsenti casu rectè Dd. attestantur. Et, qui testes semel produxit, non licere deinceps eosdem revocare, *Innocent. in d. c præsentium Aretin. cons. 140. Roman. cons. 433. nu. 10. 11 Anton. Capic. decis. 39. Annot. Gravetta. de antiq. tem. §. quæritur etiam num. 1. & seq. Alexand Stiatic. practic. observat. c. 17. num. 39. 40.* ubi dicit, se hoc
27 in facto habuisse & revocationem denegatam fuisse. Quod si verò proponatur, nomina testium ad Commissarium transmissa, & posteà in termino productionis verbaliter quidem, sed non realiter, aut re verâ, illos productos esse, sed, uti solet, absentes tanquam præsentes productos; ac proinde neque juramento solenni obstrictos; hîc sanè videntur cessare

ratio

rationes istæ, ob quas suprà dicebam, revocationem non per-
mittendam. Etenim nulla adhuc productio verè facta est, neq; 28
testes communes effecti, aut parti adversæ jus aliquod ex eo 29
quæsitum, quo minùs, re adhuc integrâ, liceat consilium muta-
re. Interpretes præterea, ubi revocationi locum non esse scri-
bunt, de testibus productis & juratis loquuntur. Iuris quoque
est non ambigui, oblationem, quæ judici ad partem fieri solet,
non esse de processu aut actis, *arg. l. libertus. de in jus vocand. Aug.*
Bero. in c. quoniam contra num. 180 ex de probat. Imò ad veram 30
productionem testium non satis esse, illos realiter coram judice 31
sisti, nisi etiam fuerint jurati: cum juramentum sit pars substan- 32
tialis productionis testium: & judici, ut judici, producti testes di-
ci non possint, nisi parte præsente juraverint in manibus judicis,
ut ex mente Abbatis pulchrè declarat Augu. Bero. in c. licet causam,
nu. 77. 78. ex de Probat.

Et huic simile est, quod de instrumentis proditum est, si- 33
quidem verbaliter saltem in actis allegata proponantur, non esse
cogendum allegantem ea exhibere, sed posse illorum productio-
ne abstinere: quia aliud sit instrumenta producere, aliud ea ver- 34
botenus allegare, *Castrens. in l. 1. §. editiones num. 2. de edend. Bald.*
cons. 110. lib. 1. Gravet d §. quæritur etiam num. 1. num 4. pag 55. Ful-
vi. Pacia. de probat. lib. 1. c. 63 num 132. & seq. & cap. 66. num. 112. &
seq. Semel autem factâ reali productione instrumentorum, ne- 35
quaquam ea revocare licet: Neque valet protestatio, quod tan-
tùm in partibus pro se facientibus fiat productio, *Ludovic. Ro-*
man. cons. 433. num. 11. & ibi Mandos. in addit. & scribit *Francisc.* 36
Marc. decis. 504. par. 1: Instrumentum semel productum non posse
retrahi, quò minùs registretur in actis, & attestationes similiter
ante publicationem revocari non posse. Et probat *Capycius de-*
cis. 40.

Sic quamvis liceat actori deferre Reo juramentũ, & antequam 37
præstetur revocare: tamen quando à Reo acceptatum, eidem re-
latum fuerit, tunc penes ipsum ampliùs non est, illud revocare,

vel declinare, aut illius loco ad probationes recurrere, & iisdem
38 conscientiam suam exonerare: non secus atque si reprobatio-
nem instituere vellet, quando loco juramenti à Reo suscepta sit
probatio: Ius enim semel Reo quæsitum, & inesse deductum
fuit, quod ei auferendum non est: & aliàs absurdum videtur, re
non amplius integrâ pœnitere, & redire ad id, cui est renuncia-
tum, *ut dicitur d. l. si quis 11 C. de reb. cred. ubi Dd. Br. in l. si non fue-
rit 37 de Iurejur. Bensl. in rubr. ibid. nu. 76. Petr. Peck. in c. quod se-
mel in pr. de R. I. Anton Faber. de pragmat. error. er. 19. dec. 19. const.
Elect. 14. par. 1.*

39 Illud non ignorandum, *Baldum in l. edita C. de edend. per c.
præsentium de testib.* annotasse: partem, quæ interrogatoria ad exa-
men testium exhibuit, eadem nihilominùs revocare, &, ut ex a-
ctis demantur, petere posse: propterea quod interrogatoriorum
40 confectio, in unius tantùm partis favorem indulta & permissa
est, & propterea renunciatio licita esse intelligitur, *l. quod favo-
re, C. de LL. l. si quis in conscribendo, C. de pactis.* Tractat *&* *Ruland.
de commissio. lib. 3. cap. 9:* quamvis commissio inspectionem ocu-
41 larem Commissario imponat: tamen partem illi renunciare pos-
se: quod tamen præjudicio saltem comprobatum ibi lego: Cæte
rum rationes minùs probæ mihi videntur, & præsertim, quod
42 de testibus communibus revocandis ibi inseritur. Nam horum
renunciationem, & supra dictis constat, non permittendam, re
43 non integrâ existente: cur igitur in oculari inspectione aliud sta-
tuatur, & cur non utrique parti, vel uni, alterâ contradicente,
liceat beneficium inspectionis implorare? utpote, cum ejusmo
di probationis genus nunquam videatur exclusum esse, &
44 omnibus omninò patere debeat, *Mascard. de
probat. lib. 1. in princ. quæstio. 8. nu. 1.
& seq. nu. 7. & seq.*

QUÆ-

QUÆSTIO QUINTA.

Pignus judiciale, an à creditore alii, sine nova judiciali insinuatione, pignori dari, aut cedi queat.

SUMMARIA.

1 *Oppignoratio rerum immobilium, de jure Saxon. coram magistratu fieri debet.*

2 *Quæ ita facta, alii rursus, sine nova insinuatione, pignori dari aut cedi posse videtur, & num. 3. & num. 18. contrarium deducitur. num. 22. num. 25. cum seqq. & num. 33.*

4 *Pignus pignori facilius conceditur, quàm ut primum constituatur.*

5 *Res semel alienabilis facta, postea licitè alienatur.*

6 *Symbolum habentibus transitus facilior.*

7 *Pignus posterius, vi prioris, subsistere potest.*

8 *Prædium Ecclesiasticum aut minoris, semel cum decreto obligatum, licitè posteà distrahitur.*

9 *Pignoratio posterior, non nova, sed prioris executio.*

10 *Solemnitas in executione non requiritur, quæ in actu obligationis desideratur.*

11 *Ratio, cur insinuatio judicialis requiratur iure Saxon.*

12 *Creditor, in alium plus transferre non potest, quàm ipse habet.*

13 *Pluralitas habituum, requirit pluralitatem privationum.*

14 *Obligationis conditio, non mutatur ex persona successorum.*

15 *Cessio nominis, ex parte creditoris valet, etiam ignorante debitore.*

16 *Executivum ius alii competens, sine nova solemnitate cedi potest.*

17 *Fundus minori pignoratus, sine decreto alienari potest.*

19 *Si id alicui non inest, quod magis, nedum quod minus.*

20 *Solemnitas requisita in contractu conficiendo, non requiritur in eius declaratione, renovatione, extensione.*

21 *Constituta in obligatione principali, obtinent in accessoria.*

23 *Solemnitas requisita, in alienatione immobilium, requiritur etiam in cessione earundem actionum.*

24 *Pignoratio alienationis species.*
26 *Minor cum tutore non potest, absq. decreto, suum debitorem delegare.*
27 *Hypothecaria actio, in rem comparata.*
28 *Hypotheca in feudo legitimè constituta, alii in solutum, sine novo Domini consensu, dari non potest.*
29 *Creditor secundus, solvens primo creditori, non succedit in hypotheca, sine Domini licentia.*
30 *Consensus Domini strictè accipiendus, nec ad personas, aut res alias, extendendus & num. 3*
31 *Consensus si fiat ex gratia Domini: etiam cessio eius fieri debet.*
32 *Domini interest scire, quem habiturus sit subditum.*

1 IN foro Saxonico expeditum est, oppignorationem bonorum immobilium non, nisi solenniter, & quidem potissimùm coràm magistratu loci, & qui jurisdictione munitus est, fieri posse, & aliter factam non valere, *Constit.23.par.2.diff.4.lib.1. ubi Apost. Coler. tract. execut. par. 1. cap. 10. nu.154. cum seqq. sententiâ post* Weichbild / *tit.* Von vorpfendung der Güter durch schlechte / *etc.*
2 Iam si pignus ita solenniter alicui sit constitutum, utrum à creditore alii absque nova judiciali insinuatione, rursus pignori dari, aut cedi possit, graviter aliquando concertatum fuit: Hac enim in re diversa diversorum Scabinatuum judicia, tàm pro affirmativa, quàm pro negativa sententia, pugnantia prolata fuerunt. Lubet itaque ariolari, quid pro utraque adduci, aut quid utriusque opinionis sectatores movere potuerit. Et illud quidem nudè & quam brevissimè.

3 Pro affirmativa, *in qua & Lipsenses fuerunt*, militat haud du-
4 biè, quod pignus pignori dare facilius concedatur, quàm ut pri-
5 mùm constituatur. Res enim quæ semel prohibitionem evasit, & alienabilis facta est, licitè posteà, etiam sine venia, alienatur, *l. pater filium 38. §. quindecim 5. de leg. 3. cum concord. not. ibid. & à Menoch. lib. 1. Arb. q. 25 num. 24. Tiraq. de retr. prox. §. 32. gl. 1.*
6 *num. 6.* & est in habentibus symbolum, transitus facilior, *l. 3. §. ult. cum l. seq. de bon. possess. Idem Tiraq. de LL. connub. gl. 1. par. 5. nu. 25.*
7 Præterea, utut lex requireret insinuationem, sufficere vide-

batur prima, cujus vi altera subsistit, etiam ex natura surrogationis, & probat *l. boves* §. *hoc sermone ubi Tiraq. de V. S.* Sic Ecclesia- 8
sticum prædium, sive minoris, cum decreto & solennibus cæteris creditori obligatum, licitè ab eodem, sine alia solennitate distrahi potest, *l. si pupillos.* §. *si pupillus de reb. eorum. & in l. 2. C. de præd. min. ubi Dd. Hart. Pist. lib. 1. q. 15. num. 40. & latè deducit post Guilelm. Redoa, de alien. rerum Eccl. aliosq́; Octavia. Simoncel. de decre. lib. 2. tit. 5. num. 38. & 42.* qui *d. num.* 38. communem & veriorem ab omnibus passim receptam opinionem testatur, quod creditor, qui rem minoris cum debitis solennitatibus pignori accepit, possit eam, secundum juris communis, vel conventionis ordinem, postea vendere, absque alia solennitate. Idem, præter jam adductos, probat *Cagnol. in l. singularia num. 74. & 75. si cert. pet. num. 1. Afflict. decis. 285. num. 14. Menoch. Adip. rem. 5. num. 12.*
Adde, quod non nova hæc alienatio vel pignoratio esse videtur, 9
sed veteris superioris executio, quo casu non requiritur in executione, quod intervenit in actu, *l. sive vers. sed ut expediatur de* 10
jure dot. gl. notab. in l. 3. §. sed utrum ver. invito patre de minor. Simoncell. d. lo. num. 43. Considerari quoque potest hoc casu ratio, 11
cur insinuatio judicialis, de jure Saxon. ad hypothecam necessaria sit: nempe, ne una res pluribus extra judicium obligetur, & homines decipiantur, *d. const. 23.* §. Und dieses/etc. Quod intelligi oportet, ne pluribus debitis oneretur. At hîc unicum & princi- 12
pale debitum manet, nec potest primus creditor plus in secundum transferre, quàm ipse habet. Aliàs si pro novo & ampliori 13
debito fieret pignoratio, obtineret fortè regula: pluritatem habituum, requirere pluritatem privationum, & econtrà, secundum *Paul. Castr. in l. de pupillo.* §. *si in pluribus de op. no. nunc.* Verùm 14
cum substantia primi debiti non mutetur, sed creditor tantùm, nihil hæc mutatio in re ipsa mutare potest: cum non soleat, ex persona heredum, vel successorum, obligationis conditio immutari, *l. 2. §. ex his de V. O.* Sic quoque ex parte creditoris valet 15
cessio nominis invito & ignorante debitore, *l. 3. C. de her. vel act. vend.* Proditum insuper est, etiam quo casu jus executivum cre- 16

ditori ex pacto competit, illud ipsum cedi sine dubio posse, ut cessionarius æquè paratam executionem, adversus debitoris sui debitorem, petere possit: ubi non quæritur, an cessio ista eâdem solennitate, quâ primus contractus celebratur, facta fuerit, de qua latè *Tiraq. in retra. ligna. §.26. gl.1. num.60 post Br. in l.1. §. usufructuarius de oper. no. nunc. & gl. in l. cum fundum. de vi & vi arm.* ubi & *nu.63.* hanc communiorem vocat. *Menoch. de adip. poss. rem.5. q 16 num.100. & seqq. Colur. de process. exec. p.2. c.2. nu.28. cum seqq.* ubi, post *Vivium & alios*, hanc communem appellat.

17 Quibus accedit etiam hæc ratio, quod fundus minori pignoratus à curatoribus absque decreto distrahi potest, *l. magis*
18 *puto §. si fundus de reb. eo. l.1. C. de præd. minor. Menoch. lib.2. cap.171. num.73. Octa. Simon. d. lib.2. de decret. tit.5. num.35.* Si ergò cum pignus constitutum venditur, decreto non est opus, ergò nec tum cum illud saltem rursus pignori datur, ex regula: si id, quod ma-
19 gis videtur inesse, non inest, nec id etiam, quod minùs. *c. licet universis de testib. l.1. C. de neg. gest. Everh. in Top. in lo. à majori.* Fa-
20 ciunt alia: quod solennitas requisita in actu conficiendo, non requiratur in ejus declaratione, refectione, renovatione, remissione, extensione, *arg. l. ad ò 7. §. videntur de adquir. domin. l. filio 23. in fin. pr. de lib. & posth. gl. fin. c. cum accessissent de constit. ubi Fel. gl. l.3 §. sed et non de minor. Bocr. decis. 211. num. 21. Molina. in consuetud. Paris. tit.2. §.55. gl.1. num.47. Fr. Aretin. in l. heredes. §. &*
21 *quid post de testam. Matth. de Afflict. decis. 232. num.6.* Denique quod de hypothecaria actione, velut accessoria, idem sit judicandum, quod de personali, seu principali, secundum *Br. in l. solutam §. per liberam. de pign. act.*

22 Pro sententia negante, *quam secuti fuerunt Ienenses*, sequen-
23 tia facere videntur: Quod in cessione actionum, ad rem immobilem competentium, eadem solennitas requiratur, quæ ad ipsius rei immobilis alienationem alias desideratur, *Tiraq. de retr.*
24 *prox. §.1. gl.7. num.1. cum mult. seqq.* Iam cum pignoratio alie-

natio-

nationis sit species, *l. ult. C. de reb. al non alien.* Certè in foro Saxonico non secus, ut ipsa alienatio, (quæ insinuationem exigit.) & ipsius pignoris pignoratio, aut cessio, eandem solennitatem requirere videtur, *gl & Dd in l. 1. C. si advers transact. Spec. & ibi. Ioan. Andr de cess. actio. §. 1. vers. sed nunquid minor, & c* latissimè *Simoncell. de decret. lib 1 tit. 3. num. 2. & seq.* ubi *nu* 3. ostendit, nec minorem cum tutore suo, absque decreto debitorem suum delegare posse. Quod verò hypothecaria actio in rem comparata sit constat *ex l. pignoris. de. pignor. l. pignoris C. eod.* Et si dixeris non præcisè ad rem agi, cum sit in arbitrio possessoris vel debitoris, utrum debitum solvere malit, vel rem relinquere, *l. si fundum 16 §. in vindicat. de pignorib.* tamen & hoc casu idem, quod in priori dicendum, arguunt notata à *Simoncel. d. tit. 3 num. 5. & seq.* Nam quando actio vel ad rem immobilem, vel pecuniam, alternativè competit, idem quod de immobili judicandum *ibid. tradit.* Accedit ratio hæc, quod etsi hypotheca in feudo, consensu Domini superioris, constituta sit: non tamen potest rursus alii cedi, aut in solutum dari, nisi specialiter in hoc quoque Dominus consenserit. per *Maria. Freccia. de feud. lib. 2. §. decimo nono quaro, num. 1. per tot. fol. 191.* Et magis in specie, quod nec creditor secundus, solvens primo creditori, succedat in hypotheca feudi, sine novo consensu Domini, quamvis etiam pecunia, pro obtinendo feudo mutuò data sit, defendit *idem Freccia, d. lib. 2. § 31. vers sed ego, pa. 207.* Prædicta corroborant regulæ vulgares, quæ consensum Domini superioris, & pro subjecta materia, strictè accipiunt, nec de uno negocio ad aliud, ad personas, vel res alias, extendi patiuntur. *l. 1 de reb. eor. Par. Put. de redin feud. c. 1 2. 135. & de finib feud. c. 31 Hartm. Pist. lib. 1. q. 15. num. 44 48. & 57.* Qui cum ibid. asserat assensum pignorationibus adcommodatum, ex Domini gratia: inferendum videtur, cessionem ejus gratiæ alii factam neutiquam valere. Nam & ex eodem capite, rescriptum cedi non posse, probat, *c. ult. extrà de rescript. arg. cor. quanos. Tiraq. de retr. prox. §. 20. gl 1. nu. 45. 60 81. & pass.* Ponderanda demum venit hoc loci & illa ratio, quod Domini interesse

25 26 27 28 29 30 31 32

vice-

videatur ſcire, quem habiturus ſit Vaſallum vel ſubditum: Ideò
33 non immerito, quoties pignus, ſemel conſtitutum, alii cedendum eſt, is denuò interpellari debet, ut penes ipſum ſit, an talem approbet: quando conſenſus iſte de perſona in perſonam non ſit
34 extendendus, *ut ſupra dixi, & patet ex c. licet de Elect. in 6. apoſtolicæ. de cler. ex com. & tradit jam Hart. Piſt. lib. 2. q. 7. nu. 38. & ſeq. Ioan. Petr. Surd. de alim. tit. 4. q. 16. num. 32.*

QUÆSTIO SEXTA.

An creditor hypothecarius cogi poſſit, pignus ſuum cum reliquis vendere: vel id, quod ſummam ſui debiti excedit, alii poſteriori creditori communicare. Item: An creditores, evicto pignore vendito, teneantur.

SUMMARIA.

1 *Nemo invitus cogi poteſt, ut pignus vendat, ſi fructibus contentus eſſe velit, & nu. 33.*
2 *Creditori hypothecario maior pars creditorum præjudicare non poteſt.*
3 *Maior pars minori, non niſi in certis caſibus, poteſt præjudicium facere.*
4. *Intellectus gl. in l. 1. de privil. cred.*
5 *Quod lege expreſſum non reperitur, non eſt approbandum.*
6 *Nemo cogitur invitus vendere, aut emere.*
7 *Nemo tenetur pignori incumbere, & fructibus eius contentus eſſe, ſi ad diſtractionem malit procedere.*
8 *Actio hypothecaria & pignoratitia ſuas conditiones habent, & tùm demùm ceſſant, quando ſoluta eſt pecunia, aut ſatisfactum.*
9 *Creditor vendens rem pignoratam, de evictione promittere non tenetur, ſed vide nu. 15. & inpri. nu. 21.*
10 *Sic neque fiſcus.*
11 *Neque qui coactus vendit.*

12. Uſu-

12 *Usuræ, ex ordinatione Electorali, in concursu non præstantur.*
13 *Et illæ de iure civili, non nisi ex die obligationis.*
14 *Quod tibi non nocet, & aliis prodest, præstare debes.*
16 *Creditores, ei, qui in alienationem pignoris consentire non vult, offerre possunt debitum. & recusante eo deponere, accessionem iurium petere.*
17 *Depositione resolvitur pignus, & nu. 36.*
18 *Quo resoluto res licitè vendi potest.*
19 *Retentio pignoris, in debitis Chirographariis non obtinet.*
20 *Intellectus rubr. C. credit. evict. pign. non deb.*
22 *Quod ipsum ex verbis, aut iure conventionis, colligitur.*
23 *Aut titulo præambulo, putà si à debitore creditoribus bona in solutum sint assignata.*
24 *Datio in solutum vim emptionis habet.*
25 *Creditores à debitore, & eius heredibus, evictionis nomine, in omnem casum, indemnes sunt conservandi.*
26 *Creditor, tradito sibi pignore, secundum creditorem, cui hypotheca prioris pignoris concessa est, non tenetur in fundi, quem tenet, possessionem admittere. & quæ sit ratio, nu. seq.*
28 *Qui suum recipit, non statim tenetur possessione cedere.*
29 *Pignus individuum, & eius causa indivisa.*
30 *In realibus causis in solidum, in personalibus, pro mensura debiti, fit in possessionem missio.*
31 *Hypothecarius creditor omnibus aliis potior.*
32 *Posterior creditor, potest distractionem Pignoris, primo creditori traditi, postulare.*
34 *Intellectus §. quod si res, & quæ ibi notantur in L. à Divo Pio, de re iud.*
35 *Pignus reali pecuniæ numeratione dissolvitur.*

IN concursu quodam creditorum, cum ad venditionem bonorum debitoris, ad totius debiti dissolutionem insufficientium, procederetur, & majori creditorum hypothecariorũ parti, cum venditore de precio illorum certo convenisset, & post traditionem, ad evictionem etiam eorum se obligasset, pro rata recepti precii: sola Christophori cujusdam vidua creditrix 2000. thalerorum, sub pignore speciali, certæ rei ad illa bona pertinentis, neque in venditionem istam consentire, neque de evictione voluit se obligare. Quærebatur: an vidua hæc, venditionis præ-

sentis institutionem similiter promovere, receptâ principali summâ, à pignore desistere, literas venditionis signare, & de evictione quoque cavere deberet.

1 Primùm respondeo: credittricem istam cogi non posse invitam, ut pignus vendat, si fructibus contenta esse malit, ut expresse inquit *Molin. de usur. num. 347 ex l. invitum. C. de contrah. emt. Lutilium 8. de imp. in res dot. fact. Vincent Franc. decis. 82. num. 8. 9. tex. express. in l. à Divo Pio 15. §. quod si res sit pign. de re judic. l.*
2 *quamvis de pign. act.* Deinde neq; ad hoc compellendam, ut sequatur majoris partis creditorum factum: quia hypothecario creditori major pars præjudicare non potest, *l. rescriptum 10 de*
3 *pactis, &* certi tantùm sunt casus, in quibus maior pars minori præjudicat, in quibus iste non reperitur: deque his agitur *apud Afflict. decis.* 288 *Vincent. Franc. decis.* 82. *Strach. de decoctorib. par. 6. num. 13. & seq.* qui licet *num. 21. ibid. post. Ang. ex glos. in l. 1. de*
4 *privileg. cred. putet regulariter, ubi de venditione bonorũ debitoris, & non de remissione partis alicujus debiti agitur, majoris partis creditorum consilium sequendum esse, gl. tamen à Bart.* rejicitur *d. l. 1.*
5 & improbatur similiter *à Matth. Brun. de cession. q 23. Vinc. Franc. d. decis. 82. num.* 3. & certè, ut lege non expressum, recipiendum
6 quoque non videtur. Quibus accedit, quòd, ut vendere invitus nemo cogitur, ita nec emere, aut in solutum rem pignoratam accipere, *l. invitum C de contrah. emt. cum simil. Vincent. Franc. decis. 81. num. 9. Io. Thom. Minado in repet. Constitutionis Regni in aliquibus num. 34. 35. Gomes. to 2. cap. 2. num. 51. Covarru. lib. 3 resol.*
7 *cap. 14. nu. 1. cum seq.* Sic neque pignori incumbere, aut fructibus ejus contentus esse cogitur, si ad distractionem pignoris procedere malit. *secundum Covar. resol. d. lib 3. c. 18. num. 4 & in fin.* &
8 rectè *in l grege 13 § etiamsi. 4. de pign. & hyp.* dicitur suas conditiones habere hypothecaria actio, nempe, quando soluta est pecunia, aut satisfactum: quibus cessantibus tenet. Idemque juris etiam in pignoraticia actione, *l. si rem 9 § omnis. de pign act. l. ex*
9 *stipulatione 7. C. de sentent. & interloc. omn. jud.* Multò igitur mi-

nùs

nus creditrix ista de evictione promittere tenetur *to. ti C. cred. evict. pign. non deb. Caballin. tr. evict. §. 5. num.* 37. ut neque fiscus 10
rem sibi obligatam vendens *tract. Peregrin. de jure fisc. lib. 6. c. 4. nu.* 11
37. neque qui coactus vendit, *l. Iulianus* 13. §. *idem Celsus. 15. de actio. emt, Vinc. Franc. decis. 200. nu. 17. 19. 20. 21.*

At dicet quis: ita impediri utilitates aliorum, & nihil habe- 12
re viduam, de quo conqueratur: cum suum (usuris exceptis, quæ
ex constit. Elect. in hoc concursu non præstantur, & de jure com- 13
muni præstationem non habent, nisi ex die obligationis usurarum veniente, *secundum Muda. de pignor. tit. quib. mod. pign. vel hyp. sol. num. 101. pag. 370.*) recceptura sit: & id postulet, quod sibi
non nocet, & aliis prosit: videaturque hîc eadem æquitas sub- 14
esse, quæ in tribus casibus, *ab Afflicto* relatis, versatur: Ex quo
est, quòd licet ad evictionem non teneatur creditor: tamen a- 15
ctiones suas, quas adversus debitorem habet, cedere cogatur, *secundum l. in creditore 38. de evictionib. Molina. de usuris num. 333. 335. 336. Cabalin. ubi suprà num. 37.*

Quæ igitur hîc via ineunda? Sanè non alia, quàm ut credi- 16
tores hypothecarii, qui cum emtore novo convenerunt de precio, offerant viduæ debitum 2000. talerorum, & eâ recipere recusante ac repugnante, deponant in loco tuto, & cessionem jurium ejusdem petant, *l. vel si de pign. act.* Nam hoc facto resol- 17
vitur pignus, & jus, quod in bonis hypothecatis vidua habet: & nolente viduâ cedere jus suum, absque cessione, qui pecuniam obtulerunt, in locum & jus ejus succedent, *Bart. in l. 1. C. qui potio. Negus. de pign. par. 5. mem. 3. num. 10. pag. 114.* Ex quo deinde e- 18
veniet, ut resoluto viduæ jure, procedat venditio, & traditio rerum venditarum: neque habet vidua retentionem pignoris, in 19
debitis chirographariis: quia ea, adversus creditorem tertium offerentem, locum non habet, *Negus. d. memb. 3. num. 46. pag. 122. & probatur facultas ista offerendi apud Negus. & Molin. dd. locis pluribus, & in specie ex l. mulier 19. qui pot. in pign. hab. l. 1. C. si antiq. cred. pign. vendit. cum simil.*

Sed

20 Sed occurrit hîc alia dubitatio: an non iniquum videatur, etiam reliquos creditores ad evictionem præstandam obligare, contra regulam *tit. C. cred. evict. pign. non deb. cum simil.* Respondeo: Obtinere ista tunc saltem, cum creditor vendit pi-
21 gnus, jure creditoris, tanquam pignorata bona, jure aut lege pignoris. Quod si jure communi vendat, ut dominus, tanquam rem suam, tunc omninò de evictione tenebitur, *l. si mandatu 59. §. creditor 4. Mandat. l. 10. de distra. pign. cum simil. de quibus apud Neguſ. part. 6. memb. 1. num. 40. verſ. quintò fallit, pag. 149. Donell. de pignor. cap.* 10. *pag.* 211. *Baldui de pignor. c. 18. pag 245. Muda. de pignoribus. tit. de pactis pign. num. 32. pag.* 329. Sed unde, inquies,
22 hoc discrimen apparere potest? Et tradunt Dd. rem ipsam pignoratam seu dominium, non intelligi vendere creditorem, nisi cum hoc disertè exprimit, & jure conventionis seu legis, dicit, se facere, *hoc est*, ex potestate sibi à lege, vel debitore concessa, servatis servandis, *Muda. d. lo. Molina. de usur. num.* 348. Addo,
23 ex hoc quoq; id colligendum, quando non simpliciter debitor bona sua creditoribus relinquit, sed ea in solutum dat & assignat: Per quam dationem in solutum emtio quædam celebratur, &
24 dominium in creditores transfertur, ut ex titulo præambulo credantur posteriorem etiam venditionem celebrare, *secundum Vincen. Fran. decis. 81. num. 9. Menoch. de præsumtionib. lib. 2 præs. 93. num. 1. & ibi not. Idem Menoch. lib. 6. præsum. 12. num. 7. & seq. & præsu. 67. not. ad l & magis de solut. ex Mascard. de probat. lib. 1. concl. 38. Vincent. Franc. decis 69. num 2. & seq. Alciat. de præsum. reg. 2. præs. 24. num. 1. & seq.* Nihilominùs, si quid hujus evictionis no-
25 mine præstiterint, adversus debitorem, & ejus hæredes, regressum habent & ab iisdem indemnes conservandi sunt, *secundum l. eleganter. l. si necessarias. §. 1. l. si pignore. §. fin. de pignor. act. Vincent. Fran. decis. 200. ubi pas. Negus. de pign. par. 6. memb. 1. num. 42. pag.* 151.

26 Præcedentibus congruit, quod sæpè quæritur: An tradito pignore creditori, si plus sit in precio ejusdem, cogatur is, secundum creditorem, cui hypotheca prioris, pignoris à debitore

concessa

concessa est admittere in fundi, quem tenet, possessionem. Quo
modo videmus, mitti interdum creditores posteriores, in posses-
sionem bonorum, aliis oppignoratorum. Respondendum est:
creditorem primum non cogendum: & perperàm fieri missio-
nem posteriorem. Nam utcunq; hypotheca talis sit: non tamen 27
prior creditor alium admittere cogendus est, quia fieri potest, ut
in usuras futuras deinceps illi satis cautum esse non posit, etsi
præsenti statu inspecto, sufficiens pignus videatur: neque ideò, 28
qui nunc suum recipit, possessione cedere compellendus, *l. quæ-
rebatur 20. Qui pot. in pig. l. & quæ 15, de pign. & hypo. l. nulla 5. C. de
solutionib. l. diversis 8, l. cum tibi 10. C. qui potio.* Est enim pignus in- 29
dividuum, & causa ejus indivisa, ut ad quantitatem debiti hîc
non respiciatur, *l. creditor 25. si cert. pet. 10. 11. C. si unus ex plurib. he-
red. cred. l. Moschis 47. in pr. de jure fisci* unde in realibus in solidum, 30
in personalibus pro mensura debiti, fit in possessionem missio,
auth. & qui jurat. C. de bonis au. ju. poss. & in suo pignore omnibus
aliis potior est hypothecarius creditor *l. eos 9 C. qui potio. in pign.* 31
Quod si alii creditori etiam condemnatus sit debitor, vel ex in-
strumento guarentigiato obligatus, hîc traditum est, posse se- 32
cundum creditorem distractionem pignoris, primo creditori
traditi, postulare, ut ex precio eidem satisfiat, & quod superest
in causam sui crediti cõvertatur, etsi aliàs invitus creditor distra-
here pignus non cogatur, *l. à Divo Pio 15. § quod si res. 5. de re jud.* 33
*& ibi Ias. in §. sed & illud. & Duar. in § quod si res. Marant. de in-
strum. prod. num. 16. elegans tex. in l. quamvis 6. de pign. act.* Quam-
vis verò *in d. §. quod si res,* notetur: cogendum primum credito- 34
rem, præstitâ indemnitatis cautione, rem pignoratam exhibere,
& ostendere emtori, ut commodiùs distrahatur: non tamen pu-
to, propter solam illam causam & cautionem cogendum eum,
ut rem pignoratam dimittat: Ad hoc enim reali pecuniæ nume- 35
ratione opus est, *d. l. 15. §. sed si emtor. l. solutam § omnis. de pign. act.
d. l. 8. C. qui potio. in pign. Bart. in l. si pecunia § fin. ut in posses. legato.
Auth. hoc ita C. de pignor. & Nov 112. cap. 1. § ab hac verò. Anton.
Mass. ad for. Cam. obl. circa fin. num. 39. pag.* 286. Et dixi supra, et- 36

iam per oblationem jus creditoris in pignore extingui posse, modò præter oblationem, & consignatio & depositio pecuniæ interveniat.

QUÆSTIO VII.

De Executione parata, ex Instrumentis publicis & privatis, propter conventiones partium, statuta aut consuetudines: An fidejussor, in eiusmodi instrumento obligatus, propter periculum executionis imminens, ante solutionem, adversus debitorem ad liberationem, agere possit.

SUMMARIA.

1 *Litium perpetuatio improbanda.*
2 *Quæ à Romana Curia originem duxit.*
3 *Nec in Gallia ignota.*
4 *Quod malum multi Principes, è Republ. tollere statuerunt.*
5 *Ex instrumentis agere volens, de jure Rom. tenetur ordinarium processum instituere, quod tamen posteriore ætate limitatum, & num. 9.*
6 *Executivus processus commodior.*
7 *Instrumenta tàm publica quàm privata de consuetudine certorum locorum, paratam habent executionem, & num. 20. ubi cum seqq. de variorum locorum consuetudinibus.*
8 *In quo Frideri Mindani sententia reijtitur & num. 15.*
10 *Instrumenta, ab alijs contractuum obligationibus, distingui debent.*
11 *Instrumenta & literæ probationem rei gestæ continent.*
12 *Etiam publica.*
13 *Instrumenta publica dicuntur probata probatio & veritas apparens.*
14 *Confessioni & sententiæ comparantur.*
16 *Probationes de jure Civili executionem non habent.*

17 Probatio non est sententia, sed per quam pervenitur ad sententiam.
18 Eaq; à rei & contractus sententia, differt.
19 Instrumentis fides quomodo habenda.
21 Instrumenta saltem Guarentigiata, apud Italos & Hispanos, paratam habent executionem: alibi ut habeant, Cameralis requiritur formula, & num. 23.
22 Chartulariorum non eadem, atq; reliquorum judicum, potestas.
24 Publica & privata instrumenta, liquida tamen, de Saxoniæ & Austriæ consuetudine & constitutionibus, executioni statim demandantur & num. 28. Et ejus ratio num. 25.
26 Romani in fide tenenda constantes sunt: Græci leves.
27 Levitas hominum passim obvia.
29 Constitutio provincialis de instrumentis privatis solutionis saltem & præscriptionis admittit exceptionem.
39 Ob instrumenta talia, qualis qualis petitio exigitur.
31 Et omninò requiritur hic citatio ad recognitionem, licet in Hispania secus, num. 33.
32 Publica etiam inspectionem & examinationem desiderant.
34 Casus sunt, in quibus præter consuetudinem, ad executionem paratam proceditur, & de eis remissivè num. 45.
35 Instrumentum depositi celerem habet executionem.
36 Illud etiam in quo appositum est juramentum decisorium, aut simile.
37 Non idem semper quando assertorium.
38 Mandata sine clausula, vi clausularum juratoriarum, non decernuntur.
39 Petitio hereditatis, vel legati ex testamento, statim executioni mandanda est.
40 Promissio itidem & conventio in judicio facta.
41 Pactum, ut liceat alicui bona debitoris, propriâ auctoritate, occupare, valet, & hodiè frequens est, paratam executionem habens & num. 44.
42 Iudicis & partium factum æquiparantur.
43 Iudiciorum ordini, quo ad privatum commodum, renunciari potest.
46 Fidejussor, in instrumentis Guarentigiatis obligatus, contra debitorem antequam conveniatur, ad liberationem agere non potest, & num. 48. & seq. Sed contrarium adducitur num. 78, & num. 82. & firmatur num. 94. ubi & communis vocatur. Et probatur ab auctore adhibitâ tamen declaratione num. 95. quanquam alij rem per clausulam salvari posse existiment. num. 97.
47 Damnatus per sententiam potest ad liberationem agere & num 75.
49 Fidejussor & fidem suam interponere, & eandem adimplere necesse habet.
50 Fidejussor evictionis, ante condemnationem minùs rectè agit & num 77.
51 Nemo super jure futuro agere potest.
52 Petitio judicialis debet esse certa.

53 *Prohibita multa, post concessa perhibentur.*
54 *Fidejussio ab initio est voluntatis, ex pòst facto necessitatis.*
55 *Homines adjuvari magis, quàm decipi beneficio debent.*
56 *Multa ab initio provideri, pòst evitari non possunt.*
57 *In necessitatem se spontè conjicienti, ignoscendum non est.*
58 *Legum auxilia frustrà implorat, qui pericula earum ante scivit & num: 70.*
59 *Fidejubens pro inope scienter, frustrà ad liberationem agit.*
60 *uxor dotem, ob inopiam mariti cognitam, constante matrimonio repetere nequit.*
61 *Futurum pro proximo, sæpè pro jam facto habetur.*
62 *L. si pro ea C. Mandati intellectus & num: 67.*
63 *Confessio ficta paratam non habet executionem.*
64 *Guarentigionata instrumenta strictissimè accipienda.*
65 *Remissum quid esse, & remittendum, sunt diversa.*
66 *Esse & pendere, talem esse & haberi pro tali, diversa, sed vide num: 85.*
68 *Damnatum esse & damnatum iri, diversa, sed vide num; 88.*
69 *Inter sententiam latam & ferendam, inter executionem factam & fiendam, discrimen magnum.*
71 *Fidejussor deponens pecuniam, ad liberationem agere nequit.*
72 *Solvere aliquid, & aliquid deponere, diversa.*
73 *Mandatario competit regulariter actio, finito demùm negotio.*
74 *Fidejussor, antequàm solverit, non videtur satisfecisse mandato.*
75 *Fidejussor cavit fide & periculo meo.*
76 *Fidejussori, antè condemnationem, debitor est sub conditione obligatus, sed vide num: 85.*
79 *Iurisdictionis forma, hodie alia, atq; olim.*
80 *Iuris ratio, ob emergentem de novo factorum & judiciorum rationem, sæpè mutatur.*
81 *Veteres in fidejussione condemnationem ad solvendum satis esse judicârunt.*
83 *Fidejussori, etiam antè sententiam, ut solvat, mandari potest.*
84 *Guarentigia, & ad execut onem parata qualitas, pro sententia habetur.*
86 *Conditio omninò exitura, pura censenda, & vide num. 92.*
87 *Ex necessitate quid fieri, aut metu necessitatis, idem.*
89 *Cingendus habetur pro cincto.*
90 *Testamenta jure militari valent eorum, qui in hostico loco testantur.*
91 *Mulier condemnanda condicere potest, quod ei abest, vel liberationem.*
92 *Conditio, cujus eventus nihil operatur, expectanda non est.*
93 *Arrestum ob debitum conditionale, quando periculum est in mora, rectè impetratur.*
96 *Fidejussor, agens ad liberationem, per aliquod tempus arbitrarium, expectare debitorem debet.*

98 Fidejussor executivè obligatus, arrestum in bonis debitoris, si periculum huic immineat, petere, & jus suum in judicio deducere potest.
99 Contra dissipantem sua bona, agitur rectè ante solutionem.
100 Cautio ante diei adventum, ex causa, licitè exiguur.

DE litium multitudine & perpetuatione, ubique & justas, & necessarias querelas extare, palàm est, adeò, ut pestis illa vitilitigatorum nobilissimas quasque provincias jamdudum occupârit. 1 Ac sumsisse eam originem à Romanæ Curiæ Stylo & praxi, non inverisimile est: utpote in qua, *referente Speculat. in §. nunc breviter num. 4. de appellat. & Contard. in l. unic. o. posit. 3. num. 8 C. si de momen. poss.* in causa quadam Anglicana instantia per 34 annos, ante contestationem litis, duravit. 2 Unde post in vicinas provincias, illud malum (ut alia multa, pecuniæ quærēdæ gratiâ inventa) exundavit. Galliamq; cum primis infecit, ut *Hotoman. Francogal. c. ult,* pronunciare non addubitet: tertiam propè Galliæ partem tabulariam artem exercere: & *Rebuff super Concorda. rubr. de frivol appella.* attestetur *Contard. d. lo num. 6.* quendam procuratorem Parisiensem, pro causa 60, solidorum, ad judices septuagies & ultrà appellasse. 3 Movit hæc ratio Principes & Respublicas celebriores, ut de remedio quodam cogitarent, & viam inirent, quâ nec impedirentur commercia, & nihilominùs jus suum cuiq;, quàm possit fieri expeditissimè, redderetur. 4 Quis enim non videt, ubi super credita pecunia in mercatorum negociis tàm diuturnæ lites admittuntur, magnam remoram commerciis, quibus communis vita sustentatur, injici: neq; posse Europæos, multiplicatis apud eos quæstuosissimis negociationibus, in veterum Romanorum angustioribus limitibus semet continere. Proinde, etsi jure Romano, ex Instrumentis & chirographis agere volenti, opus olim esset ordinario processu, multique extarent, qui litigare mallent, quàm bonam fidem agnoscendo debitum solvere *l. minor. 40. de minoribus l. negantes C. de oblig. & actio l. nemo 8. de verbor. oblig.* 5 Tamen posterior ætas rectissimè hoc supplendum credidit, ut in quibus-

dam cauſsis omiſsis proceſſus ordinarij longioribus intervallis, ſummariè, atque etiam uti nunc loquimur, executivè procedi
6 poſsit, non aliter atq; ſi ſentẽtia jam in debitorem lata eſſet. At que hinc adeò nunc paſsim in uſum venerũt Executivi proceſſus, de quibus hîc nonnulla, quod præſertim inſtrumenta attinet, ſunt à nobis commemoranda.

7 Principiò autem benè Interpp. noſtri monuerunt, cum jure communi pugnare, quod hodiè de conſuetudine certorum locorum, Inſtrumẽta publica vel privata executioni, absq; ſtrepitu judiciorum, demandantur, uti & latis probatur ex *d. l. 40.* & atteſtãtur *Ang. in l. ait Prætor* §. 1. *ubi Imo. & alij de re judic. Decius cons 322. Cotta in memorab. verb. Inſtrumentum Cacheran. decis. 119. num. 2. Ioan. Baptiſ. Aſin. in tract. de executio.* §. 1. *c. 2. nu. 1. Anton. Teſſau. deciſ. 26. num. 1. Ioan Bapt. Ferret. cons. 299. num. 1. & ſeqq. lib. 2.* Neque moveri his debemus, quæ *Friderus Mindanus de proceſsib. in Cam. extrah. lib. 2. par. 4 c. 70. ſectio. 3. & ſeqq.* in
8 contrariam ſententiam adducere conatus eſt. Quis enim unquàm fando audivit, ex privatis literis, & chirographis debitorum, paratã executionem olim fuiſſe? ad quam tàm in perſonalibus, quàm realibus actionibus, ſecundum ius Romanum non, niſi per multas ambages, perveniri ſolenne ſemper fuit *l. quod debetur 51. de pecul. Salic. in l. 1. C. de execut. rei jud. Ferret. d. l. nu. 2.* Diſtinguit etiam literas ab Inſtrumentis *Iuſtin. in l. 1 in pr. C. de*
9 *juram. propter calum. dan.* Et confundi non debent inſtrumenta cum obligationibus & contractibus: aliud eſt enim inſtrumentum, aliud contractus: Neque ex epiſtola, aut inſtrumento, obli-
10 gatio oritur, ſed ex contractu: Inſtrumenta vero & literæ tantũ probationem rei geſtæ continent *Cagnol. in l. ſi librarius num. 87. de reg. jur. Tiraq. de retr. prox.* §. 2. *gl. 1. num. 1. 2. tex in l. Publia 26.* §. 2. *depoſ. l. non figur 38. de oblig. & actio.* Ac qui plurimùm inſtru-
11 mentis, maximè omniũ ſolennibus, tribuunt, non niſi probationem illis expeditiorem contineri affirmant: hinc enim inſtrumentum publicum dicitur probatio probata, veritas apparens,
12 evidens & notoria, & quæ vim definitionis cauſæ habeat: unde

13 & ſen-

& sententiæ & confessioni comparatur *l. fin. C. de reb. creditis l. generaliter C. de num. pecun. c. licet causam ex. de probatio. Ias. in l. 1. in princ. de oper. novi nunciat. Ioseph Ludovi. decis. 26. num. 13. par. 1. Francis. Viv. decis. 21. num. 18. lib. 1. Bonif. Ruger. cons. 20. nu. 13. & seq. num. 23. lib. 1. cons. 36. num. 16. 17. lib. 2.* Nunquid autem hinc, quemadmodum *Friderus* facit, concludere licebit: omnia Instrumenta executionem paratam habitura? Nequaquam: sed hoc saltem inde colligitur, probationem illa continere. Probationum verò nullum genus jure Civili executionem paratam habet *Bal. in l. 1. C. de execut. rei jud. Ang. in l. tale §. qui provocavit de pact. Anton. Gomez ad L. Taurin. 64. num. 2. Ioan. Bap. Asin. d. tract. § 1. c. 2. in fin.* Est probatio vehiculum, quod judicium deducit ad portum, non autem portus ipse, non sententia *Bal. in c. quia propter num. 23. de Electio. Pacian de probat. lib. 1. c. 5. num. 2.* Ab ipsa denique rei & contractus essentia, differt distatque probatio plurimùm *Vasq. de succes. prog. lib. 3. §. 30. num. 5.* Quapropter & ex illis locis, ubi dicitur, fidem instrumentis habendam esse, malè ad executionem paratam inferri, satis apparet: ut proinde nihil sit verius, quàm quod Interpp. communiter hactenus existimarunt, contra jus commune, per consuetudines & statuta locorum quorundam, hoc invaluisse, ut instrumenta publica & privata, si liquida & indubitata appareant, absque alio processu, executioni mandentur.

14 15 16 17 18 19 20

Animadvertere tamen licet, variare in hoc consuetudines diversorum locorum. Nam apud quosdam executio parata, datur tantùm ex instrumentis Guarentigionatis, id est, his, quæ præter confessionem debitoris, præceptum de solvendo notarii instrumenti, tanquàm judicis chartularii, continent, ut de Italiæ & Hispaniæ stylo attestantur *Alex. in l. si cum dotem §. eo autem. num. 6. Solut. matrimon. Asin. d. §. 1. c. 25. num. 1. & seq. Anton. de Padil. in l. 1. num. 20. 21. C. de jur. & fac. ignor. Covarr. lib. 2. resolut. c. 11. num. 1. & seqq. Anton. Tessau. d. decis. 26. num. 12. & seqq.* quamvis *Gomez. ad Taurin. l. 64. num. 4.* etiam absque 21

clausula quarentigiæ, in Hispania instrumenta executioni statim mandari putet, in quo illum *à Pudilla* repræhensum videmus: præterquam quod & ipsius Guarentigiæ ratio tota solâ nititur consuetudine, & jamdudum ab aliis animadversus est error eo-
22 rum, qui notarios judices Chartularios fecerunt, & parem cum cæteris judicibus potestatem illis perperàm dederunt, *Gomez in d. l. 64 num. 3. Rodri. Suar. in l. post rem judicatam § secutus, num. 1. 2. de re judicat. pa. 517. Hugo Donel. in l. stipulatio ista 33. §. alteri. num 31. 32. 33. de verbor, oblig. Frider. Minas. d. lib. 2. c 69 sectio 4.*
23 Aliis in locis peculiaris quædam obligationis forma, Cameralis appellata peculiaribus clausulis, & ad strictiorem obligationem idoneis formulis, munita reperitur, eaque potissimum in Romana curia frequentatur, quam *Antonius Massa Galesius* singulari libello explicavit, & à guarentigia diligenter distingui oportere
24 monuit. *Tiffan. d. lo. num. 11. 13.* Alibi per constitutiones speciales introductum, vel consuetudine longævâ obtentum est, ut instrumenta publica, causam honestam & solemnia consueta continentia, privatæ etiam scripturæ recognitæ & liquidæ, absq; judiciorum vulgato strepitu, citato saltem ad videndum sibi mãdavi solutionem debitore, executioni properiter mandentur: id quod in hisce Saxonicis provinciis jamdudum ex constitutionibus obtinuit, & de consuetudine Austriaca & aliarum Regionum attestatur *And. Geil de Arrest. c. 9. nu. 18.* ubi & bonis rationibus illud jus niti scribit.

25 Incidit enim ætas nostra in ea tempora, de quibus *D. Paulus 2 Timoth. 3. v. 1. & seq.* prædixit fore homines impuros, charitatis expertes, nescios fœderis, calumniatores, &c. Et profectò vix remedia consueta adversus improbos debitores hodiè sufficiunt: adeò à veteri simplicitate nunc recessum est: Et jam demùm Romani ipsi, aliæque gentes, Græcorum consuetudinem, quam olim detestabantur, sunt imitatæ. Ad Romanos siquidem
26 obstringendos (auctore & teste *Polybio lib. 6. histor. sectio. 17.*) olim verbum sufficiebat. Græcis verò si vel centum nummos aureos acciperent, actuariis publicis decem, sigillis viginti, opus e-

rat

rat, neq; eò magis fidem integrè colere potuerunt. Et Græcorum erat cautio, acta consignare, Deos invocare: Scythæ verò religionem non nisi in ipsa fide nossent *Curt. de gest Alex. lib 7.
pag. 192. Et hujus moris vestigia, si oculos circumtuleris, pas- 27
sim multa videbis: ut proinde justissimis de caussis introductum sit, ut in caussis personalium debitorum, ex literis publicis aut
privatis, liquidis tamen ad executionem haud difficulter perve- 28
niatur: neq; alia, contra instrumenta, exceptio objiciatur, quàm
illiquidationis & solutionis; hanc enim solam constitutio pro- 29
vincialis admittit: illam omninò subintelligendam satis apparet, *l hoc jure ubi Dd communiter de verbor. oblig. Bal. in l. siquidem num. 5. C. de exceptio. Asin d §. & tract. c. 26 num. 1 c. 29. num. 8. & seqq. Tessau. d. decis 26 num. 15. 16 Fride d. lib. 1. c. 69 74. sec. 1 & seqq. c. 75. sec. 1. & seq 7 Covarr d lib. 2 c. 11 Blancus de compromiss quæst. 4. num. 5 Roderic. Suarez. d. l limita, 4. pag. 541 & seqq. & §. venio ad secundum. cum § seq. pa. 551 & seqq.* Licet ad alias similes exceptiones, nimis licentiosa interpretatione quorundam, posteà extensio facta sit, de quo *Massa Gal. in pr. ad so. Cam. pag. 100 cum seqq.* & alibi peculiariter tractandum erit. Sicuti etiam præscriptionis in hisce tenis admittendam monet *Moller. lib. 2. sem. cap. 18.*

Illud nunc saltem adjicio: quamvis petitione qualiquali hîc 30
creditor uti necesse habeat *Anton. Padil. in d. l. 1. num. 21. vers. sed an in hoc;* tamen ad recognitionem literarum privatarum de-
bitorem citandum omninò esse. Licet publicum instrumen- 31
tum, si cætera adsint solemnia, recognitionem non desideret: sed
saltem inspectionem ejus & examinationem præcedere oporte- 32
at *l. ult. C. de Edict. Divi Had tollend Cravet. de antiq. temp. par. 1. §. viso de antiquis num. 76. Frider. d lib. 2 c. 70. sec. 10 c. 71. sect. 1. & sc. Coler. de process execut. par. 3. c. 1 num. 73 cum multis seqq. c. 8 num. 17. & seqq.* utcunque, post *Covarr. d. lib. 2. c. 11 num. 9. vers. in hoc tamen, &c.* attestetur *Padil in d. l. 1. num. 20. C de jur & fa ignor.*
in Hispania etiam absque partis citatione, ad executionem pro- 33
cedi: idemq; probet *Tessau d. l. num. 12. & Suar. d l. post rem. lim 12.*

verùm usitata nobis praxis melior est, & *Italis Dd.* probatur, teste *Padil. ibidem.*

34 Admonendi prætereà sumus: dari ab Interpp. & alios casus, in quibus ad executionem paratam procedi potest. Unde etiam conantur interdum diligentes patresfamilias instrumentis suis eas clausulas inserere, per quas, remotâ, aut cessante etiam consuetudine nostrate, executio absq; mora obtineri possit. Sunt autem causæ ab Interpp. commemoratæ & potissimæ quæ se-
35 quuntur: I. Quod instrumentum depositi paratam & celerem executionem de jure habeat *l. penul. C. depos. ubi Dd. Tessau. d. lo. num. 8. Vincent. Caroc. in tract. Depos. par. 1. quæst. 3. num. 33. & seqq.*
36 *Asin d. §. 1. c. 3. 4.* II. Quando in Instrumento appositum est juramentum litis decisorium aut simile, vel juramento assertorio
37 subjecta est clausula, quod omnia instrumento contenta, partes cum juramento attendere & observare promiserint: *Bart. in l. 2. in fin. de jurejur. Asin. d. lo. c. 5. cum seq. & § 9. c. 101. Catheran decis. 92. num. 36. Tessau d. lo. num. 7. Vincent. Caroc. in tract. de juramento decis. quæst. princip. 20. num. 1. & seqq.* unde apparet non ex o-
38 mni juramento executionem paratam esse, neque ex vi proinde clausularum juratoriarum mandata sine clausula passim decerni oportere, de quo *Roderic. Suarez. d. l. post rem § nota 2. pa. 492. & §.*
39 *seq. pa. 493 Frider. d. lib. 2 c. 78. sectio 5.* III. Quando ex ultima voluntate petitur hereditas, legatum aut fideicommissum, *d. l. fin. C. de edict. divi Had. tollend. ubi Dd. communiter & præsertim Zuchard. num. 135. & seqq. Asin. d. §. 1. c. 11. & seqq. Tessau. num. 9. & seqq.*
40 IIII. Quando promissio aut conventio partium coram judice facta, aut ab eodem confirmata est: nam quæ coram judice, aut apud acta fiunt, pro liquidis, & exequendo idonea putantur, *l. generaliter ubi gl. & Dd. C. de Episc. & Cleric. l. si convenerit 26 ubi Zas. de re judic. d. l. tale §. 1. de pactis Franc. Vivius decis. 35 num. 1. lib. 1.* quò & pertinent, quæ de confessione judiciali, & calore judicii, Dd. tradiderunt *Asin d. loc. c. 16. & seq. Dd. in l. sive apud acta C. de transactio. Hippol. de Marsil. ad rubric. C. de probation. num.*

82. & seqq. & ad rubr. de fideiuss. num. 319. & seqq. nota 3. pa. 503. §. item est alius casus. pa 511. V. Quando inter partes conventum 41
est, ut instrumentum habeat, in bonis debitoris, executionem paratam, ac liceat creditori ea propriâ auctoritate ingredi, & pecuniam sibi debitam inde redigere, non aliter, atque si debitor condemnatus, & bona eius creditori adiudicata, & in solutum data fuissent *l. 3. C. de pignor.* Licet enim ad personæ apprehensionem pactum non sufficeret: tamen quoad bona subsistere 42
certum est *d. l 3*, maximè cum factū judicis & partium æquiparentur *l. si ob caussam ubi Dd. C. de evictio. Franc. Viv. decis. 34. nu. 24. lib. 1.* & ordo judiciorum, quatenus privatorum commodum respicit, facilè tollatur *l 1 §. inde quæritur de oper. nov. nunciat.* & probant prædictam sententiam *Bald. in d. l. minor. 40. de minorib. Dd. in d. l. 3. C de pignorib. Boer. decis. 295. num. 10 Asin. d. §. 1. c 15. nu. 1. & seqq. Tessau. decis. 26. num. 6. Francisc. Becc cons. 17. nu. 2. circ. fin. Frider. d. c. 71. sectio. 2. §. seqq.* cumque hodie nullum 43
penè instrumentum de alicuius notabilis quantitatis debito conficiatur, absque prædicto pacto executivo, & aliis similibus clausulis, dicendum erit: tantò magis, rejectis moratoriis exceptionibus, ad executionem properandum, & illis, post hanc confectam demùm, locum relinquendum esse. Et quamvis his 44
enumeratis casibus alii pauci, de scriptura testibus munita, attestationibus perpetuæ memoriæ causa receptis, & aliis, post *Boer d. lo.* adjiciantur *ab Asinio d. §. 1. c. 18 cum seq. Frider. d lib 2. c. 69. sect. & seqq. Gomez. in d. l. 64 nu. 3. Roder. Suar. in d. l. post rem judicatam §. 1. & seq. pa. 491. & seqq* tamen relatos antè adduxisse nunc sufficiat. 45

His demùm nunc, pro Coronide, subiicere placet utilem 46
& necessariam quæstionem, de Guarentigionatis instrumentis: An & hanc vim habeant, ut obligatus in iis fidejussor, antequàm ad solutionem compellatur, contra debitorem, ut liberetur, vel obligatione eximatur agere possit: quandoquidē is, quē damnatū esse per sententiam judicis cōstat, hac agendi formulâ

libe

liberationem consequi potest *l. si pro ea ubi Dd. communiter C.*
47 *mandat.* Cum, licet nondum quicquam solverit aut præstiterit, hoc saltem ei abesse videatur, in quo obligatus est *l si quis mandatum 28. in fin. de negoc g-st.* Et quia in partes discessum esse videmus, operæ precium est, utriusque rationes nonnihil examinare.

48 Proinde non malè fortè illi, qui existimarunt, fidejussorem, antequam re verâ condemnatus à judice sit, adversus debitorem nimis properè agere in qua sententia *Salicet in l. si pro ea. C. mandi. Ang in l. fidejussor pro venditore 45. D. de fidejussor. Roderic. Suar. in l. post rem judicatam de re judic. in declaration §. visum est suprà num. 3. & seqq. pa. 568. Anton. Gomez. resol. tom. 2. tit de fidejuss. num. 10. in fin. Anton. Massa ad formam Cameral. oblig. tit de per-*
49 *sona peten. execut. num. 5.* ubi alios consentientes laudat. Moventur hi ex eo, quod non implet promissionem & obligationem suam talis fidejussor, utpotè cui non hoc tantùm, ut fidem suam interponet, sed & præstet & solvat, incumbit, ut utrumq; implere necesse habeat *arg l Celsus de recept arbitr. l. si fidejussor 20 § ult. in verb. liberatus solvit, tamen fidem implevit D. mandati l. si mandatum 45 in fin. princ. eod l. in debitam 47 de condict indeb l. qui sic solvit 35 de solutio.* proinde videtur fidejussor, ante condemnationem agens, cum adhuc nondum imminet solutio, sine actione agere & repellendus esse *gl. & Dd in l. ubi pa-*
50 *ctum de pact. l si pupilli 6. §. 1. de negoc g-st* quemadmodum & fidejussor, evictionis nomine datus, ante condemnationem non agit *l. 3 C. de eviction. l. fidejussor pro venditore 45 de fidejuss. l. non quemadmodum 35 de judic l. 1 §. 1. vers quid enim de usur.* ubi dici-
51 tur, super jure futuro neminem agere posse, cum incertum sit etiam, quid judex sit decreturus, & litis incertum determinationem non recipiat petitio quoque judicialis omnis certa esse debent *l. quod debet 51. de pecul l si contra 20. C. mand. l. si per impru-*
52 *dentiam 51. de evictio l. 1. de Eden.* Imò cum non rei judicandæ, sed judicatæ temporis mentio in legibus fiat, post rem judica-
53 tam, & quidem propriè, concessum, ante prohibitum censetur.

l. ubi

l. observare 4. § ult. de officio procons. & legat. d. l. si fidejussione 6. l. si pro ea 10. C. manda. l. Lucius 38. D. eod. c. fin. ex. de fidejuss. Item cùm 54
officio & liberalitatis actio sit fidejussio, ab initio, eo præstito, necessitatem induci, ut in cæteris contractibus *l. sicut C. de oblig. & actio*, proinde tunc finem præscribere & retrò agere, atq; intempestivè officii & accommodatæ fidejussionis utilitatem auferre, fidejussorem non oportere, *arg. l. in commodato 17. §. sicut 3. D. Commoda.* adjuvari quippe nos, non decipi, beneficio convenit.
Neq; nunc audiendus fidejussor videtur, quòd executionem pa- 55
ratam sibi imminere prospicit. Ab initio enim id non ignora- 56
bat, aut certè cogitare debuerat, hoc facilè posse evenire, *l. quod te 5. si cert. petat. l. si quis domum 9 §. 1. vers. idem quærit Locat*: Et
ignosci non solet illi, qui se spontè in necessitatem aliquam con- 57
jecit, & frustrà contra calamitatem auxilium legis implorat, 58
quam tempore contractus subesse illum non latebat: unde traditum est, eum, qui pro homine inope scienter fidejubet, ad liberationem agere non posse: & prævisam cognitamque mariti 59
inopiam, repellere uxorem, quo minùs ab illo constante matrimonio dotem repetat *l si creditores 31. vers. planè de rebus auct. jud.* 60
possid. l. si is à quo. §. fin D. ut in poss. legato. l. fin §. his illud quoq. C. de sponsalib. latè Iason in l. si constante num. 70. solut. matrimon. And. Geil. lib. 2. obs. 84. num. 1. & seqq. Et quamvis interdum, quod 61
de proximo futurum est, pro jam facto habeatur *l. quæ mittuntur 35. §. 3. vers. similiter ex quib. cau. majo. l. si fundum in fin. vers. planè si pauci de fundo dotali*: tamen id ad hanc rem non rectè accom- 62
modari, cùm præsertim verba *d. l. si pro ea*, de condemnatione
vera videantur accipienda, non ficta: Quemadmodum neque 63
ex confessione ficta parata est executio *Afin. d. §. 1. c. 25. in fin.* Et
regulariter statuta, quæ instrumentis Guarentigionatis executi- 64
onem promtam largiuntur, strictissimè sint accipienda, *Afin. d. lo. c. 26. Cacheran. d. decis. 129. num. 2.* Cumq; aliud sit liberatum 65
esse, aliud liberandum esse, remissum esse, vel remittendum esse, *l. qui se dicit. 67. de judic. l. quæ sub condicione §. finali de condicio. instit. Vant. de nullitat. tit. quot & quib. mod. null. num. 47*: aliud pen 66

dere, aliud esse, *l. is damnum 169. §. 1. l. nihil 186. de reg. jur.* aliud propriè esse, aliud impropriè. *Dec. in l. in eo quod plus est in princip. de reg. jur. Camill. Galli de verbor. sig. lib. 2. c. 4 num. 12. Bonifac. Ruger. cons. 43. num. 4. 5. lib. 1.* aliud talem esse, aliud haberi pro tali *l. mercis de verbor. signif. l. prætor. §. 1. de op nov nunciat. Bart. in l. si maritus §. legis. nu. 1. ad L. Jul. de adult. Camil Galli n. d. tract. lib. 5 c. 16. num 403.* Certè ex his omnibus efficitur, quod de damna
67 to fidejussore *in d. l. si pro ea & l. si fidejussor 6. C. manda* constitui tur, ad damnandum esse, seu damnatum iri, non esse producen
68 dum: cum ista duo differant maximè *Laur. Valla. elegant. lib. 1. c 30.* Et inter Canonem ferendæ & latæ sententiæ discrimen in
69 jure sit maximum *Tiraq. in l. si unquam verb. revertatur num. 266 cum mult. seqq. C. de revoc. don* Et divortium faciendum inter executionem factam & fiendam · *l. si finita 15. §. si plures cum seq de dam. inf. Coler. par. 3. cap. 8. num 19. Wesenb. de priv. credit in fin. constitutione Elect. 28. vers.* Wäre aber einem *etc. par. 1.* Quod si
70 periculum urgeatur, quod per executionem paratam, ejusmodi instrumentis debitam, fidejussori incumbit, illud utiq; ab initio etiam suberat: neq; verò ad omnia ejusmodi pericula, & vanos timores, æquum est jus nostrum inflecti, & spes inanes in consi derationem vocari, cùm præsertim multa inter os & offam ca dant. *l. vani timoris de reg. jur. l. inter. 83. §. sacram de verbor. oblig. Tiraq. de LL. connub gl. 2. num. 26. cum mult. seqq.* Quid? quod fide
71 jussorem, etiam cùm pro principali debitore pecuniam deposuit, adhuc tamen ad liberationem agere Interpp. nolunt: aliud nem pè esse solvere, aliud deponere dictantes *l. si fidejussor 6. C. man-*
72 *da. Nicol. Bellon. in §. si quid autem num. 3. Instit. de fidejuss. Duen reg. 336.* licèt in hoc contrarium teneat, post alios, *Vincent Caroc. de depos. par. 2. q. 42.* Deniq; cogitetur hîc communis lex, consti
73 tuta omnibus mandatariis & alienæ rei curatoribus, ut non priu actionem habeant, quàm mandatum & officium à se susceptum impleverint aut perfecerint: ut si tantùm mandetur alicui, ut quid faciat, puta fundum emat, aut negocia mea gerat, eo man dato perfecto statim actio fit: si verò, ut [illegible] detur, quemadmo-

dum

dum in fidejussione contingit, non antequàm data aut soluta pecunia sit, agi possit, *l. si mandatum 45. in princ. D. manda.* neque fidejussor, antequam solverit, mandato perfunctus intelligitur, 74
quod ei debitor principalis dedit, ut pro se fidejuberet, quo & hoc continetur, ut solvat *d. l. indebitam 47. de condict. indeb. l. licets 42. § ea obligatio 2. de procurat. l. tribus 8. de usufruct. ear. rerum. Hugo Donel in d. l. si pro ea. Cujaci. lib. 26. obs. 10.* ubi addit, id quoque in 75
tercedendo, pro mandatore satis apertè cavisse videri fidejussorem illis verbis FIDE ET PERICULO MEO *l. Lucius 24. de fidejuss. l. si verò 12. §. si quis mandaverit 9. vers. hoc amplius Manda.* Certissimum quoq; est, ante condemnationem, debitorē 76
fidejussori non nisi conditionaliter obligatum esse: quæ conditio, nihil ponit in esse, & antequàm purificata est, agi nequit: unde & fidejussor evictionis gratiâ datus, licet diu in obligatione steterit ante evictionem, sententiâ comprobatam, ad liberatio 77
nem agere non potest, *Gomez d. tit. de fidejuss. num. 10. vers. ex quo, Asin de execution. §. 6. c. 55. num. 1. cum seqq.*

At ex contrario sunt alii, qui existimant, fidejussorem per in- 78
strumentum Guarentigiæ aut simile, executionem paratam habens, obligatum etiam ante condemnationem agere posse, neq; expectandum, ut ad præsentem solutionem urgeatur: cùm id vel 79
hodiè aut cras fieri possit, & ita in continuo periculo fidejussor versetur. Principio enim constare, longè aliam hodiè esse for- 80
mam jurisdictionis, quàm olim: proinde convenire, ut, ob emergentem de novo rationem factorum & judiciorum, ipsa quoque juris ratio invertatur, aut certè ita consulatur indemnitati fidejussorum, quemadmodum veteres ipsos fecisse videmus. Illi 81
enim non utique hoc semper in his quæstionibus quæsiverunt, an pecunia à fidejussore soluta esset: sed vel condemnationem ad solvendum satis esse judicârunt. His nos vestigiis insistentes 82
non absurdè dicemus, illum quoq; contra debitorem agere posse, qui pro condemnato habetur: quemque certum est, damnatum iri: prout fidejussori tali, posthabitis expositionibus vulga- 83
tis, statim mandari potest, ut solvat, licet sententia cognitionalis

non

non antecesserit. Ipsa enim Guarentigia, & ad executionem
84 parata qualitas, instrumentis inhærens, pro sententia habetur,
Bald. in l. 2. C. de execut. rei judic. gl. & Bart. in l. sed & hæ de procur.
85 *Asin. de tract. §. 1. c. 25. num. 4. & seqq.* Novumque in jure non est,
in his, quæ sunt juris, idem esse, esse talem, & pro tali haberi, ut
quando statutum æquiparationem inducit, qualem hîc in instru-
mentis deprehendimus *Bart. in d. l si maritus §. legis. vers. adverte.*
86 *ad L. Iul. de adult.* conditionem quoque, quam certum est extitu-
ram, non facere conditionalem, sed puram obligationem, & qui
sub tali conditione debet, verè debitorem censeri *l, si pupillus §.*
87 *qui sub conditione D. de novatio. Asin. d. tract. § 6. c. 58.* Paria item
haberi, aliquid facere compulsum, aut metu, ne compellatur, ex
necessitate vel timore, aut metu necessitatis *l. novissimè 7. in pri.*
D. quod falso. tutor. aucto. Ias. in l. 2. num. 1. & seq. C. de transactionib.
unde Horat. lib. 1. epist. 7.

Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti,
Mecœnas veniam.

88 Item condemnatum quem esse, & mox condemnatum iri,
utiq; frequenter comparantur, uti & cingendum habemus pro
cincto *l. quamvis istius in verb. sub ipsa prolatione sententiæ C. ad L.*
89 *Iul. de adult. l. si rem 61. §. ult. de evict. l. 1. § 2. vers. sed in eo de SC.*
Syllan. l. vestimentum 22. de auro & argent. lega. l. qui pœna 8. in verb.
vel cum futurum prospiceret, ut damnaretur de manumiss. Nov. Const.
115. c. 1. in princ. in verb. sub tempus definitivum, & c. l. si rem 29. in fin.
D. de evictio. l. pen. ubi Bart. & alii de testam. mil. l. unic. in princ. de
90 *bon. poss. ex testam. mi.* ubi dicitur, quod eorum etiam testamen
ta jure militari valeant, qui in hostico loco, sive, ut *Ecloga Basili-*
corum Leunclavii lib. 35. pa. 327, habent: ἐν πολεμουμένῳ τόπῳ, testan-
tur. Licet enim eorum condicio distet ab his, de quibus consti-
tutiones loquuntur: tamen cum hi, qui in procinctu versantur,
eadem pericula sustineant, jura quoq; eadem in illis meritò sibi
vindicare debere: ad quod, & præcedentia, videatur porrò *Tira-*
91 *quel. de LL. connub. gl. 2. num. 2. cum mult. seqq.* Quid? quod & mu-
lier, ubi propter Vellejanum SC. exceptionem non habet: ta-

men vel condemnata, vel ante condemnationem condicere potest vel liberationem, vel quod ei abest *l. quamvis* 8. § *si muli er.* 2. *in fin. D. ad S D. Vellejan.* Neque expectanda est condicio, 92
cuius eventus nihil operatur: aut condemnatio, quæ jam in instrumento facta intelligitur *Cagnol. in l. impossibilium* 145. *nu.* 1. *de reg. jur.* Atque hinc traditum etiam: ob debitum in diem vel 93
conditionale, si periculum in mora sit, perinde arrestum impetrari, & alia remedia executiva intentari posse, atque si præsens & purum debitum esset. *Rodric. Suar. in d. l. post rem judic. limit.* 7. *num.* 1. *& seq. pa.* 546. *Peck. de jure sistend. c.* 4. *num.* 6. *Asin. d. trac.* § 6. *c.* 59 *num.* 13. *Hotom cons.* 18. Proinde non leves auctores 94
hanc posteriorem affirmativam sententiam secuti sunt *Bart. in l. fideiussor pro venditore* 45. *per il. tex. D. de fideiuss. Cyn in l. certum. C. famil. ercisc. Bal. Salic Alex. in d. l. si pro ea & in d. l. Lucius Mandati. Ias. in l. si qua mulier num.* 23. *C. d. S. Eccles. Socin. Regul.* 147. *fallen* 9. *reg.* 148. *fall.* 2. *Hippoll. Mars. ad rubr. de fideiuss. nu* 216. *Didac. Segura in l. si ex legat.* 1 *num* 74 *& seqq. de verbor. oblig. And. Geil. lib.* 2. *obs.* 29. *num.* 12. *Colerus de process. execut. par.* 1. *c.* 10. *num.* 322. *cum seqq.*

In hac igitur *communi*, ut apparet, *sententia* hîc acquiescere libet, post tantos patres, cum hac tamen declaratione: ut non statim, ubi quis in eiusmodi instrumento, quod de consuetudine, vel ex pacto aut statuto executionem paratam habet, obligatus est fideiussorio nomine, agere contra debitorem posit, 95
ut liberetur: sed ut per tempus arbitrarium expectare debeat, ne mox videatur beneficium revocasse, quo in casu *contraria sententia Dd.* loquuntur *Color d. lo. num.* 327. & melius *Segur d lo. num.* 79. ubi inquit, licet aliàs fideiussor, quando per decennium 96
in obligatione non stetit, agere nequeat ad liberationem *d. l. Lucius ubi Dd.* tamen hîc, ubi parata executio metuitur, minùs tempus sufficere adhoc, ut agendo ad liberationem audiri debeat: & esse hoc tempus arbitrarium, ut in casibus similibus *l. promissor* 21. *de const. pec. l. quod dicitur* 105 *de solut. l.* 1. *de jur. delib. gl. in* § *omnis inst. de verbor. oblig.* Quanquam ad vitanda 97

has opinionum & diversorium judiciorum procellas, consultū putet. *Roder. Suar. d.* § *visum est supra num. 14. in fin. pa. 569.* in instrumento subijcere hanc clausulam, quod debitor promittat fidei jussorem indemnem servare, quoties fuerit petitum.

Illud superiori communi sententiæ quoq; consequens est: posse fidejussorem executivè obligatum, si periculum rebus de-
98 bitoris immineat, arrestum in bonis ejusdem petere, vel, alijs comparentibus creditoribus, hoc quoque debitum, pro quo fidem suam astrinxit, in judicium deducere, ut hujus quoq; ratio
99 habeatur: quando & contra dissipantem bona sua ante solutionem similiter agere permittitur *d. l. si pro ea ubi Dd. communiter*, quemadmodum & id in usu passim esse his locis apparet: & ali-
100 oqui de jure, etiam ante diem, ex caussa, ad hoc ut idoneè caveatur agi potest *l. si ab arbitrio. 10. l. inter omnes 12. qui satis cog. l. in omnibus 41. ubi Dd. de judicijs l. quæsitum 12. de pigno. & hyp. arg. d. l. fidejussor 45. in fin. de fideiuss. &c.*

QVÆSTIO VIII.

De Remediis L. Diffamari C. de ingen: manum. & L. Si contendat D. de fideiuss. Et an Agnatus, aut alioqui de feudo investitus, vivo eiusdem possessore, ad declarationem iuris successorii, in futurum sibi competentis, agere possit.

SUMMARIA.

1. *L. diffamari C. de ingen: man. non tantùm in caussa status, sed & in alijs multis remedijs locum obtinet.*

2. Adeq;

2 *Adeoq; in omnibus diffamationibus, tàm iuris, quàm facti.*
3 *Iudex aliquem nonnunquam ad agendum cogere potest.*
4 *Super exceptione, à Reo in iudicio deducta, interdum pronunciatur & num. 7.*
5 *Exceptionem saltem habens, potest agere, ut lite nondum motâ, alicui silentium imponatur, vel super suo iure pronuncietur, & nu: 8.*
6 *Libello ab actore semel exhibito, Reus contrarium efferre nequit.*
9 *Liberi ante controversiam motam, petere possunt, se legitimos declarari.*
10 *Vasallus super prætensam feloniam, iudicis officium implorare potest.*
11 *Generalis alicuius quæstionis restrictio, à privilegiatis impetrari potest.*
12 *Castrum possidens exigere potest à iudice, declarari se comitem, ad possessionis suæ confirmationem.*
13 *L. si contendat de fideiussoribus, quos casus comprehendat, & quando locum habeat, nu: 28.*
14 *L. diffam. & l. si contendat, &c. differentia.*
15 *Investitus de feudo, vivo possessore agere posse ad declarationem, feudum ad se mortuo illo pertinere, videtur, ex nu. 16. Sed contrarium verius num. 19. quod tamen limitatur in casu, de quo nu. 33.*
17 *Maioratus successor exigere potest, vivo possessore, ut declaretur successor, uti iudicatum: sed adde nu: 25. ubi pro negativâ, secundum quam etiam pronunciatum, concluditur nu: 37.*
18 *Agnati, lite contra illegitimos institutâ, flagitare possunt, ut illegitimi pro agnatis non habeantur: sed quomodo intelligendum, traditur nu. 31.*

20 *Ius non fundatur super iure futuro, sed præsenti, & nu: 34.*
21 *Contingentium nulla determinata veritas.*
22 *Temporis futuri tractus, ad iudicis officium non pertinet.*
23 *Sub conditione, aut in diem, ad legatum vel fideicommissum vocatus, intereà temporis non admittendus est: eius ratio, nu: seq. & altius nu: 26.*
29 *Ante conditionis vel diei adventum agens, plus petere, & inutiliter agere censetur.*
30 *Iudicium non convalescit, quando quis tempore litis motæ nullum ius habet, quod in processu demùm caussæ supervenit.*
32 *De familia quæri potest, etiamsi de successione non tractetur.*
35 *Heres malè versatus in hereditate, cogi potest restituere fidei commissum, ante diei vel conditionis eventum.*
36 *Iudicis arbitrio multa relinquuntur, etiam in declaratione iuris successorij, de futuro competentis.*

SÆpè in foro incidunt ex *L. diffamari C. de ingenuis manum.* motæ quæstiones, eiusque Legis decisio non tantùm in causa
1 Status & ingenuitatis, ut voluit *Franc. Sarmien. select. interpret. lib. 1. c. 2.* sed & in alijs Civilibus, criminalibus personalibus, realibus, petitoriis, possessoris & mixtis judiciis valere creditur communiter, secundum *Dd. ibi. maximè Blarer & Contard. Ludovi. Molina de primogen Hispan. lib. 3. c. 14. num. 24. & seqq.* per *l. si ea C. qui accus. non poss. l. fin. C. de fide instr. c. conquerente de officio ordina. VVesenb. cons. 6 num. 212. & cons. 96. num. 13. & seqq.* id
2 quod *Ordinat. Cam. Imp. lib. 2 c. 25. in princ.* confirmatur. Ex quo colligitur: in quibuscunq; diffamationibus & molestationibus, tâm juris, quàm facti, hoc remedio experiri licere: quemadmodum & paßim receptum videmus.

Et sanè qui argumentum illud hactenus tractarunt, in eo
3 quoque laborarunt, ut ostenderent, quemadmodum in quibus-
4 dam caussis judex ad agendum aliquem cogat, aut reum, jus suum in judicium deducentem, perinde ut actorem, audiat, ut de-
5 inceps quoq; super exceptione pronuncietur: Ita & hîc receptũ esse, habentẽ nempè exceptionẽ, posse agere & petere adversario silentiũ imponi, etiamsi nulla lis aut controversia ab eo moveatur *arg. l. si contendat ubi Castren. de fideiusso. l. Aurelius § si centũ deliberat. lega. Ang. in l. si quis libertatem vers. planè de hered. petit. Blarer. in d. l. diffamari c. 1. nu. 2. Contard. ibid. in amplit. nu. 1. cum*
6 *mult. seqq. & nu. 116. cum mult. seqq.* Nam licet regulariter judicio ab actore inchoato, reus contrarium libellum offerre nequeat, neq; etiamsi jus diversum in exceptione alleget & probet, super eo directò pronũciare judex debeat, sed sufficiat absolutoria sen-
7 tentia, secundũ *Abbat. in c. audita nu. 8 ex de restitu. spolia. Alex. in l. 1 § in operis. nu 7 de operis novi nunciat. Vincent. de annua præstatio. par 1. quæstio. ult nu. 1 Contard. in l. un. C Si de momen. poss. limitat. 2. nu. 32. & seqq. & quæstio. 15. nu. 27. 28. Cagno. in d. l. diffamari num.*
8 11. 12 Tamen si ante motam ab alio actionem, jus suum reus in judicium deducere, & super eo actore cunctante, pronunciari cupiat, nequaquam id facere prohibendus est. Ex quo liberi,

etiam nondum morâ lite, pronunciari se legitimos, petere pos- 9
sunt. *Covarru de sponsal. par. 2 c. 8 §. 3 num. 2. Eman Soar. in thesau. recept. Sent. verb. filii num.* 259. Et Vasallo si contra prætensam 10
feloniam putet se aliqua exceptione tutum, permittitur super illa exceptione adire judicem principaliter, ejusque officium implorare, ut vigore istius exceptionis absolvatur, & domino silentium imponatur, secundum *Lud. Schrader. de feud. 2 par. 9 princip. sectio 14. num 62. pa 750.* Etsi generalis emanaverit Constitutio, 11
privilegiis particularium personarum præjudicans, peti potest ut declaretur, constitutionem ad has non pertinere *Stephan. de Federic. de Legum interpret. par. 2. cir. fin. pa 170.* Sic omnes ca- 12
strum possidens, petere à judice potest, se declarari Comitem, ad suæ possessionis confirmationem, secundum *Bart. in l. uti frui §. verum si usu fru. pet. a. Nemo de adip. posse rem 4 num 354 Nicola. Bella. lib. 1. supputa. jur c 19 num. 2.* Quas omnes & similes spe- 13
cies non malè ad remedium *d. l si contendat*, referre possumus. Nam hâc viâ, etiam rei, jus suum in judicium deducere possunt, licet actionem non habeant, sed exceptionem tantùm: & differentia inter *l diffamari* remedium, & *l. si contendat, &c.* notabilis 14
hæc est: quod in hoc actor, non præcedente etiam diffamatione, statim agere cogitur: in illo verò procedit diffamatio, & dehinc terminus actori præstituitur, secundum *Socin cons. 49. lib. 3. Covarru lib 1. resolut. c. 18 num. 3. Ponchegal. ad rubr. D. de duob. reis num. 33. & seqq. Blarer. in d. l. diffamari c. 2. num. 18 Ludov. Molina. l. lib. 4. c. ult. num. 22 Cognol. d. l. diffamari num. 5. Boer. decis. 14. Capi. decis. 18.*

Hisce consequenter pulchrè quæritur: An Agnatus aut Va- 15
sallus, jus ad feudum alterius vasalli & possessoris, ex investituris majorum vel gratia Principis, tantùm habens, vivo possessore agere possit adhoc, ut declaretur, mortuo illo, feudum ad se devolutum iri. Et hoc consequens esse superioribus videtur: cum 16
in aliis causis petitio ejusmodi declarationis admitti soleat: & ne longè ire necesse sit, traditum est ab Hispanis Interpp posse Majoratus successorem, vivo possessore, petere, ut declaretur, se 17

ius in eo quoq; post mortem possessoris habiturum, secundum
† quam sententiam sæpè *judicatum* † ijdem testantur *Roderic. Suar. allegat.* 4. *Covarru. d l.* 1. *resolut. c.* 18. *num* 8. *Didac. Siman de primog. Hispan. lib.* 1. *c.* 28. & in feudis idem resolvit *Sigismun. Loffred. consi.* 10. *num.* 7. *Pinel. in l. par.* 3. *num.* 50. *C. de bonis mater.*
18 Neque à proposita quæstione alienum est, quod *Mattha. VVesenbec. cons.* 44. *num.* 4. *& seqq. & num.* 10. scribit, veros agnatos litem contra alios illegitimos instituere posse adhoc, ut declaretur, illegitimos pro agnatis non reputandos, & proinde omnem illis spem præcidi posse succedendi in feudo.

19 Pro negativa tamen sententia nonnulla pugnant. Etenim
20 regulare est: judicium non fundari super jure futuro, sed præsen-
21 ti: quia videlicet de futuris contingentibus non est determinata veritas: & petitiones in judiciis hactenus amitti par est, ne judicia clusoria reddantur. unde disertè scriptum legimus, tractum futuri temporis ad officium judicis non pertinere *l. litiga-*
22 *tores* §. *fi. de recep. arb. l. non quemadmodū de iudic. l.* 1. §. 1. *de usuris.*
23 Patet idem ex eo, quod jura negant, eum, qui sub conditione, aut in diem, ad legatū, vel fideicommissum vocatus est, interim admitti *l. si ita scriptum* § *fin. de legat.* 2. *l. si filius.* §. *qui patri.* §. *cum filius de bonis liberto*: & ratio est *in l. Statius* 48. *in fin. de jur. fisci in*
24 *verbis, quia possit prius ipse mori, &c. repulsus est interim à petitione. &c.* Et cui bono quæso tàm præmatura petitio de bonis viventis? *l.* 1. §. *si impubere de collatio bono.* Quippe *nemo* tàm *divos habuit faventes, crastinū ut posset sibi polliceri*: & hac declaratione facta, sæpè contingere posset, ut aut præmoreretur, in cujus favorem declaratio fieret, aut possessor relictis ex se liberis decederet: interque os & offam multa alioqui cadunt, ut proinde præstet mortem possessoris expectare, quàm ante diem patrios inquirere in annos, & solido infringere, dum fragili quærimus illudere dentem.

25 Itaque in supra dicta controversia Majoratus, ab aliis prudentioribus repudiata affirmativa sententia, negativa recepta est:

ota est: videlicet, non esse vivo possessore admittendam hujusmodi declarationem, eaque *pronunciando* sæpiùs comprobata est *Roderic. Suar. allegat* 3.4. *Anton Gomez. ad Taur in. in l* 40. *num*.79 *Fernan. Vasq de succes. crea. lib*.3.§ 26 *num*.129. *Pinellus in d. l. 1. par*. 3. *num*. 78 *C. de bonis mater. Ludovic. Molina de primog. Hispan. lib*. 3. *c* 14. *num*. 17. *& seqq*. Confirmatur hæc sententia 26
ex eo, quod fideicommissarius conditionalis, pendente conditione, agere non potest adhoc, ut reus condemnetur, ad sibi restituendum, eveniente conditione, vel casu in quem vocatus est *Imola. in l. cum qui ita* §. *qui ita de verbor. obligat. Anton*. Padilla *in l. 1. num*. 30. *C. de fideicom Cagnol. in l. in omnibus num*. 16. *& seqq. de reg. ju. Tiraquel. de jure primigen. quæst. ult. Boer. decis* 354. *num*.13. *Francis Marzar. de fideicom. q*. 61. *num*. 13. ubi hanc opinionem in Rota Florentina canonizatam esse ait. Ex quibus effi- 27
citur, negativam opinionem in proposito præferendam esse: atque ita agnatum, simultaneè investitum, vivo possessore feudi, agere non posse, ut declaretur, mortuo possessore ad se feudum devolutum iri; cum etsi remedium *l si contendat*, declarationem 28
juris nostri fieri posse, concedat, id tamen in jure saltem præsenti locum habeat, non etiam in jure futuro: De eo enim ita agere non permittitur. Quâ ratione, qui ante conditionis, vel 29
diei adventum agit, plus petere intelligitur. Imò ante conditionis eventum sive actionem, quis non rectè agere censetur, & proinde à limine judicii repelli debet *l. si pupilli* §. 1. *de negoc. gest*. §. *plus autem Instit. de actio. l. non potest. l. non quemadmodum de judic. l. cedere de verbo. signif*. atque inde rectè dicitur, hodiè constat, hodiè agamus *l* 3. *Ut in poss. legato. esse lic*. Estque hoc adeò verum, ut si quis tempore motæ litis jus nul- 30
lum habeat, etiamsi posteà in processu caussæ jus superveniat, non tamen judicium convalescat, nisi ex caussa de præterito originem habeat *l*. 4. *de hered. pet. ubi Dd. & Costal. Covarru. prac. quæst c*. 12. *num*. 6. *Costal. in d. l. non quemadmodum Anton. Gomez. resolut. tomo* 2. *tit. de qualitat. contract. num*. 24.

Et quod suprà ex *Matth. VVesenbec. cons. 41. num.* 10. allegabatur
31 de agnatis, quæstionem Status aliis agnatis moventibus, id non ad declarationem juris successorii in futurum expresse directum intelligere debemus, sed ad juris agnatici declarationem vel negationem.
32 Nam de gente & familia quæri potest, etiamsi de successione non tractetur: & alia de caussa interest Reipub., in familiis illustribus partubus spuriis & illegitimis splendorem generis non corrumpi *l. 1. de probatio l. 1 § quamvis, 5. de ventre insp. l. si qua illustris C. ad SC. Orfit. 12 l. ubi. de his qui sunt sui vel alien. jur. &c.*

33 Fieri tamen interdum potest, ut supra dicta limitari debeatur. Si videlicet possessor bonorum feudalium in præsens contendat bona sua esse libera, eademque hoc prætextu obligare, alienare & dissipare cœperit, vel investituras Majorum corruperit, vel aliud quid machinatus fuerit, quo successionis emolumentum agnatis proximis, aut spem succedendi habentibus intervertat.
34 Ita enim judicium, ex dolo possessoris & ex caussa de præsenti fundatum, benè procederet, ut etiam declaratio super jure futuro fieri posset: in qua specie in Majoratu hoc decidunt *Roderic. Suarez all. q. 11 4. Ludov. Molin d. lib. 3 c. ult. num.* 32.
35 pro quo facit, quod alioqui traditum est: heredem malè versantem cogi posse restituere fideicommissum, ante diem vel conditionem *l. Imperator. 10. ad SC. Trebel. Molin. ad Consuet. Paris. tit* 1. *§ 22. num 124. Pinel. in l. 1. par. 3. num 74. 75. C. de bonis mater. Ioan. Cephal. cons. 112 lib 2.*
36 & possunt similes interdum caussæ accidere, ad arbitrium & æstimationem judicis boni pertinentes, in quibus similiter ad declarationem juris successorii, in futurum competentis, procedi rectè potest *l. non possunt de Legibus.*

QUÆ-

QUÆSTIO NONA.

An in Transactione, ob enormem læsionem, remedium L.2.C.de rescindenda venditione, locum habeat.

SUMMARIA.

1 *In transactione, ob læsionem immodicam, l 2.C. de rescind. vend. locum non habere, multi negant, quorum sententia communis, & in Camera aliquando observata, nu: 2. & probatur: extrib. nu: 11. contrarium alij affirmant, num: 12. Quorum opinio etiam communis nu 13. & 26, multisq; in locis comprobata d, num 13. cuius ratio redditur num, 14. Sed quomodo declaranda, proponitur num: 27. Alij deniq; distinguunt num. 28. secundum quam etiam in Camera, & alibi, sententionatum, nu: 29. eamq; constitutio Electoralis 34. par, 2. confirmat num: 31.*

3 *Transactionis, remedis lictum, minuendarum, magnus favor, sed vide num: 20,*

4 *Transactio non minorem, quam iuramentum, & res iudicata, vim habet.*

5 *Eaq; prætextu instrumentorum noviter repertorum, retractari non debet, & num. 24.*

6 *Condictio indebiti non conceditur, si ex caussa transactionis quod solutum est.*

7 *Transactio caussam dubiam processisse innuit.*

8 *In caussis incertis, læsio dimidiæ partis allegari non potest, imo in iis omnimoda æqualitas non exigitur, sed alius observari potest modus.*

9 *Læsio ultrà dimidium probari vix potest: cum illa consistat in arbitrio indicantis.*

10 *Litis eventus dubius, in quo is qui sitius nonnunquam succumbit, sed adde num: 22. & num 27.*

15 *Læsus transigens, non tàm paciscitur, quàm decipitur.*

16 *Transactio ultra dimidium dolum re ipsâ in se habet.*

17 *L. 2 C. de rescind, vendit in commutativis contractibus locum habet.*

18 *Læsio enormis, nullis verborum clausulis excluditur, in qua etiam requisita transactionis neutiquam interveniunt num 21.*

19 Læsio in caussa arbitrorum facta, etiam vigore juris corrigitur.
23 L. Lucius § fin. ad SCtum Trebell. intellectus.
25 In probatione læsionis, tempus contractus. & sic valor totius rei vel caussæ, non etiam eventus inspiciendus & num. 30. & num 32.
33 In probanda læsione primùm certe quantitas emti . . d exprimenda, & qualiter aliàs probetur, remissivè num. seq.

FRequens est quæstio, ab Interpp. variè agitata: An in transactione, ob læsionem immodicam, locum habeat remedium *l. 2. C. de rescind. vend.*

1 Sunt, qui negativam tenent, & acriter propugnant *gl. in l. Lucius § fin. ad SC. Trebell. & in c. cum causam ex. de emt. & vend.* Sequuntur *in d. l. 2. Petr. Cyn. Salic. Bal. Cremen Purpurat. Hugo Donel. Anton. de Padil. cum multis aliis,* relatis per *Pinellum ibid. par. 1. c. 4. num. 13. Padillam num. 23. Nicol. Everar. cons. 241. num 11. & seqq. Rolan. à Val. cons. 28. num. 22. & seq. 24. & 28 lib. 4 Afflic. decis. 220. num. 3. Bick de unio prol. c. ult. num. 6. 7. Pet. Iacob. in prac. c. 83. num. 15. Ias. Alc. in l. interpositas l. quamvis C. de transactio Sichar.*
2 *in l. cum te num. 3. C. eod. Franc. Hotoman cons. 40. pag.* 308. adeò ut hanc opinionem quidam communem ferant. *Dec in l. sub prætextu Ias. in l. fratris C. de transact.* & secundum eandem *in Camera Imperij pronunciatum* scribat *And. Geil. lib. 2. obs. 70. num 11.* post
3 *Zas. cons. 18. lib.* 2. Neque levia sunt hujus partis argumenta: Magnus siquidem est litium minuendarum favor: & proinde ipsa-
4 rum quoque transactionum, imò non minorem vim transactio, quàm juramentum, aut res judicata, habet *l. fratris 10. l. quamvis 39. l. non minorem 20. C. de transact.* at quis ferat, contra veritatem, quæ in juramento, & re judicata, inesse censetur, allegantem, se læsum esse *l. 2. de jureju. non erit § dato de jurejur. l. sub spe-*
5 *cie C. de re judic. l. quod si a[illegible]ferente 21 de dolo mal.* Neque sine caussa scriptum est: prætextu etiam instrumentorum noviter repertorum, transactionem infirmari non posse *l. sub prætextu C. de*
6 *transact.* Quemadmodum neque condictio indebiti, postquam ex caussa transactionis quid solutum est, datur *l. 2. C. de cond. ind.*
7 *l. si non transactionis C. de jur. & fac. igno.* Et cogitet aliquis ipsam

trans-

transactionis naturam, quæ per se caussam dubiam fuisse innuit, & prudens arguit consilium eius, qui modico præsenti contentus esse maluit, quàm dubium litis eventum experiri. In causis 8
autem, ubi super incertitudine futuri eventus transigitur, nemo dicere potest, se læsum esse in dimidia: ubi certi nihil definiri potest, cujus respectu dimidia aut tertia diceretur: imò in eiusmodi incertis eventibus, jura nō omnimodam æqualitatem exigunt, sed ad aliquem modum remittuntur, cum minor annis 25. super fideicommisso reciproco transigit, aut propter periculi precium majores usuræ petuntur, aut propter assecurationem mercium major quantitas promittitur *l. de fideicommisso* 11. *C. de transact. l. si pater* 12. *C. de inoffi. testam. c. consuluit c. naviganti ex. de usur. l. periculi* 5. *de nauti. fœno. Santerna in trac. de assecurat. par. ult. nu.* 4. 5. *Stracha in trac. de Sponsio. par.* 4. § *quaero igitur- num.* 2 3. 4. & *de Assecurat. in præfat. num* 48. Quæro denique, quomodo probaturus sit aliquis judici, se ultra dimidiam ejus, quod litigando 9
probabiliter consequi poterat, læsum esse cum illud utiq; in potestate sit judicantis, & necessariò nihil referat, propter maximè 10
dubium litis eventum, ubi etiam justissimus interdum succumbit *l. non quicquid* 40. *de judic. l. neq. natales C. de probatio. l. quod debetur* 51. *de pecul. l. si per imprudentiam* 51. *in princip. de evictio.*
Postremò allegantur in hanc sententiam *l. interpositas* 13. *C. de* 11
transact. l. si superstites C. de dolo, l. Lucius 78. § *fin. ad SC. Trebell. l. à Divo Pio* 15. §. *si pignora* 3. *de re iudica.* ubi, alijs textibus omissis, potissimum stringit §. *fin. in d. l. Lucius*, ubi etiam in quadruplo toleratur excessus, neq; eo magis retractatio transactionis conceditur, ut proinde, ex tot rationibus & auctoritatibus, opinio hæc munitissima reddatur.

At econtra adversus eandem alij, non minoris fidei & au- 12
ctoritatis Interpp., insurgunt *Bartolus* cumprimis nomine ipso venerabilis, & multorum instar habens, *in d. l. 2. si quis cum aliter de verbor. obligat.* post *Iacobum de Arena.* idemq; sequuntur *Alberic. Fulg. Ang. Castr. Imola. Roma. Claud. Seisel. ibid. cum alijs.* allegatis per *Pincl. in d. l. 2. nu.* 14 *Cagnol. nu.* 80 *Pet. Nicol. Mozz. de tr. de*

Emtio.

Emtio colum.ult.num.22. Schurf conf 17.num.18.Cent.1. cons.30.'nu.
13 16.*cent.3. Mandel.Alba.conf.1 num.12.conf.89.num 4 Natta conf 548.num.11.52.lib.3.Fabia,de Monte in trac. de Emptio. quaestio. prin. 8 nu.11.& seqq.*ubi æquiorem notat: *Wesenbec.conf 42.num.7:.73. Mynf. cent.1.obf.33 magis communem, & Cent.6.obs.91.* ita vulgò receptam, nominans. Estque adeò ab æquitate commendata hæc sententia, ut in summis Hispaniæ & Galliæ, aliorumq; locorum curiis, † *pronunciando* comprobata & recepta fuerit, quemadmodum de hoc attestantur *Pinel.d.lo.num.15. Padilla num 23. Fran. Cald. in l. si Curatorem verb. lasis num.153. cir.fin. C. de in integ.restit.mino. Rebuffus ad Constit.Reg.lib.2.tit.de rescis.contrac. artic. unic. gloss 15. num. 18. Costal. in l. in summa de conductio. indeb.*
14 Et hanc sententiam confirmat ratio hæc: Quod transactio deficiens in dimidia ejus, quod quis litigando consequi poterat, magnam contineat iniquitatem, & dolo carere non videatur atq; inde non tàm paciscatur, quàm decipiatur, qui ita transegit,
15 ut loquitur IC. *in l. qui cum tutoribus 9 §.1.de transact.* Ita enim *in d. l. si superstite vers. sanè C. de dolo malo.* apertè dicitur, filiam, ex transactione cum patre inita, immodicè læsam, in factum agere posse. Unde *gl. in l. per diversas C. mandati* ait; videri simulatè conceptam transactionem, quoties datum est precium ita parvum, ut deceptio interveniat ultrà dimidiam partem justi pre-
16 cii. Ac ut maximè quis contendat, ex proposito dolum aut machinationem non intervenisse: tamen res ipsa in se dolum habet, & ex post facto in dolo esse arguitur, qui compertâ tàm enormi læsione, nihilominùs transactione se tuetur, *d. l. si quis cum aliter de verbor.obligat.l.2.§.si quis sine.de dol.mal.& met.except, Joseph Lu-*
17 *dovic decis.18 num.51. par.1.* Cumquè remedium *d.l.2. C. de rescind.vend.* in contractibus commutativis, absque controversia, locum habeat: cur non & ad transactionem accommodetur? Iniquissimum verò erit, nullam hîc læsionis enormis conside-
18 rationem admitti, quàm nullis verborum, etiam amplissimorum, clausulis excludi interpp. concedunt. *Vincent.Caroc de Loca cond.tit.de rescind.vend.num.11.fol.46.col.3. Nico.Moro. de treu. &*

pac-

pac. par. 1. q. 14. nu 23. præsertim cum etiam in caussa arbitrorum,
à partibus assumtorum, in parte sexta factam læsionem, jura 19
corrigant: licet & hîc, favor litium minuendarum, & transigen-
di voluntas, urgeri posset *l. societatem 76. l. unde 79 cum l. seq. ubi*
Bart. & Coras. Pro socio.

Et ut contradicentibus satisfiat aliquo saltem modo, negari 20
nequit, multùm ponderis habere transactiones, & non levibus
de caussis retractandas: sed rursum dicimus, eas suis requisitis in-
structas esse debere, qualia sunt, litem fuisse dubiam, aliquid da- 21
tum aut retentum, & denique bonam fidem intervenisse *l. 1. D.*
de transact. l. 2. C eod. l. transactio 38. l. fratris 10. l. sub prætextu 19.
eod. Iam si immodica talis læsio, dimidiam justæ æstimationis
excedens, interveniat, num semper, litem dubiam fuisse asseren-
ti, credemus? ubi non rarò per calumniam lis fingi potest *l. in*
summa 65 in pr. vers. & quidem de condict. indeb. Rodaric. Suar. alle-
gat. 22. circ. fin. l. 2. ubi Dd. C. eod Ioseph. Ludovi. d. decis. 18. nu 31. &
seqq. decis. 27. num. 5. Mandel. cons. 89. num. 1. 2. 3. 5. Gramma. decis.
66. num. 43. & seqq. Loriot. de Pact. axio. 91. Num qui tàm medi-
cam quantitatem accepit, ut penè nulla fuerit, aliquo accepto
transegisse: aut bonam fidem habuisse, dicendus erit, qui plus di-
midio eius, quod re verâ sibi debebatur, in transactione retribu-
it? *Zas. passim Fichard. cons. 30. num. 8. & seqq. lib. 2. ubi pulchrè.*

Ac ut concedamus, dubium litis eventum æstimari diffi- 22
culter posse, saltem ex probationibus, quas apud se, qui transa-
ctioni consensit, habuit, doceri posset, læsionē immodicam fu-
isse, & ad argumentū adeò stringens *in d. l. Lucius § fin.* non ma- 23
lè responderi potest ex his, quæ post *Cremmen: num. 44. Pinel. ibi*
in d. l. 2. nu. 18. scripta reliquit. Nam & si fingas cum *VVesenb. in*
parat. D. de transact. in fin. super fideicommisso ibidem transa-
ctum esse, & hoc ampliùs, de læsione ex instrumentis posteà re-
pertis, apparuisse, vt tempore conventionis inspecto, nulla ini-
quitas in transactione fuerit: certè, magna prætereà ratio sua-
det, cur ab eiusmodi transactione, etiamsi ex post facto in qua-
druplo aliquem læsum appareat, recedi non debeat, *secundum d.*

§ *fin. d.l. Lucius.* Etsi enim *in d. § fin.* transactum esset super fidei-commisso cum hærede heredis, & ita postquam conditio fidei-commissi extiterat: Tamen benè notandum, quod ibi dicitur, de læsione apparuisse ex instrumentis posteà repertis: quorum no-
24 titiam partes tempore transactionis non habuerint. Certum autem est transactionem, bonâ fide initam, sub prætexu instrumentorum posteà repertorum, non retractari *l. sub prætextu instrumentorum* 19. *C. de transactio*, quare & in illa specie de læsione quæri non potest, maximè, cum tempore transactionis inspecto, nulla intervenerit, id quod etiam senserunt *Pant. de Crem. in d l. 2. C. de rescind. vend. Pinel. ibi d. lo. num. 18 & seqq.* Ita, quamvis minor se læsum queratur: tamen probare debet, tempore actus, aut negocii celebrati, se læsionem incurrisse, non si posteà, ex eventu aliquo, de læsione appareat *l de fideicommisso. 11. C. de transactio l. verum § sciendum de minoribus, &c. Rickius in tract. de unio. prol. c. ult. num. 9. 10*
25 Imò generaliter, quoties de Læsione probanda agitur, traditum est, ad tempus contractus respiciendum esse, & istuc probationem dirigendam, non ad id, quod posteà accidit *l. si voluntate in fin. C. de rescind. vend. l. 3. § divi de jure fisci c. ad aures de reb. eccle. alien. c. cum dilecti ex. de emt. & vend. Cravet. con 151 num. 7. Simon. de Prat. consf. 1. num. 1. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 961. num. 4 & seqq. Vincen. Caroc. d. lo. num. 11.*
26 Hoc igitur contrariæ & negativæ partis obice præcipuo remoto, nihil adeò prohibet, quò minùs sententiæ *Bartoli*, ut æquiori & receptiori, astipulemur.

27 Unicum saltem in ea displicet, quod *Bartolus* læsionem ad dubium litis eventum refert, quomodo nunquam probatio læsionis cõcludens esse poterit, cum eventus litis, ut dixi, sit incertissimus. Animadvertit hanc difficultatem *Pinel. d. c. 4 num. 12. 16. 27.* &, rarìssimè hoc evenire posse, scripsit, idemque innuit *Ludo. Molina de primogen. Hispan. lib. 4. c. 9. num. 36.* & ante hos *Imola in l si quis cum aliter col. 3. de verbor. oblig. Natta, cons. 144. num. 11. lib. 1. Alvar. Valascus consult. 18. num. 8.* sicut & *mihi*, an-

nos duodecim continuos *cognitioni causarum in Curia suprema, & intermedijs iudicijs, vacanti,* nondum videre contigit exemplum ullum, quo quis, sed ultra dimidiam in transactione læsum esse, liquidò comprobasset.

Senserunt hoc idem fortè alij, & ij maximè, qui, duabus illis præcedentibus opinionibus relictis, tertiam excogitarunt, mediam erciscundorum sive distinguentium viam ingressi, inter quos primus extitit *Philipp. Corn. cons. 160. & 189. volu. 1.* sequuntur *Dec. in l. cum te C. de transact. Cagn. d. l. 2. num.* 80. *& aly* com, memorati à *Pinello d. num. 26. Pet. Nicol. Mozz. d. tit. de emtio. col. ult. num. 23. Anton. Gabr. lib. 3 commu. opin. tit. de empt. & vend. num. 69. Laurent. Kirchov. commu. opin. tit. conclu. 1. nu. 69. Fran. Turzan. conclu. 159. Eudo. Molina. d. c. 9. num. 36. And. Geil. lib. 2. obs. 70. num.* 16. *Molina. ad Alex. cons 41 num.* 11. *tit. 1. Hier. Gabr. cons 154. num. 47. & seqq. lib. 1. Roderic. Suarez. allegat. 22. num. 4. Strach. in d. trac. de Sponsion. par. 4. §. quaro igitur. nu. 4. Minsing. d. obs. 91. num. 7. & seqq. Centur. 6.* ubi ait, Dominos Camerales, in caussa quadam ardua, hanc distinctionem approbasse *Idem d obs. 33. Centur.* 1. secundum quam distinctionem, etiam extra hanc provinciam, †*pronunciatum est.* 8. Maij Anno 96. Sententià autem horum Interpp. hæc est: ut si quisquam reperiatur læsus ultra dimidiam justæ æstimationis in modico, rata sit transactio: sin autem læsio ultrà dimidiam latiùs excurrat in notabili quantitate, tunc eam rescindi debere. Et secundũ hanc opinionẽ testatur *Pinell d. n. 27.* faciliùs læso succurri, quàm ex opinine *Bartoli.* Nam *Bartolus* ad æstimationẽ eventus litis probationem restringit, quæ nunquã non difficilis existit: In hac *Cornei* concordia attenditur saltẽ læsio, ex valore & quantitate totius rei vel causæ & ex quãtitate accepta in transactione: quomodo faciliùs læsio emerget & apparebit, additâ probatione juris, in ea re sibi cõpetentis. Proinde secundũ hanc posteriorẽ sententiã rectisimè Constitutione etiam D. Augusti Electoris Saxoniæ laudatissimi *parte 2. cap 34.* definita est hæc controversia, Ita, ut si

28 29 30 31

quis

quis in certo jure probare possit, se transigendo ultra dimidiam partem ejus, quod consequi probabiliter potuit, læsum esse, ei, remedio *d. l. 2 C. de rescind. vend.* succurri debeat: & rectè adijcitur in eadem constitutione, læsionis probationem non ad dubium eventū litis, sed ad id, quod si re verâ competijsse tempore transactionis, argumentis idoneis ad fidē instituendam esse. Quo
32 sic constituto, non quærimus, utrum ultra dimidiam æstimationis dubij litis eventus, excessus sit modicus vel magnus, sed an dimidiam ejus, quod re verâ alicui competijsse liquidò probari potest, aliquis acceperit: ubi de bono jure partis læsæ per
33 instrumenta, aut testes, fidem facere necesse est: & primùm quidem certa omninò quantitas exprimenda & probanda, ut indè de dimidia judiciū faciliùs fieri possit: atq; hîc & illa in considerationem venire possunt, quæ de probatione læsionis, post alios
34 *Mascard. d. lib. 2. conclus 962. & seqq.* collegit & post hunc *Vincent. Caroc. in trac. Locat. conducti, tit. de rescindenda Locatione nu. 11. fol. 46. col. 3. &c.*

QVÆSTIO X.

De Ludis vetitis aut permissis, & in Specie de alea Lusu, sponsione & transactione ex ea caussa facta; De Ludo latrunculorum, quem Schachium & Scacarium vulgò vocant.

SUMMARIA.

1 Ludi non semper admissi, nec omninò prohibiti à prudentibus fuerunt.

2 Ludorum species variæ; in quibus discretio adhibenda: & nu. 8. Ludere enim per se non turpè: sed abusus taxatur nu. 26.

3 Labori otium, & huic laborem succedere oportet.
4 Remißio animis concedenda.
5 Dies festi, in quem finem instituti.
6 Ludi convenientes, & belli & pacis tempore, antiquitùs probati, & nu. 15.
7 Causas ludorum, qui explicent remißivè.
9 Exempla nonnulla eorum, qui ludere soliti fuerunt, & nu. 17.
10 Insanire aliquando iucundum.
11 Ingenium nullum magnum sine dementiæ mixtura.
12 Lætitiæ præsides olim.
13 Razin Græci inter Deos retulerunt, eiq; annuos ludos constituerunt.
14 Tribunus etiam voluptatum Romæ constitutus.
16 Aleæ ludus apud Roman. (etsi olim permissus num: 29.) ll. & SCto tamen prohibitus: Et apud Saxones interdictus, nisi virtutis causa num: 20. aut quo ad collationem, seu id quo vescendi causâ in convivio datur. num: 21. In concilijs Eleberino & Constantinopolitano tàm Laicis, quàm clericis in universum, num: 27. A qua prohibitione per consuetudinem videtur recessum, num: 31.

18 Ludus pilæ, quibus licitus & num: 30.
22 Ludorum genera quinq;, peculiaria à Iustin. excepta: Extra quæ, fortunæ committere bona, aleæ præsertim, semper turpe habitum num. 28. & nu. 44.
23 Ad unum usq; solidum saltem ludere concessum.
24 In omnibus ludis, etiam per seditiis.
25 Lusui non secus, ac donationi, certa quantitas constitui potest.
29 Aleæ lusum literati maximè abstinere debent.
32 Mores pravi leges quandoq; bonas in potestatem suam trahunt.
33 Consuetudine, an ludus aleæ, ut licitus, introduci possit: adde nu: 37. Et an ea probanda, quæ inhibet restitutionem adquisitorum per ludum, num. 35. Sed quod non nu: 36. cum seq. & præsertim nu: 40. & num. 42.
34 Feudum ex quæstu lusorio constitui, res turpis.
38 Plus esse in causa posteriori, quàm priori, absurdum.
39 Actus consecutivus, non gubernatur à prima causa.
41 Pœnis aleatores subijciendi, de quibus remißivè
43 Obligatio, quâ quis, se soluturum debitum, occasione aleæ contractum, promisit, invalida.
45 Sponsiones causâ ludi factæ inefficaces & prohibitæ sunt: in alijs rebus permissæ nu: 54. etiam iure Saxon: nu: 53. & nu. 56.
46 Transactio super debitum, ex causa ludi initum, nullarum est virium.
47 Ludus latrunculorum sive Schachius, antiquus.

48 *utilis itidem. & licitus nu. 50. Nonnullis tamen aliud videtur, nu. 51.*
49 *Ingeniosus: & à barbaris etiam receptus: & familiaris rusticis in pago* Stopke.
52 *Natura homines non ad lusum & iocum finxit.*
55 *Condito & causa facit sponsionem honestam.*
57 *Statuta ita explicanda; ut quàm minimùm lædant ius commune, &c.*

1 DE Ludis, in Civitatibus exercendis, judicârunt semper prudentes, illos neque semper admitti, neq; omninò prohiberi oportere: & in speciebus ludorum, diligentem omninò cautio-
2 nem adhibendam esse. Toto enim genere ludis interdicere duriusculum, & à naturali lege humanitatis alienum: & per caussam occasionemque permissi lusus, fenestram vitijs validioribus
3 aperire proclive est. Nihil profectò naturę magis jucundũ, quàm labori ocium, & huic rursum laborem succedere: Danda est interdum, *secundum Senecam de tranquillitate vita, circa finem*, re-
4 missio animis; meliores acrioresq; requieti surgent. Hinc legũ
5 conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publicè cogerentur, tanquam necessarium laboribus interpo-
6 nentes temperamentum. Et tàm pacis, quàm belli tempore ludos, tàm togatis, quàm armatis convenientes, ab antiquis probatos legimus. Et quæ in talorum, tessararum, & calculorũ ludo,
7 apud eosdem olim recepta, & à probatis auctoribus annotata fuerunt, diligenter tradiderunt, & caussas ludorum aliorũ etiam explicârunt *Cælius Calcagnin lib. sing. de talorum ludo. &c. Iul. Ferret. de re milita. tit. de antiquis triumphis tit. de bravio equor. tit. de militari ocio. Aristot. Ethicor. lib. 4. c. 8. Polit. lib. 5. c. 8. & ibi Cas. Anglus. Franc. Patric. de Repub. lib. 2. tit. 8. Aerod. rerum judicata lib. 6 tit. 3 c. 1. Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. c. 21: Ioan. Sarisber. in*
8 *polycrat. lib. 1. c. 5: Ignat: Lop. in prac. Canon. c. 70.* Sunt enim in ludis illis, quidam ad publicam lætitiam, & exercitationem virtutis: quidam ad privatam recreationẽ introducti, & his quidem in-
9 terdum etiam prudentes homines indulserunt: ut non erubuerint *Scipio & Lalius* concharum marinarum collectione, se ob-

lectando certare: mò *Socratem* in arundine longa, equitasse cum pueris relatum est. De *Augusto & Q. Scævola* ludere solitis similiter scriptum: & ut concludit *Seneca d. lo.* aliquando & insanire jucundum est, nullumque magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit: pertinentque ad hunc eundem locum, quæ *Cicero de Oratore lib 2.* pulchrè scripsit. Certè Vitulinæ, & Lubentiæ, Lætitiæ præsidibus, Romani divinos honores olim decreverunt: & Risum ipsum inter Deos Græci retulerunt, diemque festum, & annuos ludos, illi suo Deo cõstituerunt: & pro ejusdem risus commendatione plura *Io. Passeratius* nuper recitavit, quibus hoc saltem addam, quod sub Augustis, Romæ peculiarem Tribunum voluptatum constituere visum est, cujus formulam etiam retulit *Cassiodorus lib 7. tit. 10.* Ait certè, ibidem *Theodoricus*, nimiâ prudentiâ illud majores invenisse, & sic tamen administrandum censet, ut sub quadam disciplina contineatur exhibitio voluptatum.

Verùm utcunq; se ista olim habuerint, videntur sanè & locorum & temporũ diversitates, in his aliud quandoq; jus induxisse: Namque ut Poëta scripsit: *Innocuos censura potest permittere ludos.* Alea enim Legibus vetita est, teste *Horatio lib. 3. Carm. od. 24.* Legibus scilicet Titiâ, Publiciâ, & Senatusconsulto *l. 2. l 3. de aleaoribus.* Ludo palmario *P. Scævola*, pilâ scilicet, sæpè & libenter lusit, *Dionysius Syracusanus & Alexander* similiter, & ad eundem ludum pertinentia notavit *Angelus à S. Ioanne in consil. 6.* Sed hunc pilæ ludum in Senatoribus suis Ludovicus XII. Galliæ Rex maximè improbavit. Nactus enim ad Braccum Lutetiæ Senatores Parisienses, qui sese pilæ ludo oblectabant, acriter increpitos, si posthac deprehenderentur, pro Senatoribus, habiturum se stipatorum loco edixit: pertinere hoc ad Senatoriam majestatem putans, si minùs occupati ludicris publicis viderentur. *Arnol. Ferron. histo-iar. lib. 3. fol. 41.*

Sed ad aleæ lusum toties legibus vetitum, revertamur: Permissum autem antè fuisse, & jamdudum *Cælius Calcagnin. d. lo.* demonstravit, & Iustinianus noster *in l. ult. C. de religios* antiqua

ram esse fatetur, & *Balthasar Castilioneus* aulico suo, turpe non
putat, chartis vel tesseris ludere, nisi lusu abutatur. Verùm Ro-
o manis aliter visum, imò & Saxanibus **Weichbildt** *artic.101.* **Land-
recht** *lib.1. art 6. Chilian. in process. c.57.* ut, nisi alea virtutis causâ
adhiberetur, veluti si hastâ, pilo jaciendo, currendo, saliendo, lu-
21 ctando, pugnando, aut, nisi id ludatur; quod in convivio vescen-
di caussâ apponi solet, ne omninò ludere liceret. *l 2.4. de aleato-
22 ribus.* Postea etiam *Iustinianus in d. l. ult. quam quidam in titulo
de alea lusu & aleatoribus primam constituunt,* quinque peculiaria
lusus genera, excepit; in quibus explicādis diligenter laborarunt:
*Photinus in Nomocan tit.13 c.29. Nicephorus Gregoras lib. 10 Al-
ciatus. Contius in libris prætermissorum, Cuiac ad tit. Cod. de alea lusu
23 & aleat Alexan. ab Alexan. genial. dier. lib.3.c. 21.* in quibus ta-
men ipsis quinq; permissis ludis, tantum usque ad unum solidū
24 sive aurem, ludere concessit *d. l. ult.* & Interpp. nostri, in omni-
bus ludis alioqui licitis, hanc legitimam quantitatem definierūt;
Lancelot. de officio prætor. in cau. criminal tit: de Lusoribus nu: 13.13.
25 Nam si donationibus modum statuit Lex Cincia: cur non & lu-
sui moderatam quantitatem imponere liceat? Non est per se, *ut
26 Cælius dicebat* turpe ludere, sed rem ludicram in seriam, ad quæ-
stum, avariciam, rapinas, vulnera, homicidia, convicia, blasphe-
mias convertere, id verò est, quod semper flagitiosum, & bonis
moribus inimicum, fuit existimatum *Aerod. rer. judica. lib 3. tit.
27 20. c.1.* Ac in Ecclesia Patres *Concilio Elliberino can.79: & Sexto
Constantinopolitano Can 50.* tàm laicis, quàm clericis, aleæ lusu in-
terdixerunt in universum. *Cyprian. in lib. contra aleam Ambros.
in lib. de Tobia cap: 11.* Cur non igitur permissis etiam ludi-
28 cris, modus aliquis statuatur?: Extra hos igitur casus, fortu-
næ committere bona & facultates, turpe semper habitum, &,
aleâ præsertim ludere, improbatum fuit. Literatis autem cum-
29 primis viris aleæ lusus displicere debet, utpote quibus ex hone-
stis colloquijs amicorū & eruditorū, recreatio certior & hone-
stior manare posit *Ioan Concennat. variar quæstio: lib: 4. c. 6.* quam
30 etiā, cum pilæ usu, reijcit *Hospitalius lib. 2. epist. ad Ianū Morellum.*

Sed

Sed quid Leges sine moribus vanæ proficiunt? Quid quæso illud est, quod Doctores nostri passim testantur, à prohibitione ista juris Civilis per consuetudinem nunc adeò recessum esse, ut & impunè ludere & ludo quæsita retinere liceat, & ita traxisse reperiantur pravi Mores Leges bonas in potestatem suam? *Caccialup in trac. de Ludo num 79. Iul. Clar. in prac. crim. § ludus num. 2. 7. 8. Bonacos. in Commun. opin. Crim. verbo Ludus. Eman. Soarez in thesau. recept. Sentent. verbo Ludus num. 197. 198. & seqq. Cagnol. in l. singularia. num. 141. D. si cert. petat.* 31 32

Saniores qui sunt, negant quidem, consuetudine fieri posse, ut ludus aleæ licitus efficiatur: & desinat esse probrum, quod tàm multa in publicum manantia dispendium mala comitantur: quia contra bonos mores futura sit consuetudo & nutritiva peccatorum, quæ supra ex lusu scatere dixi *Alb. in c. clerici ex. de vita & honest. clerico Alberic. in l. ult. de aleator. Malvet. de Ludo taxillo. nu. 18. Lanceiot. in trac. de officio prætor. in cau. Crim. tit. de Lusoribus nu. 9. 10. & alij*, allegati per *Didacum Covarru. in c. peccatum par. 2. §. 4. num. 3.* Unde & *Zas. de feud. par. 4.* turpe & abominabile censet, quod quidam prælati feudum constituerunt ex quæstu lusorio, vulgò Scholder. Sed nihilominus probant eam consuetudinem, quæ inhibet restitutionem, per causam aleæ usus, acquisitorum. *Covarru. d. lo. Clar. d. §. Ludus num. 7. 8. Sor. d lo.* 33 34

Verùm ab hac quoque opinione rectè discessit *Lancellot. in tit de Lusoribus num. 9. 10* post *Abbatem d. lo.* existimans, non valere etiam illam consuetudinem, quæ negat repetitionem amissorum in ludo. Nam si per se consuetudo ludum illicitum & inhonestum, licitum aut honestum efficere nequit, certè neq; hoc efficiet, ut repeti amissum nequeat. & ita minùs illi liceat in caussa, quàm in causato: cum tamen utrumq; eodem jure reguletur, et ab uniformi caussa, uniformis producatur effectus *l. 1. de furt. inter corp. de translatio prælato.* Itaque quod in criminis ipsius approbatione Consuetudini non permittitur, neq; in comprobatione effectus, quoad restitutionem amissorum, recipi debet. 35 36 37

Certè absurdum Interpp. plerique putant plus esse in caussa po-
38 steriori, quàm in priori *l. peto §. prædium de legat. 2.* & actum consecutivum à prima caussa non gubernari. Potius utique jus in
39 caussa, quàm causato est: & cum ab una radice vitium nascatur, consequens est, ut unâ lege tollatur, & à primordio tituli posterior formetur eventus *l. 3. C. ad SC. Maced. l. ult. C de nupt. l. unica C. de impon. lucrati. descriptio. Nicolai Moron. de treuga & pace par. 1. q. 42. num. 4. 5.*

40 Ergò secundum hanc opinionem *Abbatis & Lancelloti dd. locis* tenendum est non valere consuetudinem, quæ vel ludum prohibitum, vel eius effectum probat: & nihilominùs aleatores ijs pœnis subijcientur, quas diligenter collegit *Menoch. de arbi. lib 2. c. 399*
41 maximè cum & *Eman Soar. d. lo. nu. 199.* talem consuetudinem, repetitionem inhonesti lucri inhibentem, reijciat. Et quid quæso intererest ludum probare, vel repetitionē impe-
42 dire? imò hoc illo gravius existit, aut consuetudo jus continebit imperfectum, ubi ludere quidē prohibitum, verum si contrà
43 factum sit, nihil in delinquentes statutum reperire licebit. Nuper itaque cum talis species ex facto offerretur, in qua quidam promiserat, se certam pecuniæ summam, occasione aleæ & charta-
† rarum debitam, soluturum: † *judicavimus:* invalidam fuisse obligationem omninò: cùm aleæ lusus nō sit ex permissis de jure,
44 sed omninò interdictus. *Lancelo. d. lo. num. 15.* Nam licet ingenii sit lusus, tamen fortuna etiam ibidem dominatur plurimùm: cui fortunas committere, & ijsdem abuti, Leges prohibent. Atque
45 adeò ludere, extra casus permissos, non licet, ut neque sponsiones ex causa ludi factæ inter ludentes vel spectatores valeant; neq; exigi quicquam ex cautionibus & obligationibus, ex ea causa factis, possit. *Bonvenu. Stracha. trac. de sponsionib. par. 4. §.*
46 *quæritur cum § sq.* Quod si etiam lusores posteà super his, quæ invicem ex caussa ludi debent, transegerint, rectè judicârunt Interpp., talem transactionem nequaquam valere, cum fundamentum eius bonis moribus inimicum sit, & eiusmodi, de quo is nulla esse potest in judicio, & actor semper per exceptio-

nem,

nem: tibi non competit actio, repelli potest. *Stephanus Costa in trac. de ludo artic. 5. num. 1. Lancelo d. lo. num. 3. Clarus in d. § num. 9.* post *Abbatem in d. c. clirici num. 16.* quemadmodum & pro hac sententia Mense Majo Anno 95 † *pronunciatum* memini. †

His *pro Coronide* subjungo, quid de Ludo Latrunculorum, sive Schachio, sit sentiendum. Sunt enim, qui ludum esse antiquum, *à Palamede*, in castris Trojanis Græcorum inventum prodiderunt, & ad exercendos milites, & in ocio ad militiam præparandos, plurimùm valere crediderunt. *Ferret d. tit. de milit. ocio, num. 11. Erasm. Chil 3 Centu. 2. adag. 28.* ubi Palamedeis calculis occupari, scriptum reperio apud *Cassiodo. lib. 8 c. 31. circ. fin* de quo ludo latè *Hieronymus Vida Poeta*, Deorum gentilium lusibus illum concedens. Certè in eo omnia Martium quiddam spirare videntur, & impensiore ratione τακτικῇ exornata reperiuntur. quæ & *Cælius Calcagni d. lo pa. 299* pulchrè consideravit: & ingeniosissimus licet sit: tamen ad barbaros etiam usus illius permanavit, quemadmodum de Indicis populis *Petrus Martyr*, & de septentrionalibus Gothis *Olaus Magnus* testantur: ac *in agri Halberstadensis pago* Stopke, rustici adeò hujus ludi periti dicuntur, ut exercitatissimos extraneos vincant. Sanè apud Interpp. nostros, tantum quidem meruit favorem, ut inter ludos licitos & permissos habeatur, *Summa Baptist. in verbo Ludus Clarus d. §. Ludus num. 3 Ignat. Lopez. in prac. Canon. c. 70* quia videlicet in hoc ludo minimùm fortunæ licet, sed omnia ingenii acumine singulari explicantur & conficiuntur: sic tamen, ne ultra aureum etiam, ut in aliis permissis lusibus, ludere liceat *Clar. d. lo.* 47 48 49 50

Verùm neq; hunc ludum permitti debere aliis placet: quod in illo plus temporis, majori animi anxietate ponatur, ut post *Robertum de re militari*, scribit *Eman. Soarez. de verbo ludus num. 97. & Castilionaeus lib. 2. in aulico suo*, hunc etiam ludum reprehendit, quod nempè adeò difficilis sit, ut si quis eum exactè velit addiscere, multum temporis insumat oportet, & tantâ diligentiâ; 51

utatur, quantâ opus est in perdiscenda nobili aliqua arte, aut re
magni momenti. Quibus & ego album addo calculum *Catulli*.
Turpem esse censentis, difficiles habere nugas, & stultum esse
52 laborem ineptiarum. Non enim ad jocum & lusum nos finxit
natura: sed ad res quasdam majores & graviores; neque conve-
niens est ἔργα in πάρεργα convertere, & illos imitari, qui manum
de tabula tollere nesciunt καὶ τὸ ἔργον εἰς πάρεργον, καὶ τὸ πάρεργον εἰς
ἔργον ἀπεργάζονται.

Et quia supra dixi, quæ de Lusus prohibitione in jure Ro-
mano cauta sunt, etiam jure Saxonico probari, jam hoc lubet
53 addere: Licet nonnulli putent, exemplo Lusus, etiam Sponsio-
nes omnes prohibitas esse: tamen rectiùs existimant, qui hoc de
sponsionibus, lusus gratiâ factis, intelligendum censent. Ete-
nim nullibi invenias in jure Saxonico, disertè omnes sponsiones
indifferenter improbatas, neque ita loquuntur allegati textus
Weichbildt *artic. 101.* Landtrecht *lib. 1. artic 6. lib. 2. artic. 4. lib. 3. artic.*
54 6. Et jus Civile sponsiones, ex honesta caussa factas, admittit
l. 2. 3. D de aleator. ubi extra caussam ludi, ipsa condicio honesta,
55 & bonis moribus non contraria, pro caussa sufficit *l. à Titio de
verbor oblig. l. si gratuitam 17. §. ult de praescript. verbis*, latè *Benven.
Strac de Sponsion. mercator. par. 3. num. 1. & seqq. Santerna trac. de
56 Assecur. mercator. par. 2. num. 1. & seqq.* &, secundum hanc juris
Civilis distinctionem, jus Saxonicum interpretati sunt *Scabini
Lipsienses & VVitebergenses* harum provinciarum, ut in resoluti-
onibus eorundum est annotatum, & ante illos idem attestatus
fuit *Chilian* König *in pract. c. 57. num 6.* & licet his testimoniis de-
stitueremur: tamen jura juribus conciliare semper deberemus,
57 & ita statuta interpretari, ut quàm minimùm corrigant jus
commune *l. 1. C de inoffic. dotib. l. 1. C. de no-
xal. actio. &c.*

QUÆSTIO XI.

Privilegium fori, Scholaribus ex Auth. habita C. ne filius pro patre, &c. competens, an etiam in caussis criminalibus locum habeat: Et unde ritus inaugurationum scholasticarum originem habuerint.

SUMMARIA.

1 *Privilegia studiosis ab Impp. multa sunt concessa.*

2 *Fridericus Imp. I. author d. Auth. habita C. Ne fil. pro patre.*

3 *Optio scholari ibidem seu privilegium conceditur, coram quo iudice conveniri velit.*

4 *Privilegium tamen illud ob iuramentum Academicum sæpè restringitur.*

5 *Privilegium hoc fori, in criminalibus etiam locum habere, multi tradunt: Sed contra sentientium opinio sanior num: 7. & num 14.*

6 *Rectoribus Scholarum multi merum imperium tribuunt, multi iisdem adimunt, num. 12.*

8 *Litis & negotij vocabulo, caussæ etiam criminales veniunt.*

9 *Imperium merum regulariter non competit, concessa jurisdictione generali.*

10 *Forum privilegiatum ad criminalia non producendum.*

11 *Reatus tollit dignitatem.*

12 *Privilegiorum prætextu flagitia crescere, non debent, nec publica turbari utilitas.*

15 *Singulis concedendum non est, quod magistratui permissum.*

16 *Gladius non nisi magistratui politico competit.*

17 *Legati in criminalibus ius revocandi domum non habent, uti nec studiosi absentes, nec Clerici.*

18 *Scholarem criminaliter delinquentem, non scholasticus, sed secularis capit magistratus.*

19 *Scholastici ut & Ecclesiastici iudices, nec territorium habent, nec possessionem dare possunt, sed tamen ius exterminandi exercent.*

20 Scholasticus tamen magistratus de simplici fornicatione cognoscere potest.
28 hilominus convenientem tuebantur, & ordinario successionis titulo gloriabantur, *Ioseph. lib. 18 cap. 2.* Extra Hierosolymam in monte Sion, *Hospin. d. lib. 3. de orgine templorum fo. 92. Renat. Chopphin de Doman. Franc. lib. 3. c. 27. pa. 592. Bodin de repub. lib. 4. c. 7. pag. 738. Iacob. Middend. de Acad. d. lib. 2. fol. 77. & 79.* in synagogis septem (in quibus secundum *Optatum Milevitanum lib. 3.* leges promiscuè tradebantur, sed disputare nefas erat) in Synagoga Antiochæna, & alijs scholis nemo admittebatur ad docendum, nisi esset optimè cognitus, exploratus & probatus in doctrina & vita, ac de qua tribu, populo & domo esset, certò constaret, secundum *Tertullian. adversus Marcio lib. 4.* & nisi commendatus esset à Sanhedrim, vel Pontificibus Hierosolymitanis *Stephan. de Iurisdict. Iuda. cap. 8.*

Deinde, quod nomina & appellationes attinet, diversas illas fuisse ex *d. lo. Matth. c. 23. v. 7. & seq.* patet: atque ita titulos
29 Rabbinorum, Magistrorum, Doctorū & Patrum vehementer ambiisse eos, qui in ejusmodi scholis erant instituti: neque verò privatim, honores istos quenquam sibi sumpsisse, credibile est; cum ab alijs sit annotatū, eos Rabbinos appellatos, qui per impositionem manuum declarabantur sapientes: & scribarum & seniorum populi, (qui Avotenu patres nostri, non adeò dissimili phrasi, quâ inter Pontificios Magistri nostri dicebantur) diversa & nomina & officia fuerint: & in Synedrij & Presbyterij Iudæorum descriptione, multa hujusmodi observatione digna occurrant.

Interim inter gentes, in scholis Pythagoræ, Socratis, Plato-
30 nis, Aristotelis, & alijs ejusmodi, quid simliter licet obseravare: Præfuerunt Doctores illi discipulis suis magna cum admiratione & auctoritate. Ac Athenis quidem eo tempore, cum Sophocles, ad senatus & populi arbitrium, profitendi munus revocare conaretur, ad audiendū Theophrastum, duo millia disci-

pulorum

pulorum convenerunt & latâ Sophocleâ lege recesserunt. Et plena est *historia Diogenis Laertij* harum rerum: Es ubi à Romanis etiam excipi Philosophi, Rhetores & Medici benigniùs cœperunt, iisdem, qui præclaram in studiis operam posuerunt, præ- 31
mia & honores tributi leguntur.

Durârunt hæc studia usque ad natum Salvatorem, & novæ Monarchiæ Impp. Romanorum initium. Tunc igitur idem ille, 32
qui vera est sapientia & unicus Doctor noster, docens nos omnẽ scientiam, *Matth. 11. v. 19. cap. 23. v. 10. Psalm 94. v. 10. Ephes. 4. v. 11.* dedit, quemadmodum & ante, Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores & Doctores: & uti ipse suis duodecim discipulis præfuerat: ita iidem suas scholas rexerunt & Ecclesias, eorundemq; discipuli, ut olim Prophetarum filii, quæ acceperant, aliis communicarunt, *Hessin. d. lo. & de orig. monach. lib.* 1. *c.* 8. Imò in- 33
ter Iudæos & gentes, ad fidem Christi conversas, Academias & Synagogas in scholas Christianas commutarunt, & Philosophi 34
Ethnicorũ Christiani facti, scholas de novo aperuerunt, in quibus bonas literas & liberales artes cùm pietate docuerunt & gentilium errores confutarunt: Ita in Alexandrina schola D. 35
Marcus, Pantænus, Clemens, Origenes, Heracles, Dionysius, Athenodorus, Malichion, Athanasius & alii, docendi munus egregiè sustinuerunt: & ex eadem schola aliæ promanarunt, quomodo & Romæ Iustinum Philosophum & Martyrem διατριβὰς habuisse legimus: neq; dubium est, in his scholis non, nisi accuratè probatos & exploratos, ad docendum admissos fuisse. adeò; 36
ut rationem & formam Synagogæ Iudæorum, cùm Romæ, tùm in provinciis, nondum Christianâ religione imbutis, professorum dignitas, & auctoritas eo haberetur loco, ut nemini aditus ad profitendi munus pateret, qui non decreto Magistratus idoneus judicatus esset: ac potissimùm in Romana republica libertati Academicæ, nõ tanta laxitas, quanta in Græcia permissa fuit. Ergò sub Adriano Imp. Phavorinus Philosophus causam immunitatis dixit: & Antonini, Commodi, & Alexandri Impp. 37
ætate certus erat numerus Professorum in civitatibus constitu-

Qui Prætor Iudexvè, quinquennio in Bononiensi Gymnasio studio-
rum causâ non consumpto, ad judicandum accesserit, ejus de reta
sententiavè irrita sunto: Qui Doctor in ordinem ascitus, libro à majo-
ris Ecclesiæ Archidiacono non accepto, fuerit, ejus dignitas, licet pe-
ritorum omnium suffragijs comprobata, prorsus nulla esto, & refert
Nathan Chytræus in delic. itinerum vario. inter Bononiensia &c. pag.
238. Tempore Hormisdæ Papæ Romani, in Concilio Augusta- 43
no, à duodecim Episcopis celebrato, inter alia, referente *Barthol.*
Carranza in Summa Concilior. pag. 208. 6. & hoc constitui placuit:
Ne quis Doctoris nomen sibi imponat, præter has personas, qui-
bus est concessum, secundum quod scriptum est *Hebræor.* 5. *v* 4.
Sub Iustiniano Imp: eadem ratio studiorum & dignitatum Scho- 44
lasticarum fuit, quemadmodum supra est commemoratum: &
quo ad studia Civilia tempus quinquennii ita definitum, ut ex
eo non malè ad diversitatem graduum Scholasticorum aliquis
argumentari possit. Sunt enim certa discipulis & studiosis Iuris 45
Civilis, pro modo annorum & profectus, nomina imposita, ut
Iustinianæi novi, Papinianistæ, λύται & προλύται appellentur,
Constitutione &c. Omnem Pandectis præfixa: ac nominatim addi- 46
tum, ut sic omnibus legitimis arcanis reseratis, studiosi Iuris sint
Oratores Maximi, justiciæ satellites & judiciorum optimi tàm
athletæ, quàm gubernatores. Posteà Carolus Magnus & alii 47
Principes Christiani, & studia, & Doctorum dignitatem, pluri-
mùm auxerunt: & Lotharii Saxonis Imperatoris ætate, restitu- 48
tis in integrum civilibus studiis, creandorum in Scholis Magi-
strorum & Doctorum consuetudo, non tantùm retenta, sed &
solennibus Cæremoniis cohonestari cœpit: & sub Clemente V. 49
in Concilio Viennensi de promotionum sumtibus moderandis
expresse constitutum *Clement. 2. de Magistris*, fitq; in eadem con-
stitutione mentio insignium Doctoralium & magistralium: quà-
re & ab eo tempore ratio promovendi, usq; ad nostram ætatem
in Academiis duravit.

Ex quibus omnibus apparet, summi Magistratus beneficium sem- 50
per in Romana Monarchia fuisse publicè docendi & profitendi mu-

nus: & ad illud ipſum etiam neminem, abſq́; pravio examine & ap-
51 *probatione publica, admiſſum: Doctoris q́; nomen ita ſaltem approbatis*
conceſſum.

52 Quod autem ſpecialia illa de gradibus & ſolennibus atti-
net, præterquam quod Iuſtinianus nomina diverſa ſtudioſis Iu
ris Civilis impoſuit, non diſplicet, quod quidam diverſitatem
53 hanc ex doctrinarum differentiis ſumunt, & in ſcholis Peripate
ticorum gradus & quaſi claſſes doctrinarum fuiſſe ajunt, τῶν ἐξω-
τερικῶν populare unum, & limatius doctrinæ genus: alterum com-
mentariis deſtinatum: atq́; ita in noſtris etiem ſcholis pro ratio-
54 ne profectus præmia diſtribui. Examinis triplicis ratio inde ab
Interpp. Iuris ducitur, & tàm Baccalaureatui, quàm Licentiæ &
Doctoratui: deniq́; etiam examinibus tribus, dignitatem ipſam
doctoralem præcedentibus, accommodatur: Quod ex conſtitu
tione Alexandrini Imp. *l. uni. C. de Athletis lib. 10 ubi Interpp. not.*
illi demùm athletæ immunitate gaudeant, qui tribus certamini
55 bus ſacris coronati reperiuntur. Cætera ſolennia inſignia, quæ &
in gloſſa ad Clementinam ſecundam de Magiſtris, & de quibus etiam
*Franc. Hotoman. diſput. feud. c. 22. 23. Anton. Gomez, ad LL. Tauri in
fin. num. 16. Alciat. parerg. c. 8. Spigel. in Lexico Mari. Freccia. de
feud. lib. 1. tit. de offic. Cancella, num. 19, pag. 53. Panorm. quaſt. 6. pag.
375. Zaſius in l. 2. de orig. Iur. ubi etiam Cagnol. num. 178. latiſs. Pacia.
lib. 2. de probat. num. 129. cum mult. ſeqq.* ita commemorantur,
Cathedra, byretum, liber, annulus, oſculum: ita addita ſunt, ut,
56 quo tempore cœperint uſurpari, ignoretur. Ratio autem in ge-
nere primùm hæc: quod gentibus propè omnibus commune
fuerit, in ordinum & collegiorum cooptationib. ritum aliquem
57 adhibere, tanquam novi honoris inſigne. Ita ad *Cathedram* perti-
net, quod in adquirenda poſſeſſione ſedis poſitio uſitata fuiſſe
creditur. & Doctores in poſſeſſionem profeſſionis *l. 1. in princ. de
adquir. poſſ. c. ſi quis virorum 30. diſt.* doctrinarum ita mitti pla-
58 cet, *Byretum* Doctorum inſigne ſemper ſuperioribus ætatibus
fuit: & *pileum* libertate donatis impoſitum, & à cenſuris exa-
59 minum ſimiliter liberatis, additum ferunt. *Libri* ratio in

aperto

aperto est, & in privilegio Bononiensi, eiusdem expressa mentio facta, suprà. *Annulus* ingenuorum insigne erat, & qui charissima quæque amicis communia dabant, annulum tradebant: etsi per hunc, doctrinarũ studia etiam desponderi promotis alij, velint, Musas videlicet, temperantiam, justiciam, &c. ut quæ in scholis sunt virgines, in foro & vulgi colluvie, Doctorum vitio, efficiantur meretrices. *Osculum* amicitiæ & charitatis symbolum, claudit omnia, ut charitas ipsa, *Roman. ult. v. 16. Proverb. 10. v. 12. 1. Petr. 4. v. 8.* 60

Renunciationis ipsius solennitas antiqua est, & quæ eam præcedit *Professio de genere doctrinæ*, & *Iuramentum* receptum, utrumque ab Osiandro repræhensum fuit, causas tamen habet gravissimas alibi expositas, *Tom. 3. declam. VVitteberg pa. 697. & seq.* & huic simile est, quod in cooptatione militũ, primùm nomina milites profiterentur, tùm ut juramento dicerent, mox in numeros referrentur, postremò, ut cingulo militari accingerentur *Francis. Hotoman. d. lo.* Talis igitur propemodum ratio, in scholasticis dignitatibus distribuendis, si quis singula pensiculatius consideraverit, observata est, & possunt alia ex ritibus investiturarum, in dignitatibus Ecclesiasticis & secularibus receptarum, eodem modo huc accommodari. 61 62

Et quia de certaminibus athletarum modò dicebam, possent huc quædam adduci, de ludis Olympicis, de coronis ex oleastro, ut & in Delphicis laurus: in Isthmijs pinus; in Pythijs poma: in Nemeis apium; proposita fuerint victoribus præmia, & quod toto vitæ spacio immunitate civilium onerum fruerentur, nec non perpetuæ memoriæ caussâ, nomina eorum, in Olympico gymnasio scriberentur, atq; in ijs statuæ erigerentur, ad congruam & exactam proportionem corporis de quib *Guido Pancirola rerũ memorabil. tit. de veterum Ludis.* & latiùs *Iulius Cæsar Scaliger. lib. 1 poetic. cap. 22. cum aliquot seqq.* Verùm de his satis, & fortè plùs quàm satis? ne nimia cultus cura arguat aliquam virtutis incuriam. 63 64

QUÆSTIO XII.

Usufructus, parenti ex bonis filij adventitiis debitus, an ei tacitè auferri possit.

SUMMARIA.

1 *Parenti debetur usufructus omnium bonorum adventitiorum, Iure patriæ potestatis.*
2 *Qui tamen ipsi non tantùm expreßè, sed & tacitè auferri potest, etiam quo ad commoditatem fructuum num: 16. modò non egeat; quia tunc debentur alimenta num. 17.*
3 *Prohibitio usufr. vel per formalia fit, vel æquipollentia verba.*
4 *Et per coniecturalem inhibitionem: sed quæ coniectura hic, nu: 7. cum seq:*
5 *Trebellianicæ prohibitio & expreßè, & generalibus verbis, fieri potest.*
7 *Usufructus intelligitur patri interdictus, quando bona integrè, absq; diminutione, restitui iubentur.*
8 *Casus privilegiatus generali oratione continetur.*
9 *Usufructus interdictus parenti dicitur, quando eius mentio aliàs in testamento facta erat, & liberatio debiti legata.*
10 *Si quando curatores bonis, ad nepotem devolutis, speciales sunt dat & nu: 13.*
11 *Et quando patri bonorum administratio est adempta.*
12 *Administrationem rerum & usufructus perceptionem Dd. in parente coniungunt.*
14 *Usufructus etiam intelligitur prohibitus, ubi dicitur: Volo filio restitui, quando sui est Iuris.*
15 *Sic quando filio tantùm solvi in testamento iubetur.*
17 *Parenti pauperi, cui usufructus adimitur, debentur alimenta.*
18 *Prohibitio illa, ad legitimam quoq;, ex quorundam sententia, extenditur.*

Condiderat quædam testamentum, cui clausula talis inserta fuit, Daß das Kind (puta nepos, ab avia testatrice illa, heres solus institutus) ja zum allernechesten nach ihrem Tode bevormundet / auch die Güter inventiret / und niemanden / ohne vorwissen

des Kuhm Capitels / dem Kinde zu nachtheil / nichts gefolget werden mögt. Constitutis ergò posteà curatoribus, inter eos & patrem 1
heredis instituti contentio suborta fuit, dum hic usumfructum sibi omnium, ex Aviæ hereditate filio debitorū bonorum, dari volebat, patriæ potestatis jure. Contrà curatores excipiebant, aviam per superiora verba prohibuisse, ne illi (parenti) ususfructus quæreretur, secundum *Auth. excipientur C. de bonis quæ lib.* †

Dubitabatur ergò: an Avia tacitè ita potuerit prohibere, & †
utrum illud ex prædictis verbis colligatur: In quam sententiam 2
Anno 86. Mens. April. *prontores* † *fuimus*, adeoque, ut ex illis non malè deprehendatur conditio, ne ad patrem perveniat ususfru- 3
ctus. Certum est enim ejusmodi ususfructus prohibitionē non necessariò per verba formalia fieri debere, sed æquipollentia sufficere, quemadmodum tradunt *Dd. in l. cum filiusfam. de leg. 1. ubi Ias. nu. 152. & nu. seq. Ripa nu. 69. Socin. nu. 31. Boer. decis. 193. nu. 1. & seq.* ubi *ex Alexan.* refert, talem prohibitionem conjecturatam sufficere, ex qua Falcidiæ detracto inhibita præsumatur, Et *Du- 4
arenus in d. l. cum filiofam.* ait, nihil referre, dixerit mater, volo filio restitui, vel, nolo ad patrem ususfructus pertineat. Quemad- 5
modum prohibitio Trebellianicæ, etsi expresse fieri debeat, tamen & generalibus verbis facta defendi potest. *Emman. Costa in c. si pater par. 3. nu. 99. verbo interdum de testamentis in* 6.

Sed quæ sint in proposito prohibitionis illius, quo ad usum- 6
fructum, veræ conie cturæ, quæritur. Dixi *supra ex Alexandro* has esse, ex quibus Falcidiæ detractio, vel Trebellianicæ vetita intelligitur, de quibus vide *Mantic. de conject. lib. 7. cap. ult. lib. 9. cap. ult.* Sic in terminis, quando bona integrè absque dimi- 7
nutione filio restitui jubentur, usumfructum patri interdictum, ex multis probat *Vasquius de Success. progr. lib. 3. §. 26. num. 32.* addit tamen, hoc fortè non procedere, si alio respectu, veluti debitorum, legatorum, diminutio eiusmodi prohibetur. At in præsenti testamento disertè dicebatur, præter legata, nemini quicquam debere dari. Quæ enim legata præstari volebat, expresserat: præterea nemini quid dari disponit: Ergò

nec patri, qui ex beneficio juris alioquin usumfr. habet. Nam
8 & privilegiatus casus generali oratione continetur, *l. in fraudem*
9 *§ fin. de testam. milit.* Accedit & alia coniectura, quod huius parentis mentionem in testamento fecerat, eiq; liberationem debiti cujusdã legârat ergò: & ad hunc clausula illa pertinet, & ul-
10 tra legatam liberationem, illi nihil debebitur. Evidens præterea conjectura illa est, quod curatores, bonis ad nepotem devolutis, speciales dari voluit, quibus administratio eorum crederetur:
11 Nam administratione patri hoc modo interdictâ, veluti antecedenti destructo, & ipsa fructuum perceptio vetita intelligitur, quemadmodum procuratione prohibitâ, & visiatio interdicta est, *Everh in Top. a destruct. anteced.* Quomodo enim usumfructum habere potest, cui administratio rerum, ex quibus ususfr. debetur, interdicitur? *l. fundi de usufr. leg. l. 1. §. 1 si ususfr. pet.* aut
12 quomodo curatorum consistet constiutio., si ad patrem pertinere debet administratio? quam administrationem rerum, & usumfructum nostri ferè cõjungunt, *arg. l. 2. de Iurisdict. Em. Costa. in l. Gallus par. ult. num. 89. & ex ipso textu Nov. 117 in princ in vers. eas verò res, &c. & tradit Duar. in d. l. cum filiusfam. de leg. 1.* Et ad hunc modum de curatoris constitutione, respexisse etiam vide-
13 tur. *Dilect. de arte testan: tit. de legat: caut: 16.* Quinimò, dum cura-
14 tores in bonis à se relictis, Avia nepoti dat, perinde facere videtur, ac si dicat, *volo filio restitui, cum sui juris erit;* quâ formulâ, similiter usumfructum interdictum notant *Dd. d. l. cum filiofam.*
15 Id enim fit expirante curâ. Quandoquidem & cum filio tantùm solvi testamento jubet testratrix, patri usumfr. interdixisse videtur, *Br. l si ususfr. § si ita quis, &c quando dies ususfr leg. cedat Mantic. lib. 8. c. 16. num. 10: consentiunt his quæ scribit Peck de testam. conjug. lib. 2. c. 7: nu. 6.*

16 Sed, inquies fortè, licet hæc ita sint; & patri ususfructus per Aviam interdictus dicatur: Tamen commoditas fructuum ipsi denegata non intelligitur, ut *ex Aretino* refert & probat *Ias. in d. l. cum filiofam. de leg. 1. num. 157.* Sed his repugnant, & negativam tenent *Ripa ibid. num. 71. Riminald. in § 1. num. 131 & seq. In-*

sit.

stit.per. quas persor. Quòd postremum etiam probandum, hac saltem additâ generali declaratione, quod in casibus quibus usufructu privetur pater, alimenta tamen ipsi ex bonis filij debeantur, quando eget & inops est, *l. Imp. 50. ad SC. Treb. Boer. decis. 61. nu. 17. adde Ludov. Molin. de primog. Hisp. lib. 1. c. 19. num. 29. cum seqq. Vincent. de Franchis decis. 161. cir. fin.* Hinc licet *Dd. communiter* tradant, & defendat etiam *Eman. Costa. in l Gallus §. & quid si par. ult. nu. 89. cum seq.* talem prohibitionem ad legitimam filij portionem non extendi: contrarium tamen statuunt, *Vasq de success. creat. lib. 1. § 10. nu. 234. cum seq. Molin d lo. & vide Franc. de Chaldas in l. si curatorem v. lasis num. 146. C. de in integr. restit. minorum, &c.* 17 18

QVÆSTIO XIII.

Mater an à tutela excludi debeat, quando in testamento nulli certi tutores, sed incerti sunt nominati.

SUMMARIA.

1 *Familiæ illustres pacta de mutua successione gentilitia constituere possunt.*

2 *Sed per eiusmodi pacta conveniri posse videtur, ut, exclusâ matre, impuberibus incerti tutores testamento præficiantur. Pro contraria tamen concluditur nu 11. & num: 39. Modò agatur de allodialibus, non feudalibus rebus, uti inducatum num: 40 & 42.*

3 *Pacta de hæreditate reciproca hodie valent.*

4 *Potestas faciendi testamentum, & tutores constituendi, ex una lege originem habet, adde nu: 50.*

5 *Tutores, in quavis dispositione, ultimæ voluntatis speciem habente, ordinari possunt, sed vide num: 30.*

6 *Confirmatio rei etiam inutilis, multum nonnunquam ponderis habet, adde num: 32.*

7 *Tutores testamentarij matri præferendi, adde nu. 25.*
8 *Tutor testamento datus, & postea confirmatus, legitimis præfertur.*
9 *Patri lege concessa, aliis committi ab eo possunt, vide num. 13. & num. 15. cum seqq. & ratio nu. 22. & nu. 33.*
10 *Dispositio in legatis incerta, quæ ex eventu certificanda est, valet: Sed quo ad tutores. vide num. 12. & nu. 37.*
14 *Voluntas, quæ subiectum confirmabile non habet, non potest confirmari.*
16 *Tutor, ut olim ita hodie certus dari debet.*
17 *Animi certâ destinatione agenda, non possunt, nisi certâ scientiâ, perfici.*
18 *Conditio, quæ à sciente adimpleri debet, non est ex eventu adimplenda.*
19 *Per tutoris dationem pupillo saltem prospicitur.*
20 *Negocia aliena, exactissimam requirunt curam.*
21 *Tutores non excusantur, quod ipsi facere debent, si per alios expediant.*
23 *Personæ industria ubi electa, res alteri committenda non est.*
24 *Testator, non aliter matri interdicere tutelâ potest, nisi certo nominato tutore.*
26 *Simile non est idem.*
27 *Denominatio in multis à confirmante, non confirmato fit.*
28 *Testator alij committere non potest, constitutionem executoris ultimæ suæ voluntatis.*
29 *Tutela & executoris officium æquiparantur.*
31 *Persona primùm, pòst iuris ratio quærenda.*
34 *Leges, de singulari parentum in liberos confidentia, præsumunt.*
35 *Potestas de capite libero, est ardua.*
36 *Tutoris datio non erat olim cuiusvis magistratus: neq; demandari potuit.*
38 *Formæ expreßio ubi requiritur in specie, per relationem non expeditur.*
41 *Mater in feudalib. an poßit esse tutrix etiam de Iure Civili.*
43 *Dominus feudi solet Vasallis impuberibus tutores in foro Saxon: dare.*
44 *Qui & ipse tutor legitimus vocatur.*
45 *Mater ex praxi Saxon: sola non admittitur, sed benè cum alijs:*
46 *Mater tutelam gerere cupiens, tenetur renunciare secundis nuptijs, etiam tùm, quando à parente contrarium fuit dispositum.*

1 FAmilias nobiles consuetudinem nonnunquam, certo in eis modo succedendi, introducere, sive etiam pactis gentilitijs & familiaribus constituere posse, quomodo bona inter se, de uno ad alium devolvantur, alibi à nobis est demonstratum. Quibus illud lubet addere, de quo mense Iunio Ann 87. fuimus

consulit: *An per eiusmodi gentilitia, eaque mutua pacta conveniri possit, ut testamento nullis constitutis tutoribus, relictis impuberibus liberis, cooptentur ex ijs vasallis aut agnatis illi, qui maximè res rationesq́ defuncti cognitas perspectasq́ habent, etiam exclusâ matre.* 2

Dubitationem movebat: I. quod quemadmodum hodie valent pacta de hereditate, maximè reciproca, contrà ac olim, *Dd. in l. licet C. de pact.*: sic, & tutorum constitutionem similiter valere, dicendum videtur: cum potestas utraque, & testamentum de hereditate faciendi, & tutores constituendi, ex una lege originem ducat, *l. verbis legis 120. de V. S.* II. Quia valet tutorum constitutio, in quavis, ultimæ voluntatis speciem habente, dispositione, etiam per epistolam, interque vivos, & ab intestato, *l. 2. C. de confirm. tut ubi Bl. Rolandin in florib. ult. vol. c. 3. Fr. Cald. in l. si curatorem verb. sine curatore num. 160. C. de in integr. restit.* III. Quod si maximè inutilis esset illa datio, tamen si confirmatio ejusdem accederet, præferri deberet matris personæ, quæ hoc in casu tutelam sibi arrogare volebat: Certum quippe est, testamentarios tutores matri præferendos, *Auth. matri & aviæ C. quando mul. tut. off. fung. ubi DD. Ioan. Dilect. tr. de arte testan. rub. de tut. & execut. test. caut. 1. num. 1.* Sic certa & recepta scribentium est sententia: tutorem testamento datum, si confirmetur, testamentarium dici, & consequenter legitimis præferri, *Br. l. 1. de confirm. tut. latè Aldobrand. in § fin. Instit. de tutel. Fr. Cald. d. lo. num. 118.* IV. Quod lex patri permisit, is alij committere potest, etiamsi propriâ ejus manu lex expediendum id diceret, *c. potest quis per alium 68. ubi Peck. num. 2. de R. I. in 6.* V. Valet in legatis talis etiam incerta dispositio, quæ ex futuro eventu venit certificanda, *§. incertis, ubi not. Inst. de legat.* 3 4 5 5 6 7 8 9 10

Verùm, his non obstantibus, *placebat* † sententia contraria Constitutionem videlicet huiusmodi intilem fuisse, & confir- 11

matio-

mationem ad hoc, ut mater excluderetur, nihil viriū habuisse. Constabat enim in proposito, incertam planè esse hanc tutorum constitutionem, quæ ex aliorum declaratione & electione
12 pendebat. Fateor quidem in legatis hujusmodi dispositionem valere, quæ ex futuro pendet eventu, ubi personæ incertæ, ex certis nominantur. At diversa omnia in tutoris datione esse, docet *Iustin.* post *l. tut. de testam. tutor. in § tutor autem Instit. de legat.* ubi Interpp. monent, non valere ejus tutoris, qu ita sub incerto datus est, constitutionem, etiamsi is ex futuro eventu ve-
13 niret certificandus. Et proinde patrem potestatem hanc, quam
14 ex lege habet, alij committere non posse. Denique tradunt: talem voluntatem, quæ subiectum confirmabile non habet, con-
15 firmari non posse. Dixi patrem, quod lege permittente habet,
16 alij hîc concedere non posse: Idque ideò: Quoniam ita incertus redditur tutor, qui, ut olim, ita & hodie, certus dari debet, & certo judicio debet quis posteritati suæ cavere, *d. § tutor a. Instit. de Legat.* Nec sufficit ex eventu contingens certificatio: Quæ e-
17 nim certâ animi destinatione agenda sunt non nisi verâ certaq;
18 scientiâ perfici possunt, *l. in totū 76. de R. I.* Quapropter ubi conditio à sciente impleri debet, non sufficit ex futuro eventu, vel fato, illam existere, *l. 2. C. de condit. & demonstr. Franc. Mantic. lib. 11. Conject. c. 16. num. 11.* Deinde quia per dationem tutoris non
19 providet quis sibi, sed alij, scilicet pupillo. Iam negocia aliena,
20 exactissimâ curâ gerenda sunt, *l. in re. mandata. C. Mandati, l. si procuratorem 8. § si tutores 3. in verb. unde excusati non sunt, qui contutori mandaverunt, quod ipsi emere debuerunt, &c. D. Mandati,*
21 quo pertinent annot: ab *Hieron. Cagnol. in l. un. § si pro. n. 4. ff si quis jus dicen.* Atque ex hac ratione putat *Br. in l. quidam. num 7. de reb dub* & hunc secutus, *Eman. Costa. in c. si pater par. 1. verb. pauperis nu. 16. de testam in 6.* legem ideò potestatem constituendi
22 tutorem impuperibus liberis patri commisisse, ut ipse incerto eventui eandem committere non posset. Legislatores enim, qui de eximio & singulari parentum in liberos amore præsumunt, ad eos omnem curam & sollicitudinem, vitæ & honorum filij

trans-

transferre non dubitarunt, quæ ratio in extraneum vel tertium, licet sanguine junctum, non cadit, *Fr. Cald. in d. verb. sine curatore num 11.* Quando enim lex alicui quid concedit, habendo specialem respectum ad personam, & in privilegium ejusdem: Id jus 23
alteri committi, aut cedi, minimè potest, *Tiraq. de retract. prox. §.*
26. gl 1. num. 59. & seq. Gail lib 1. Obs. 97. nu. 2. Facit præterea quod 24
certa juris nostri sit sententia: testatorem matri tutelâ interdicere non posse: nisi directò de alio tutore certò disponat, *Bl. consil. 08. incip. testator nu. 2. vol. 2.* hujusmodi enim dispositio nihil certi & recti continet. Est quidem verum, quod testamentarii tu- 25
tores matri præferantur, *d auth. matri & Avia. &c.* Sed his verbis taxativis, non comprehenduntur ii, qui ita confirmantur, etsi testamentariis similes intelligantur, *l. non solum §. tale in verb. à solo Lucio de lib. legat. Everh. in Top. in lo. à natu dict. tax. num. 2.*
Et ut vera sit supra relata sententia ex *Calda*: tamen simile, non 26
esse idem, scimus, *l. quod Nerva depos.* & similitudinē in taxativis non sufficere. & in multis denominationem fieri à confirmante,
non confirmato, depræhendimus *Bl. in l 2. C. de confir. tut. Emma.* 27
Soar. verbo sententia num. 40. Denique argumentum his præbet, 28
quod testator non potest alii committere constitutionem executoris ultimæ suæ voluntatis, *Br. d. l quidam num. 5. de reb. dub. & ibid, Socin. num. 16.* ubi dicit, constitutionem executoris non posse conferri in alterius electionem, ne contingat aliquem eligi, qui malè exequatur, per rationē, quam in tutore adsignat, *gl. in*
l si quis à filio §. si quis plures de leg. 1. Officium autem executoris 29
testamenti, tutelæ æquiparari, ait *Br. in l. tutela ff de tutel.* Quibus 30
ita firmatis, non obstant, quæ primo & secundo loco sunt allata: haberent enim suum locum, si persona tutoris nominata esset?
Neque antè Iuris ratio, quàm persona quærenda est, *l. quidam 15.* 31
de Iure Cod. Sic nec tertia ratio de confirmatione: quoniam hic 32
nihil subest, quod confirmari possit, nec nominatus aliquis, in quo subsisteret confirmatio: non entis autem nullæ sunt qualitates. Minùs refragatur quarta adducta ratio: cum nefas videatur, hoc alii committere, quod patri soli est commissum. Nam 33

reg.

reg. *d.c.potest quis per alium, &c* locum non habet, quoties à lege industria personæ eligitur, *per tex singul. l. inter de solut. l. ult. §. sin verò C. de Cad. toll. Dyn. Peck. d. lo. latiss. Felin. in c fin ubi gl. verb. ut personaliter & communiter Dd. de offic. deleg. Geil. lib 1. obs. 97. num 2. & lib. 2. obs. 2. num. 19.* Quod tùm fieri tralatitium est, quando ratione confidentiæ aliquid alicui tribuitur, vel ejusdem conscientia oneratur, causaq; gravis est & arduà, *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 68 num. 11. & seq.*
34 Legislatores verò de eximio & singulari parentum in liberos amore confidentes, eorundem conscientiæ, quoad tutoris probitatem & fidem, absq; ulteriore inquisitione stare voluisse, dictum est supra.
35 Et quis causam esse gravem neget, quæ de vi & potestate in capite libero agit?
36 Quapropter nec ad quemlibet olim magistratum pertinebat tutoris datio. Imò nec ex eadem ratione, magistratus, cui illa potestas nominatim lege data erat, alii eam mandare aut committere poterat, *l. nec mandante 8. ff. de tut. & cur. dat. Corras. lib. 5. miscel. c. 24. Cujac. lib. 7. cap. 27. & lib. 15. Obs. 19. Alciat. lib. 2. par rad c 1. Bellon. lib. 1. Supp. cap. 2 Ioseph. Gonzalez q. 34. per tot. Guid. Papa decis 631. num 4 Franc. de Paper. conclu. 15. num. 1 & conclu. 24. num. 4. Donel. lib 3. Com. cap 7.* Quæ cautio, si in magistratu servatur cur non & in testatore ipso valere debeat nulla caussa est. Ex lege enim utraq; potestas est, *l. muto §. tutoris de tutel.*
37 Denique non obstat legatorum exemplum: Sufficit quidem in his talis expressio, quæ per relationem ad aliud certa redditur, sed id ad hoc argumentum non pertinet, ubi nominatim à patre dandus est tutor, & pro forma specifica ejusdem demonstratio requiritur.
38 Nam ubi expressio requiritur pro forma, non sufficit exprimere per relationem ad aliud, *Ripa in l. 1 num. 64. de vulg. & pupil. subst.*
39 Stat igitur sententia, hujusmodi tutorum constitutionem non valere, adhoc, ut tanquam testamento nominati, matrem pupilli excludant: uti confirmat *Dilect. d. tr. de art. test. tit. 7. caut. 1. & Schrader. de feud. par 10 sect. 29. num. 24. & 28.*

40 Porrò omnia hæc quæ matrem à tutela non removendam

sua

suadent, procedere sciendum est, in allodialium bonorum administratione: Nam à feudalium successione & cognitionibus causarum feudalium fœminas exclusas notissimi est iuris. Proinde nec de foro civili matris legitima tutela ad bona feudalia 41
porrigitur *Curt. Senior. cons.* 66. *num.* 16. licet in matre Avia post 42
multas contrarium stabiliat de Iure Cæs *Schrader. de Sect* 19. *nu.* 26. ubi tamen *num.* 30. asserit hoc in terris Saxonicis locum non habere. Atque ita in *responso* † quodam veteri Lipsensium Scabi †
norum (quo ad matris tutelam) distinctionem inter feudalia & allodialia bona factam, memini, & fac. quæ tradit *gl. fin. art.* 11. *& art* 23. Landrecht *lib* 1. *Zobel. part.* 2. *differentia* 15. *in prin.* Unde 43
haud dubio mos nō tantū receptus, quo Dominus feudi tutores Vasallis impuberibus in foro Sax. dare solet: (Qui etiam in iisdem causis & negotijs legitimus tutor jure nostro Saxon. esse 44
dicitur, *gl. art.* 14. *& d. art.* 23. Landr. *lib.* 1. *per art.* 26. Lehnrecht. *ubi etiam gl VVeseb de legit. tut. num.* 2. *& Cons.* 35 *num.* 4. *lib.* 1. *Coler. in process. execut par.* 2. *cap.* 3. *num* 301. *cum seqq. & addit. ad differentias Reinh. differentia* 11. *par.* 2. *Fachs. diff* 15) Sed etiam praxis Saxonica originem cœpit quæ vult, ad tutelæ officiū mulieres solas, quæ ipsæ Curatore indigent *constit* 15 *par.* 2. non admittendas in feudalibus, sed bene cum alijs, *glo. d. art.* 23. *lit. B. in* 45
fin. vers. sed nihil Landrecht *lib.* 1. quemadmodum quotidie VVittemb. † *pronunciari* solet. Et facit formula quam tradit *Meure. in process. cam. par.* 7. *num.* 57. *fol.* 162. & quæ adducit †
Iacob. de S. Georg. ver. Carolus circ. fin. de feud. Roland. à Valle. cons. 18. *lib* 2. *num* 55. Proinde nec malè dicemus, eos, qui ab Illustriss. Electore confirmati proponebantur, cum matre tutelam hanc gerere debere. Veruntamen & matrem hoc in casu secundis nuptijs, & SCto. Vellejano 46
renunciare debere constat; *ex d. auth. matri & Aviæ, & c. & iur. simil.* Quandoquidem tutela ista per secundæ nova vota, quamvis etiam testamento pater contrarium disposuerit, expirat, *Zobel. d. par.* 2. *differentia* 15. *num.* 1. 2. & pluribus probat

QUÆSTIO XII.

Usufructus, parenti ex bonis filij adventitiis debitus, an ei tacitè auferri possit.

SUMMARIA.

1 *Parenti debetur usufructus omnium bonorum adventitiorum, Iure patriæ potestatis.*

2 *Qui tamen ipsi non tantùm expreßè, sed & tacitè auferri potest, etiam quo ad commoditatem fructuum num: 16. modò non egeat; quia tunc debentur alimenta num. 17.*

3 *Probibitio usufr. vel per formalia fit, vel æquipollentia verba.*

4 *Et per coniecturalem inhibitionem: sed quæ coniectura hic, nu: 7. cum seq:*

5 *Trebellianicæ probibitio & expreßè, & generalibus verbis, fieri potest.*

7 *Usufructus intelligitur patri interdictus, quando bona integrè, absq; diminutione, restitui iubentur.*

8 *Casus privilegiatus generali oratione continetur.*

9 *Usufructus interdictus parenti dicitur, quando eius mentio aliàs in testamento facta erat, & liberatio debiti legata.*

10 *Si quando curatores bonis, ad nepotem devolutis, speciales sunt dat & nu: 13.*

11 *Et quando patri bonorum administratio est adempta.*

12 *Administrationem rerum & usufructus perceptionem Dd. in parente coniungunt.*

14 *Usufructus etiam intelligitur prohibitus, ubi dicitur: Volo filio restitui, quando sui est Iuris.*

15 *Sic quando filio tantùm solvi in testamento iubetur.*

17 *Parenti pauperi, cui usufructus adimitur, debentur alimenta.*

18 *Prohibitio illa, ad legitimam quoq;, ex quorundam sententia, extenditur.*

CONdiderat quædam testamentum, cui clausula talis inserta fuit, Daß das Kind (puta nepos, ab avia testatrice illa, heres solus institutus) ja zum allernechesten nach jhrem Tode bevormundet / auch die Güter inventirt / vnd niemanden / ohne vorwissen

des Thumkapitels / dem Kinde zu nachtheil / nichts gefolget werden mögt. Constitutis ergò posteà curatoribus, inter eos & patrem 1
heredis instituti contentio suborta fuit, dum hic usumfructum sibi omnium, ex Aviæ hereditate filio debitorũ bonorum, dari volebat patriæ potestatis jure. Contrà curatores excipiebant, aviam per superiora verba prohibuisse, ne illi (parenti) ususfructus quæreretur, secundum *Auth. excipientur C. de bonis quæ lib.*

Dubitabatur ergò: an Avia tacitè ita potuerit prohibere, & †
utrum illud ex prædictis verbis colligatur: In quam sententiam 2
Anno 86. Mens. April. *promotores † fuimus*, adeoque, ut ex illis non malè deprehendatur conditio, ne ad patrem perveniat ususfru- 3
ctus. Certum est enim ejusmodi ususfructus prohibitionẽ non necessariò per verba formalia fieri debere, sed æquipollentia sufficere, quemadmodum tradunt *Dd. in l. cum filiofam. de leg. 1. ubi Ias. nu. 152. & nu. seq. Ripa nu. 69. Socin. nu. 31. Boer. decis. 193. nu. 1. & seq.* ubi *ex Alexan.* refert, talem prohibitionem conjecturatam sufficere, ex qua Falcidiæ detracto inhibita præsumatur, Et *Du- 4
arenus in d. l. cum filiofam.* ait, nihil referre, dixerit mater, volo filio restitui, vel, nolo ad patrem ususfructus pertineat. Quemad- 5
modum prohibitio Trebellianicæ, etsi expresse fieri debeat, tamen & generalibus verbis facta defendi potest. *Emman. Costa. in c. si pater par. 3. nu. 99. verbo interdum de testamentis in 6.*

Sed quæ sint in proposito prohibitionis illius, quo ad usum- 6
fructum, veræ coniecturæ, quæritur. Dixi *supra ex Alexandro* has esse, ex quibus Falcidiæ detractio, vel Trebellianicæ vetita intelligitur, de quibus vide *Mantic. de conject. lib 7. cap. ult. lib. 9. cap. ult.* Sic in terminis, quando bona integrè absque dimi- 7
nutione filio restitui jubentur, usumfructum patri interdictum, ex multis probat *Vasquius de Success. progr. lib. 3. §. 26. num. 32.* addit tamen, hoc fortè non procedere, si alio respectu, veluti debitorum, legatorum, diminutio eiusmodi prohibetur. At in præsenti testamento disertè dicebatur, præter legata, nemini quicquam debere dari. Quæ enim legata præstari volebat, expresserat: prætereà nemini quid dari disponit: Ergò

nec patri, qui ex beneficio juris alioquin usumfr. habet. Nam
8 & privilegiatus casus generali oratione continetur, *l. in fraudem*
9 *§ fin. de testam. milit.* Accedit & alia conjectura, quod huius parentis mentionem in testamento fecerat, eiq; liberationem debiti cujusdã legârat: ergò: & ad hunc clausula illa pertinet, & ul-
10 tra legatam liberationem, illi nihil debebitur. Evidens prætereà conjectura illa est, quod curatores, bonis ad nepotem devolutis, speciales dari voluit, quibus administratio eorum crederetur:
11 Nam administratione patri hoc modo interdictâ, veluti antecedenti destructo, & ipsa fructuum perceptio vetita intelligitur, quemadmodum procuratione prohibitâ, & visiatio interdicta est, *Everb in Top. a destruct. anteced.* Quomodo enim usumfructum habere potest, cui administratio rerum, ex quibus usufr. debetur, interdicitur? *l. fundi de usufr. leg. l. 1. §. 1 si usufr. pet.* aut
12 quomodo curatorum consistet constiutio., si ad patrem pertinere debet administratio? quam administrationem rerum, & usumfructum nostri ferè cõjungunt; *arg. l. 2. de Iurisdict. Em. Costa. in l. Gallus par. ult. num. 89. & ex ipso textu Nov. 117 in princ in vers. eas verò res. &c. & tradit Duar. in d. l. cum filiusfam. de leg. 1.* Et ad hunc modum de curatoris constitutione, respexisse etiam vide-
13 tur, *Dilect. de arte testan. tit. de legat. caut. 16.* Quinimò, dum cura-
14 tores in bonis à se relictis, Avia nepoti dat, perinde facere videtur, ac si dicat, *volo filio restitui, cum sui juris erit*; quâ formulâ, similiter usumfructum interdictum notant *Dd. d. l. cum filiofam.*
15 Id enim fit expirante curâ. Quandoquidem & cum filio tantùm solvi testamento jubet testratrix, patri usumfr. interdixisse videtur, *Br. l si usufr. § si ita quis, &c quando dies usufr leg. cedat Mantic. lib. 8. c. 16. num. 10: consentiunt his quæ scribit Peck. de testam. conjug. lib. 2. c. 7. nu. 6.*

16 Sed, inquies fortè, licet hæc ita sint; & patri ususfructus per Aviam interdictus dicatur: Tamen commoditas fructuum ipsi denegata non intelligitur, ut *ex Aretino* refert & probat *Ias. in d. l. cum filiofam. de leg. 1. num. 157.* Sed his repugnant, & negativam tenent *Ripa ibid. num. 71. Riminald. in § 1. num. 131 & seq. In-*

sitit

ftit.per quas perfor. Quòd poftremum etiam probandum, hac faltem additâ generali declaratione, quod in cafibus quibus ufufructu privetur pater, alimenta tamen ipfi ex bonis filij debeantur, quando eget & inops eft, *l. Imp. 50. ad SC. Treb. Boer. decif. 61. nu. 17. adde Ludov. Molin. de primog. Hifp. lib. 1. c. 19. num. 29. cum feqq. Vincent. de Franchis decif. 161. cir. fin.* Hinc licet *Dd. communiter* tradant, & defendat etiam *Eman. Cofta. in l Gallus §. & quid fi par. ult. nu. 89. cum feq.* talem prohibitionem ad legitimam filij portionem non extendi: contrarium tamen ftatuunt. *Vafq de fucceff. creat. lib. 1. § 10. nu. 234. cum feq. Molin d lo. & vide Franc. de Chaldas in l. fi curatorem v. lafis num. 146. C. de in integr. reftit. minorum, &c.* 17 18

QVÆSTIO XIII.

Mater an à tutela excludi debeat, quando in teftamento nulli certi tutores, fed incerti funt nominati.

SUMMARIA.

1 *Familiæ illuftres pacta de mutua fucceffione gentilitia conftituere poffunt.*

2 *Sed per eiufmodi pacta conveniri poffe videtur, ut, exclufâ matre, impuberibus incerti tutores teftamento præficiantur. Pro contraria tamen concluditur nu 11. & num: 39. Modò agatur de allodialibus, non feudalibus rebus, uti indicatum num: 40 & 42.*

3 *Pacta de hæreditate reciproca hodie valent.*

4 *Poteftas faciendi teftamentum, & tutores conftituendi, ex una lege originem habet, adde nu: 50.*

5 *Tutores in quavis difpofitione, ultimæ voluntatis fpeciem habente, ordinari poffunt, fed vide num: 30.*

6 *Confirmatio rei etiam inutilis, multum nonnunquam ponderis habet, adde num: 32.*

7 *Tutores testamentarij matri præferendi, adde nu.25.*
8 *Tutor testamento datus, & posteà confirmatus, legitimis præfertur.*
9 *Patri lege concessa, aliis committi ab eo possunt, vide num.13. & num. 15. cum seqq.& ratio nu. 22. & nu. 33.*
10 *Dispositio in legatis incerta, quæ ex eventu certificanda est, valet: Sed quo ad tutores. vide num.12. & nu.37.*
14 *Voluntas, quæ subiectum confirmabile non habet, non potest confirmari.*
16 *Tutor, ut olim ita hodie certus dari debet.*
17 *Animi certâ destinatione agenda, non possunt, nisi certâ scientiâ, perfici.*
18 *Conditio, quæ à sciente adimpleri debet, non est ex eventu adimplenda.*
19 *Per tutoris dationem pupillo saltem prospicitur.*
20 *Negocia aliena, exactissimam requirunt curam.*
21 *Tutores non excusantur, quod ipsi facere debent, si per alios expediant.*
23 *Personæ industria ubi electa, res alteri committenda non est.*
24 *Testator, non aliter matri interdicere tutelâ potest, nisi certo nominato tutore.*
26 *Simile non est idem.*
27 *Denominatio in multis à confirmante, non confirmato fit.*
28 *Testator alij committere non potest, constitutionem executoris ultimæ suæ voluntatis.*
29 *Tutela & executoris officium æquiparantur.*
31 *Persona primùm, pòst iuris ratio quærenda.*
34 *Leges, de singulari parentum in liberos confidentia, præsumunt.*
35 *Potestas de capite libero, est ardua.*
36 *Tutoris datio non erat olim cuiusvis magistratus: neq; demandari potuit.*
38 *Formæ expreßio ubi requiritur in specie, per relationem non expeditur.*
41 *Mater in feudalib. an poßit esse tutrix etiam de Iure Civili.*
43 *Dominus feudi solet Vasallis impuberibus tutores in foro Saxon: dare.*
44 *Qui & ipse tutor legitimus vocatur.*
45 *Mater ex praxi Saxon: sola non admittitur, sed benè cum alijs:*
46 *Mater tutelam gerere cupiens, tenetur renunciare secundis nuptijs, etiam tùm, quando à parente contrarium fuit dispositum.*

1 FAmilias nobiles consuetudinem nonnunquam, certo in eis modo succedendi, introducere, sive etiam pactis gentilitijs & familiaribus constituere posse, quomodo bona inter se, de uno ad alium devolvantur, alibi à nobis est demonstratum. Quibus illud lubet addere, de quo mense Iunio Ann 87. fuimus

consulit: *An per eiusmodi gentilitia, eaque mutua pacta conveniri possit, ut testamento nullis constitutis tutoribus, relictis impuberibus liberis, cooptentur ex ijs vasallis aut agnatis illi, qui maximè res rationesq́ defuncti cognitas perspectasq́ habent, etiam exclusâ matre.* 2

Dubitationem movebat: I. quod quemadmodum hodie 3
valent pacta de hereditate, maximè reciproca, contrà ac olim, *Dd in l. licet C. de pact.*: sic, & tutorum constitutionem similiter
valere, dicendum videtur: cum potestas utraque, & testamen- 4
tum de hereditate faciendi, & tutores constituendi, ex una lege
originem ducat, *l. verbis legis 120. de V. S.* II. Quia valet tuto- 5
rum constitutio, in quavis, ultimæ voluntatis speciem habente, dispositione, etiam per epistolam, interque vivos, & ab intestato, *l. 1. C. de confirm. tut ubi Bl. Rolandin in florib. ult. vol. c. 3. Fr. Cald. in l. si curatorem verb. sine curatore num. 160. C. de in integr. restit.*
III. Quod si maximè inutilis esset illa datio, tamen si confirma- 6
tio ejusdem accederet, præferri deberet matris personæ, quæ hoc in casu tutelam sibi arrogare volebat: Certum quippe est,
testamentarios tutores matri præferendos, *Auth. matri & avia* 7
C. quando mul. tut. off. fung. ubi DD. Ioan. Dilect. tr. de arte testan. rub. de tut. & execut. test. caut. 1. num. 1. Sic certa & recepta scri- 8
bentium est sententia: tutorem testamento datum, si confirmetur, testamentarium dici, & consequenter legitimis præferri, *Br. l. 1. de confirm. tut. latè Aldobrand. in § fin. Instit. de tutel. Fr. Cald. d. lo. num. 118.* IV. Quod lex patri permisit, is alij commit- 9
tere potest, etiamsi propriâ ejus manu lex expediendum id diceret, *c. potest quis per alium 68. ubi Peck. num. 2. de R. I. in 6.* V. Va- 10
let in legatis talis etiam incerta dispositio, quæ ex futuro eventu venit certificanda, *§. incertis, ubi not. Inst. de legat.*

Verùm, his non obstantibus, *placebat* † sententia contraria 1
Constitutionem videlicet huiusmodi intilem fuisse, & confir- 11

mationem ad hoc, ut mater excluderetur, nihil viriū habuisse.
Constabat enim in proposito, incertam planè esse hanc tuto-
rum constitutionem, quæ ex aliorum declaratione & electione
12 pendebat. Fateor quidem in legatis hujusmodi dispositionem
valere, quæ ex futuro pendet eventu, ubi personæ incertæ, ex
certis nominantur. At diversa omnia in tutoris datione esse, do-
cet *Iustin.* post *l. tut. de testam. tutor. in § tutor autem Instit. de le-*
gat. ubi Interpp. monent, non valere ejus tutoris, qu ita sub in-
certo datus est, constitutionem, etiamsi is ex futuro eventu ve-
13 niret certificandus. Et proinde patrem potestatem hanc, quam
14 ex lege habet, alij committere non posse. Deniquè tradunt: ta-
lem voluntatem, quæ subiectum confirmabile non habet, con-
15 firmari non posse. Dixi patrem, quod lege permittente habet,
16 alij hîc concedere non posse: Idque ideò: Quoniam ita incertus
redditur tutor, qui, ut olim, ita & hodie, certus dari debet, &
certo judicio debet quis posteritati suæ cavere, *d. § tutor a. Instit.*
de Legat. Nec sufficit ex eventu contingens certificatio: Quæ e-
17 nim certâ animi destinatione agenda sunt non nisi verâ certaq;
18 scientiâ perfici possunt, *l. in totū 76. de R. I.* Quapropter ubi con-
ditio à sciente impleri debet, non sufficit ex futuro eventu, vel
fato, illam existere, *l. 2. C. de condit. & demonstr. Franc Mantic. lib.*
19 *11. Conject. c. 16. num. 11.* Deinde quia per dationem tutoris non
20 providet quis sibi, sed alij, scilicet pupillo. Iam negocia aliena,
exactissimâ curâ gerenda sunt, *l. in re. mandata. C. Mandati, l. si*
procuratorem 8. § si tutores 3. in verb. unde excusati non sunt, qui con-
21 *tutori mandaverunt, quod ipsi emere debuerunt, &c. D. Mandati.*
quo pertinent annot: ab *Hieron. Cagnol. in l. un. § si pro. n. 4. ff si*
quis jus dicen. Atque ex hac ratione putat *Br. in l. quidam. num 7.*
de reb dub & hunc secutus, *Eman. Costa, in c. si pater par. 1. verb. pau*
22 *peres nu. 16. de testam in 6.* legem ideò potestatem constituendi
tutorem impuberibus liberis patri commisisse, ut ipse incerto
eventui eandem committere non posset. Legislatores enim, qui
de eximio & singulari parentum in liberos amore præsumunt,
ad eos omnem curam & sollicitudinem, vitæ & honorum filij

trans-

transferre non dubitarunt, quæ ratio in extraneum vel tertium, licet sanguine junctum, non cadit, *Fr. Cald. in d. verb. sine curatore num. 11.* Quando enim lex alicui quid concedit, habendo specialem respectum ad personam, & in privilegium ejusdem: Id jus 23
alteri committi, aut cedi, minimè potest, *Tiraq. de retract. prox.* §.
26. *gl. 1. num. 59. & seq. Gail lib 1. Obs. 97. nu. 2.* Facit præterea quod 24
certa juris nostri sit sententia: testatorem matri tutelâ interdicere non posse: nisi directò de alio tutore certò disponat, *Bl. consil. 08. incip. testator nu. 2. vol. 2.* hujusmodi enim dispositio nihil certi & recti continet. Est quidem verum, quod testamentarii tu- 25
tores matri præferantur, *d auth. matri & Avia, &c.* Sed his verbis taxativis, non comprehenduntur ii, qui ita confirmantur, etsi testamentariis similes intelligantur, *l. non solum §. tale in verb. à solo Lucio de lib. legat. Everh. in Top. in lo. à natu dict. tax. num. 2.*
Et ut vera sit supra relata sententia ex *Calda*: tamen simile, non 26
esse idem, scimus, *l. quod Nerva depos.* & similitudinē in taxativis non sufficere, & in multis denominationem fieri à confirmante,
non confirmato, deprehendimus *Bl. in l. 2. C. de confir. tut. Emma.* 27
Soar. verbo sententia num. 40. Denique argumentum his præbet, 28
quod testator non potest alii committere constitutionem executoris ultimæ suæ voluntatis, *Br. d. l quidam num. 5. de reb. dub. & ibid. Socin. num. 16.* ubi dicit, constitutionem executoris non posse conferri in alterius electionem, ne contingat aliquem eligi, qui malè exequatur, per rationē, quam in tutore adsignat, *gl. in l si quis à filio §. si quis plures de leg. 1.* Officium autem executoris 29
testamenti, tutelæ æquiparari, ait *Br. in l. tutela ff de tutel.* Quibus 30
ita firmatis, non obstant, quæ primo & secundo loco sunt allata: haberent enim suum locum, si persona tutoris nominata esset?
Neque antè Iuris ratio, quàm persona quærenda est, *l. quidam 15.* 31
de Iure Cod. Sic nec tertia ratio de confirmatione: quoniam hic 32
nihil subest, quod confirmari possit, nec nominatus aliquis, in quo subsisteret confirmatio: non entis autem nullæ sunt qualitates. Minùs refragatur quarta adducta ratio: cum nefas videa- 33
tur, hoc alii committere, quod patri soli est commissum. Nam

suadent, procedere sciendum est, in allodialium bonorum administratione: Nam à feudalium successione & cognitionibus causarum feudalium fœminas exclusas notissimi est iuris. Proinde nec de foro civili matris legitima tutela ad bona feudalia porrigitur *Curt. Senior. conf.* 66. *num.* 16. licet in matre Avia post multas contrarium stabiliat de Iure Cæs *Schrader. de Sect* 19. *nu.* 26. ubi tamen *num.* 30. asserit hoc in terris Saxonicis locum non habere. Atque ita in *responso* † quodam veteri Lipsensium Scabinorum (quo ad matris tutelam) distinctionem inter feudalia & allodialia bona factam, memini, & fac. quæ tradit *gl. fin. art.* 11. *& art* 23. Landrecht *lib* 1. *Zobel. part.* 2. *differentia* 15. *in prin.* Vnde haud dubio mos nō tantū receptus, quo Dominus feudi tutores Vasallis impuberibus in foro Sax. dare solet: (Qui etiam in ijsdem causis & negotijs legitimus tutor jure nostro Saxon. esse dicitur, *gl. art.* 14 *& d. art.* 23. Landr. *lib.* 1. *per art.* 26. Lehnrecht. *ubi etiam gl. VVeseb de legit. tut. num.* 2. *& Conf.* 35 *num.* 4. *lib.* 1. *Coler. in process. execut par.* 2. *cap.* 3. *num* 301. *cum seqq. & addit. ad differentias Reinh. differentia* 11. *par.* 2. *Fachs. diff* 15) Sed etiam praxis Saxonica originem cœpit quævult, ad tutelæ officiū mulieres solas, quæ ipsæ Curatore indigent *constit* 15 *par.* 2. non admittendas in feudalibus, sed benè cum alijs. *glo. d. art.* 23. *lit. B. in fin. vers. sed nihil* Landrecht *lib.* 1. quemadmodum quotidie VVittemb. † *pronunciari* solet. Et facit formula quam tradit *Meure. in process. cam. par.* 7. *num.* 57. *fol.* 162. & quæ adducit *Iacob. de S. Georg. ver. Carolus circ. fin. de feud. Roland. à Valle. conf.* 18. *lib* 2. *num* 55. Proinde nec malè dicemus, eos, qui ab Illustriss. Electore confirmati proponebantur, cum matre tutelam hanc gerere debere. Veruntamen & matrem hoc in casu secundis nuptijs, & SCto. Vellejano renunciare debere constat, *ex d. auth. matri & Aviæ, & c. & iur. simil.* Quandoquidem tutela ista per secund. nova vota, quamvis etiam testamento pater contrarium disposuerit, expirat, *Zobel. d. par.* 2. *differentia* 15. *num.* 1. 2. & pluribus probat

41 42 † 43 44 45 † 46

17 *L. Mævia 13 §. 1. de ann: legat. inducitur.*
18 *Multa sæpè oriuntur, quæ pro bono æstimari, & pro arbitrio dirimi debent, quæ in re ponderandæ circumstantiæ, de quibus num. 21.*
19 *Peregrinationem ignominiosam rectè recusat is, qui cum aliquo tenetur morari.*
22 *Uxor, ex sententia Saxcerij, admonenda, ut relegatum maritum sequatur, non cogenda.*
23 *Duo pro uno, nec innocens pro nocente, puniendus.*
25 *Possumus, quod honeste & commodè possumus.*
26 *In arbitrariis, quod melius & æquius æstimandum est.*
27 *Constitut. Elect. 19. par. 4. in uno casu, uxorem adulterum sequi cogit.*

TAm arcta inter virum & uxorem consociatio est, ut non tantùm Christiani, sed etiam à Repub. Israelis alieni, divini & humani juris conjunctionem, individuamque vitæ consuetudinem, in ea contineri existimarint, §. 1. *Instit. de Nupt. l. 4. C. de crim. expila. hæred. l. 1. ff rerum amots, Guber. Costan. de sponsal. tit. Quid sit matrimo. num.* 13. Et meliùs, luculentiusque, explicant libri sacri, in quibus vir & uxor caro una dicuntur, & in Matrimonio magnum illud Christi Salvatoris cum Ecclesia conjunctionis mysterium adumbratur, *Genes 2. vers. 24. Ephes. 5. vers 23 & seqq. Cantici Canticorum cap* 1. *& seq.* Facessant igitur longè: qui inter tàm arctè colligatos dissidium volunt, & quod Deus conjunxit, solvere sine Deo nituntur, contrà quàm scriptum est *Matth 19. v.* 6. Neq; nunc dicam de causis divortii, sed illud tantùm excutiam, *an uxor virum, suâ culpâ relegatum, bannitum, aut per se profugum, extra provinciam, & locum domicilij consuetum, sequi cogatur.* 1 2 3 4 5 6

Et videbatur hoc omninò ab illa exigendum, propter eam, quam dixi, consuetudinem individuam: & quia juris est certi, uxorem domicilium mariti sequi debere, adeò ut neque pactum, quo maritus se certo loco cum uxore moraturum promisit, tanquam contra bonos mores, & reverentiam maritalem, initum, valere judicetur, *l. cum quædam 5 en de Iurisdict. l. exigere de Iudiciis l. mulieres C. de dignit. lib. 22. l. ea quæ & l. ult. § item rescripserunt* 7 8 9

ff. ad Municip. arg. l. eleganter §. alia. solut. matrim. l. Titio 71. §. *Titio*
centum 2. *de conditio. & demonstra. Anton. Gomez. resol tom.* 2. *tit.*
de individ. num. 23. *Covar. de Sponsal. par.* 2. *cap.* 7. *nu.* 5. *& seq. Ti-*
raq. de LL. connub. concl. 1. *nu.* 28. 39. *Ioach. Beust. de matrimon. c.* 32.
10 *in fin.* Proinde existimant nonnulli, licet uxor vagabundum ma-
ritum, cujus talem esse conditionem ab initio ignorabat, quo-
cunque locorum vadat, sequi non teneatur: tamen si constante
matrimonio is ex caussa necessaria, aut probabili, etiam per cul-
11 pam, aliò migrare teneatur: nihilominus uxorem compellen-
dam viro cohabitare. Unde & bannitum virum sequi uxor tene-
12 tur, ut scribit *Hieron. Gigas de Crim. læsa Maiest. lib.* 3. *tit. de Pœnis*
quæstio. 19. *& remiss. Io. Pet. Surd. de aliment. tit.* 7. *q.* 26. *nu.* 7. *&*
seq. Io. Saison. ad consuetu. Turonen. tit. de Success. feudo. art. 9. *pa.* 162.
& pro ratione addunt: nihil tàm esse humanum, quàm in fortui-
13 tis casibus, mulieris maritum, & contrà uxorem viri calamita-
tum participem esse, *l. si dotem* 22. §. *si maritus* 7. *solut. matrim.*
Nec desunt præstantissimi affectus conjugalis exempla, ubi ex
14 ardore illius maximi & honestissimi amoris, judicatum est, præ-
stare morte jungi, quàm vita distrahi *Valer. Maxim. lib.* 4. *c.* 6. Ea-
demq; sententia & Theologis quibusdam probatur, existiman-
15 tibus, omni casu uxorem virum sequi debere, *Beza libr. de repu.*
dijs pag. 218. 219. *Dana Ethic. Christia. lib.* 2. *cap.* 14. *fol.* 233. *b &*
seq. Hieron. Zanch. de matrim. tit. de divort. mihi pag. 745. qui nul-
lam in ea re distinctionem admittunt.

16 Verùm econtrà alij, ex Interpp. Iuris & Theologis saniori-
bus, inter causas absentiæ & migrationis distinguendum cen-
sent, ac quod in simili caussa scribit IC. *in l. Mævia* 13. §. 1. *annu-*
17 *is legat.* hîc quoq; valere putant, nempe talem esse hanc quæ-
18 stionem, ad quam non possit absolutè responderi: cum multa
oriri possint, quæ pro bono sint æstimanda, & ex arbitrio boni
19 viri dirimēda. Nam ex *d.* §. 1, generaliter *Bar. & alij* colligunt, e-
um, qui cum aliquo morari tenetur, etsi modicam & honestam
peregrinationem detrectare non debeat, longinquam tamen &
non prævisam, fortè etiam ignominiosam, & neutri profutu-

ram

ram!, rectè recusare:& *ibid. Alex. 33 Apostilla* scribit, maritum
propter partialitates à Civitate expulsum, uxorem sequi non 20
cogendam:& *Io.Saison.d lo.* marito ob culpam confinato aut re-
*l*egato, uxorem sociam semet addere non compellendam, quo-
modo & inter causas migrationis honestas & turpes distingu- 21
unt. *glos.in c.si quis 34.q.2.& in c.1.de conjug.leproso. Conrad. Man-
serum in tract. de Matrim. Ioach.à Beust. d cap.*32. Inter Theologos
verò *Erasmus Sarcerius lib. de conjug. par.4. à folio.182. usq, ad fol.*
203. rem totam diligentissimè enarrans, censet, officium esse bo- 22
næ conjugis etiam relegatum maritum sequi, sed id tamen non
adeò severè ab ea exigendum, alioqui pro uno duos puniri, & 23
innocentem quidem immeritò. Videndum etiam quid res ratio
onesq; domesticæ, liberorum communium, & rei familiaris fe- 24
rat, utrum salvâ honestate uxor inter peregrinos versari possit:
neq; istuc properandum, ut uxor peregrinationem, nec marito,
neque sibi utilem, suscipere cogatur: habendamque magis ratio-
nem innocentis personæ, & utilitatis publicæ, prout arbitrium
boni viri postulabit. Posse enim dicimur, quod honestè & com- 25
modè possumus, & in similibus quæstionibus arbitrariis, quod
æquius melius est, ex veteri rei uxoriæ formula, convenit æsti-
mare, *l.Nepos Proculo, de verb. sign. l. sicut de oper. lib. glos. in c. una-
quaq,* 13.*q.*2. His deniq; accedit quod *Const.Elector.*19. *par.*4. *Item*
Kirchenordnung *tit.* von Ehesachen. *cap.* Von der Straff der Unzucht. 26
*fol.*116 uno casu uxorem adulterum sequi cogit, quando nempe
ob preces ejusdem, gratia criminis marito est facta. Atque
ita per prædicta rem omnem temperandam † ali- †
quando *existimavimus.*

QUÆ-

QUÆSTIO XV.

Merces in tabernis an mobilium loco habendæ, & eas maritus lucrari possit: & quid de lectorum supellectile, in publicis diversoriis, sentiendum.

SUMMARIA.

1 *Maritus merces, ut res mobiles, post mortem uxoris lucrari non videtur num. 4. cum seq. Sed contrarium veriùs num. 10. & num. 13.*
2 *Maritus in omnibus bonis mobilibus uxoris de Iure Saxon., exceptis utensilibus & legitimæ liberorum, succedit.*
3 *Quod Ius ei ab uxore testamento auferri non potest.*
5 *Mercis vocabulo, etiam res mobiles comprehenduntur, sed vide num. 14. & num. 21.*
6 *Merces in aliarum locum substitutæ, naturam rerum soli videntur habere, sed contra num 11. & num. 21.*
7 *Merces & alia ad vendendum deputata, non veniunt appellatione mobilium, sed vide num 22.*
8 *Pecunia ad fœnus exercendum destinata, mobilis esse desinit.*
9 *Merces in successionibus pro immobilibus computantur, contra num. 12. & num. 23.*
15 *Merces in legato generali mobilium non veniunt, nisi adsit signum universale, num. 25.*
17 *Merces non dicuntur venire sub generali obligatione, nisi sit universalis.*
18 *Merces an tacitè pro pensione sint obligatæ.*
19 *Tabernâ expressè oppignoratâ, & merces dicuntur oppignoratæ.*
20 *Merces an & quando restringendæ ad locum in oratione, in qua fit relatio ad certum locum.*
25 *Supellex lectorum in diversoriis publicis pro re immobili habenda.*
25 *Et sic hæredibus, non marito, post mortem uxoris, adiudicanda.*
27 *In eum enim finem comparata, ut perpetuò ibi maneat, &c.*

DE

DE mercibus in taberna aliqua seu negociatione existenti- 1
bus, an mobilium vel immobilium bonorum naturam se-
quantur, non semel quæsitum scio: cujus quæstionis insignis ef-
fectus ille est, ut sciatur, an istas maritus, post mortem uxoris, in
foro Saxonice, tanquam res mobiles, lucretur. Est n. de hoc Iure 2
indubitatum, quod maritus in omnibus bonis mobilibus, ultra
dotē illatam, uxori (exceptis solis utensilibus, quæ filiæ vel pro-
ximæ agnatæ deferuntur, Landtrecht *lib. 1. art. 20. & 27. lib. 3. art. 38.*
& Weichbildt *art. 23. Pistor quæst. 32. lib. 2. num.* 1. & liberorum legi-
timâ, si aliunde haberi nequeat, *Schneidvv. de hered. qua ab intest.*
tit. de success. int. vir. & uxor num. 30. Coler. par. 1 tract. execut. cap. 3.
num. 233. cum seq. Beust. in l. 1. de Iurejur. num 175. Wesemb. tit. unde
vir. & ux. num. 3.) succedat Landtrecht *lib. 1. art. 31 & lib. 3. art. 76.*
Fachs. differentia 34. Reinhard. differentia 35. par 1. Zobel. par. 3 diffe-
rentia 9. & diffra. 10. in princ. Beust. de mat. im. cap. 67. Anton. Fer-
ron. lib. 1. de Consuetud. tit. 4 de dote §. 6 in princ. ubicunq; locorum
reperiantur *Coler. d. cap. 3. num. 250. cum seq.* Et hoc in tantùm 3
obtinet, ut uxori, aliud testamento constituere, non sit inte-
grum, *per expressam Constitut. Elect. 7. par. 3.* & faciunt quæ tradit
Schurff. Cons. 86. Cent. 1. Roland de lucro dotis quæst. 82. Cacher. decis.
20. Vivius decis. 245. num. 9. Molin. in consuetud. paris. §. 25. num. 12.

Iam ergò ad quæstionem quod attinet, dicitur *in l. 1. §. 1. l. 5.* 4
§ merces de tribut. act. mercis vocabulum ad omnes negociatio- 5
nes, adeoque & ad res immobiles, pertinere. Et *Math. Coler d.*
tract. de process. execut. par. 2. c. 3. num. 6. tradit: merces in taberna 6
extantes, in quarum locum aliæ subinde succedunt, naturam re-
rum soli accipere, *ex l. cum tabernam l. grege de pignoribus l. pe-*
culium de leg. 2 (quod & de piscibus, qui sunt in piscina, & subin-
de etiam mutantur & invicem substituuntur, tenere videtur *Ti-*
raq. de retr. prox. § 1. gl. 7 num. 115.) Sic quoque in specie merces 7
& alia advendendū deputata, non venire appellatione mobili-
um, ait per *not. in l. 1 C. de V. S. l. generaliter §. uxori, de usufr. leg.* &
post *Br. in l. Divus de bon. damnat. Paris. cons. 25. num. 69. Consil. 67.*
num. 14. in fin. & cons. 79. num 47. vol. 2. Unde etiam dicitur, quod

8 pecunia, ad mutuum, seu fœnus exercendum destinata, mobilis esse desinat *l. si chorus §. 1. l. hoc legatum de legat. 3. Tiraq d. §. 1. gl. 7. num. 105. cum seq. Ferron. d. t. 4. §. 6. pag. 117.* Deniq; tradit idem
9 *Ferron. lib. 2. tit. 5. de testam. §. 3 in prin* magis in terminis: merces in successionibus, inter immobilia computari, receptum esse.

10 Sed ex adverso, quòd merces & negociationes quid mo-
11 bile sint, nec veniant, sub nomine immobilium & stabilium text. est express. *l. mercis appellatio 166. de V. S. ubi Dd. & Gadda nu. 4.* & alios text. adducit & tradit *Paris. Cons. 36. num. 2. vol. 3.* & post *Socin Simoncel de decret lib 2. tit 4. cas. 2. num. 14.* Et probat *sententia post* Landtrecht *expressè sub tit.* zu Erbe gehören/ *fol. 534. col. 4.* ubi hæc verba ponuntur, Alles das in einem Handel eines Kauffmannes verstirbet/ desgleichen das ein Krämer nach sym in seinem
12 Kram lesst, etc. Ex quibus apparet, etiam merces ibidem, in suc-
† cessionibus, inter mobilia computatas fuisse. Proinde & Lipsiæ &
13 VVitebergæ *decisum* † scio, maritum easdem lucrari, sive in iisdem, ut mobilibus, succedere: ubi & in aliqua sententia adjectum fuit, quod idem ea propter, debita inde contracta suscipere, & exolvere teneatur: quandoquidem ad ipsum jure hæreditatis perveniunt, *arg l. Papinianus §. 4. de inoff. testamento. l. cum domum l. scimus C. d. t.*

14 Quamvis verò alioquin variè controvertatur, an merces venales appellatione bonorum mobilium contineantur: Existi-
15 mo tamen in præsens eâ contentione opus non esse. Sic licet velint multi, in generali mobilium legato, merces, & ea quæ sunt venalia non venire, nisi legatarius probet, *l. pediculis §. Item cum de au: & arg. leg. l. Gaius de legat. 2. l. uxorem §. legaverat de leg. 3. l. generali, §. uxori de usufr. leg cum simill. à gl. ibid. alleg ubi & Br Covarr. lib. 2. resol. cap. 5. num. 3. Franc. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 9. t. 2. num. 47. & cap. 3. nu. 12.* ex ratione, quod ibi non relinquantur, nec eo modo habeantur, ut in patrimonio vel loco illo, ejusque usu, maneant, *l. in lege 203. de V. S. l. suos 73. §. fin. de leg. 1.*

Sed

Sed quæstus & lucri causâ, à loco ad locum, è manu in manum, recepto auctiori precio, transferantur: Tamen quando testator 16
relinquit omnia mobilia sua, vel adjicit aliud signum universale, neque restringit legatum ad rem certam, creditur, & venales merces comprehendere voluisse, *l. quoties § ult. de usufr. l. cum tabernam de pignorib. & ibid. Dd. Negus. de pign. par. 2. membr. 2. num.* 14. *Covarr. resolut. lib. 2. c. 5. num. 1. & 2. Petr. Nicol Mozz. de pignorib. tit de subdistinc. pign. num.* 16 *Peck. de testam. conjug. lib. 5. cap.* 27 *num. 1. Stracha de mercat. tit. mandati num. 1. & seq. Menoch de præsumpt. lib. 4. præs.* 137. *num.* 4. 7. *Hieron. Gabr. Cons.* 98. *num.* 28. 37. *lib. 1. Paul. Picus in l. Titia § Titia num* 87. 112. *de leg.* 3. Eadem ratio- 17
ne, licet in generali obligatione non videantur venire merces, secundum *Bl. Cons.* 367 *lib.* 1, quod confirmari potest per *d. l. generali § uxori de leg* 3: Tamen quando obligatio planè generalis est, quòd tunc etiam merces veniant sub illa obligatione, dubitandum non est, *Ferron. d. §.* 3. adeò, ut & tacitè pro pensione obli- 18
gatæ censeantur, ut post alios confirmat *Zas. in §. Item Serviana num.* 20. *de action.* Hinc si taberna expressè est oppignorata, & 19
merces dicentur obligatæ, *d. l. cum tabernam de pign. ubi Dd.* Fa- 20
teor etiam, cùm in oratione relatio fit ad certum locum, interdum quæri, an merces, quæ ex uno loco in alium transferuntur, vel in certo loco sunt destinatæ, illius loci, ubi reperiuntur, censeri debeant. Sed & hoc in proposito nihil mutat, & quæritur hoc tùm demùm, quando de collectis, mercium nomine pendendis, agitur, vel de mobilibus in certò loco existentibus, lucrandis, controversia est, uti de hac re tractatur apud *Thomat. tract. de collect. § exposuimus num.* 16 *Francis. de Claper. in decis. caus.* 35. *quæst.* 5. *num.* 2. 3. *Mandel. cons.* 39. *num.* 10. 11. *Anton Natta cons.* 184. *num. & seq. lib.* 1.

Quæ porrò in contrarium supra allegata sunt, nihil no- 21
bis negotii faciunt. Quilibet enim animadvertit, dicta *Coleri* hùc minùs rectè accommodari, cùm agat saltem, an in iis secundum

loci consuetudinem, ubi reperiuntur, executio peti possit. Et
22 *Parisis* scripta ab illa disputatione pendent, an videlicet venalia
in generali sermone veniant. Sic quod *Ferro. in d. §. 3. in princ.*
23 scribit, refertur ab illo saltem, non etiam probatur, nisi quod subjicit, in generali legato illas non venire. Denique benè respondet ad *d. l. 1. § 1 & d. l. 5. § mercis de trib. act.* Goeddæ. *d. l. 166. num. 5.*
24 ut in iis persequendis aut refutandis, latiùs nequicquam laborandum.

Illud magis adhuc superioribus, ubi mentionem sententiæ *post* Landtrecht *tit.* zum Erbe gehöris / fecimus, in qua dicitur, Das alles Bettegewandt / Pfüle / Küssen / Leilach / die in einem Gasthoffe täglich zu der Gastung genützet / zum Erbe gehören / adjiciendum censeo, de
† quo diversimodè aliquando † *pronunciatum* fuit: quod tales res
25 pro immobilibus, sive pertinentiis, aut cohærentiis diversorii censendæ sint, & in consequentiam post mortem uxoris marito
26 non concedendæ & adjudicandæ, uti apud nos non semel † *decisum* memini: Quandoquidem eo fine & animi destinatione
† 27 comparatæ dicuntur, ut perpetuò ibi maneant, sine quibus & jus hospitii exerceri, & hospites liberaliter tractari, nequeunt, pro qua decis. facit *art. 23.* Weichbildt. *ubi & gl. num. 24. & sententia post* Weichbildt *tit.* von Gerade / Morgengabe etc. *gl. lat. lib. 1.* Landtrecht *art. 24. num. 3. l. fundi 17. §. Labeo 7. de act. Empti l. quæsitum § Papinianus de fund. instruct. leg. d. l. uxorem §. legaverat. de leg. 3. l. si quando C. de bon. vac. lib. 10. & ibid. Br. Rebuff. ad l. moventium 93. de V. S. vers. mobilia etiam omnia. Fabia. de Monte de Emptio. q. pr. 6. num. 9. Mant. d. tit. 2. nu. 15. in fin. lib. 9. Tiraq. de jur. retra. §. 1. gl. 7. num. 81 & num. 105. & in retract. lign. gl. 3. num. 5. Gail. lib. 2. Obs. 62. num. 4. vers. Porrò quoties de pertinentiis, &c.*

QUÆSTIO XVI.

In causis matrimonialibus an transigere liceat: Item quatenus Juramentum in supplementum admittatur: & pro, vel contra matrimonium, in dubio pronunciandum sit.

SUMMARIA.

1 Transactio in causa matrimoniali, regulariter non habet locum: præsertim iure divino num. 4, secus esse, ubi nondum de verè contracto matrimonio constat, probatur num. 8 cum seqq. & nu. 15, & nu. 12, adeò, ut de hoc etiam Laicus cognoscere posit, num 25.

2 In matrimonio verò contracto, ut re spirituali, omnis transactio prohibita legitur, num. 9. & num. 12. & num. 23.

3 Adeò, ut nec in eo compromitti poßit, & adde num. 21. & 23.

5 Homo non separet, quos Deus coniunxit.

6 L. Nihil: de, R. I. in matrimoniis non obtinet.

7 Iuramentum contra matrimonium deferri nequit.

10 Dispositio præsupponit substantiam, & qualitatem actus.

11 Et ab habilitate, recipit interpretationem,

13 Qualitate deficiente, & non verificatá, deficit dispositio.

14 Sponsalia de futuro, mutuo consensu dissolvi possunt, etiam iuramento confirmata.

16 Super libertate, in dubio, transigi potest.

17 Qualitas à lege requisita, certò existere debet,

18 Matrimonialis, libertatis vel servitutis causa in iure comparantur: etiam quo ad Iudicem, num 20

19 Matrimonium species servitutis.

22 Facti quæstio, reddit rem dubiam.

24 Super qua, in spirituali etiam, in Laicum compromitti potest.

26 A tractatu ad contractum, non rectè infertur.

27 *Tractantur sæpè multa, quæ non perficiuntur.*
28 *Promittens, se in matrimonium aliquam accepturum, ad satisfaciendum cogi potest.*
29 *Ex amore solo, non probatur matrimonium contractum, neq; inde ad matrimonium validè argumentamur.*
30 *Arrhæ & munera habent naturam differentem, & tàm ad sponsalia de futuro, quàm de præsenti, referri possunt.*
31 *Tractatus ubi præcesserunt, non præsumitur quis ab ijs recessisse, per subsequentem subarrhationem.*
32 *Ex tractatibus præcedentibus colligitur præsumptio sponsaliorum, non matrimonij.*
33 *Parentes pro liberis in caussa matrimoniali, quando ad testimonium admittendi.*
34 *Iuramentum in supplementum in eadem locum habet, sed tunc quando plus, quàm semiplene probatum fuit.*
35 *Fama, cum uno teste, non probat matrimonium, sed insuper aliud adminiculum requiritur.*
36 *In probationibus semiplenis coniungendis, qualibet earum, debet esse in suo genere perfecta.*
37 *Causa matrimonialis favorabilis.*
38 *In qua tamen, probatio etiam debet esse concludens.*
39 *Lex non est ita favorabilis piæ causæ, ut alijs faciat iniustitiam.*
40 *Favorabile non minùs, contra legem Dei contractum matrimonium dissolvere, quàm legitimè contractum conservare.*
41 *Præsumptio pro matrimonio restrictionem admittit.*
43 *Vexam litis pecuniâ redimere, cuiq; permissum.*
44 *Spirituali etiam in re, & quæ honorem & famam alicuius concernit.*

IN causa quadam Matrimoniali, instituta erat à puella-juvene, adversus senem virum, actio: & factâ negativâ litis contestatione, actrici probatio incumbebat: Formaverat ipsa articulos, de tractatu inter se & reum habito, de verbis, affectum & amorem ejusdem exprimentibus, de muneribus ab eodem reo sibi datis, de conversatione mutua, de fama; & ad hæc probanda, unicum testem, patrem suum, & ad famam adstruendam alios nominaverat. Cum autem intereà Reus causam hanc amicabi-

liter potiùs componendam,& cum bona alterius partis gratia à lite discedendum,quàm eventum litis expectandum,aut conscientiam actricis juramento onerandam putaret:quorum nullum periculo vacare videbat:quæsitum est,an & hoc casu transactio aliqua institui legitimè & rectè posset.

Et quidem primâ fronte, negativa sententia amplectenda 1
videbatur:propterea,quòd in Matrimonio, ut re spirituali, transactio omnis prohibita legitur: *c.fin.extra.de Transactio.* §. *quia* 2
verò Nov,Const.127.Bart.& Dd in l.fin.C.de transact. ubi & gl. ver. Sacramentum: ita,ut nec in arbitrum vel arbitratorem compromitti de causa matrimoniali possit. *c.pen.* §.*fin.de integr. restit,* 3
CC.in d.c.fin.Covarru.de sponsalib.par.2.c.8.§.12.nu.2.Nicol.Mozz. in tract.de matrim. tit.de naturalib.matrimo nu.20.21. Ioach. Beust. de sponsal.c.29. Ludov. Roma.sing.614,Tho.Trivisa.lib.1.decis.28. nu. 18.Cam.Borell.de comprom.§.2.gl.1 num.95. & ratio non tantùm à Spiritualitate,ut vocant, ducenda est, *ex c.super eo c.praterea extra de transactionib*:Sed & ex ipso Dei verbo,quod transactionem in hac re aperte improbat. Ait enim *Matth.19.ver.6.* Salvator noster;quod refertur etiam in *c. quos Deus 33.q.2 & in c.2 de transl.pralat.* Quod Deus conjunxit,homo ne disjungat: quo ipso omnibus hominibus interdictum apparet,ne mutuâ voluntate solvant,quod à DEO ipso est colligatum,ut nihil huc faciat *l.nihil tàm naturale de Reg.Iur.*: cum tantummodo de his quæ à potestate utriusque partis pendent,loquatur. Atque hinc est, quod in causa matrimoniali juramentum voluntarium à parte parti matrimonium neganti, & sic contra matrimonium deferri nequit, *gl.in l.3.§.quacunq. ubi & Bart Alex.Salicet. de Iurejur. Beust.d.tract.sponsal.c 45.Io.Baptist Asin.de Executio.§.uls.c.371. n. 1.& seq Gail lib.2.obs 94.nu.13 cum seq.*

(4, 5, 6, 7 in margin)

Quamvis verò hæc ratio sit verissima: Tamen in casu superiori haberi transactionem locum,non malè quis affirmaverit, Etenim jura, quæ à matrimonio transactionem removent, & per eam, vinculum conjugii dissolvi volunt: ita intelligenda sunt, si modò matrimonium verè sit contractum, & vinculo 8 9

aliquo

aliquo inter se sponsus & sponsa teneantur. Omnis enim dispo-
10 sitio, præsupponit substantiam & qualitatem actus, *l. 4. § conde-
mnatum de re judicata. Cathedram decisi. 69. num. 8.* Itemque de ha-
11 bilitate recipit interpretationem, *l. ut gradatim 11. de muneribus*
12 *& honor.* & quia præsupponendum est, prius matrimonium inter
partes de facto contractum, non verificatâ hac qualitate facti,
13 utiq; & dispositio, quæ de matrimonio concepta est, locum hîc
nullum habere poterit, *l. 4 de Iust. & Iure l. 2 §. 1. Testam. quemadm.
aper. l. quidam 14. D. de Iure codicill. Fulgos. in l. mancipia. C. de serv.
14 fugit.* Proinde dubium nullum est, à sponsalibus de futuro, ut
quæ non transeunt in matrimonium, mutuo dissensu recedi pos-
se, etiam si Iuramentum intervenerit *c. 1. Ex. de sponsal. Covarruv.
de sponsal. par. 1. c. 5. in princ. num. 1.* Cum autem in proposito inter
partes de hoc maximè quæreretur, an verè sponsalia de præsenti
Matrimonio contracta essent, neque dum quicquam probatum
existeret: ex ipsis prætereà articulis appareret, valdè infirmam &
insufficientem probationem actricis futuram: dici profectò ne-
15 quit, Matrimonium inter partes fuisse. Proinde de hac ambigui-
tate, & ubi nondum de facto constabat, & verisimile erat, parum
aut nihil actricem approbaturam, videri, poterat, non malè ad
16 Transactionem amicabilem descendi posse. Ita enim videmus,
quamvis & super libertate & statu hominis prohibita sit à jure
transactio, *l. fin. C. de Transact.*: Tamen etiam contra libertatem
eandem, super conditione servili: & pro libertate similiter, va-
lere, quando de hoc adhuc controvertitur, an quis servus vel li-
ber existat *d. l. fin ubi Dd. communiter notant generaliter: multa in
dubiis tolerari, quæ in casu claro non permitterentur, quod ibid. Alci-
atus aliquot exemplis confirmat, & tradunt Dd. communiter in l. 1. C.
17 de pactis.* Facit huc regula generalis, quâ traditum est: quoties-
cunq; lex qualitatem aliquam requirit, ei ita demùm locum es-
se, si de qualitate ipsa constet, non si dubitetur, *l. crimen. C. ad L.
Iul. de adult. l. Divus ubi Bart. de testam. milit. Ioan. Bap. Asin. de ex-
18 ecu. § 1. c. 29 num. 18. c. 30. num 1. c. 39. num. 1. & seqq.* Et compara-
tionem liberalis, vel servilis & Matrimonialis caussæ adjuvat

quod

quod hæc illi non rarò in jure conferri solet: quod in utraq; de
statu hominis agitur: Unde matrimonium species esse dicitur 19
servitutis,& de utraq; scriptum est,quod majores Iudices habe- 20
re debeat, *c. pen. ex. de in integr. restit. gl. in c. licet mulieres Ex. de*
Iurejurand. Aug. Bero quæst. 55. num. 2. Traditum præterea est: 21
utcunque de rebus spiritualibus transactio prohibita sit,&com-
promitti etiam nequeat: Tamen hoc tunc saltem verum esse,
quando de Iure quæritur, & in facto nulla ambiguitas existat.
At quando de facto est quæstio, utrum nempe res ita acciderit, 22
quemadmodum narratur,& per negationem res facta est dubia,
neq; quicquam adhuc Iudici approbatum: Ibi verò non negant 23
Interpp. nostri, transactionem & compromissum locum habe-
re, *Bart. & Alex. in l. quoties C. de Iudic.* adeò etiam,ut & in Lai- 24
cum compromitti,super quæstione facti possit, *Bart. in l. omni C.*
de SS. Eccles. Innoc. in c. innotuit ex. de arbitr. M. Ant. Blanc. de com
promiss. quæst. 4 num. 3. 5. 7. 9 Borell d. §. 2 gl. 1 nu. 98. Sebast. Vant de
Nullit. tit. ex defect. jurisdict. ordin. num. 54. & in disertè *Bart. in d. l.*
omni: quando in causa matrimonii super facto lis est, an nempe 25
desponsatio re-verâ intervenerit, tunc Laicum de hoc cogno-
scere posse.

Verùm enimverò talem in proposito etiam esse facti quæ-
stionem,patet ex his,quæ initio sunt commemorata, ubi lis ne-
gativæ à Reo fuit contestata, & nihil adhuc probatum per
partem Actricem:& ut maximè probata essent omnia,quæ arti-
culata fuerunt,nihil tamen inde concluderetur,& dubitatio ad-
huc maxima superesset,an Iuramentum in supplementum defe-
rendum esset.Etenim hoc probè annotandum est,nulla hîc ver-
ba apta ad matrimonium,vel sponsalia de præsenti,proferri pos-
se:sed tantùm tractatus & conversationem mutuam, munera
deniq; data liberaliter:Ex tractatu autem, ad contractum infer- 26
ri non posse,tralaticium est. *Ias. Castr. in l. in bonæ 17. de eo quod*
certo loco: Multa nim sæpè tractantur,quæ non proficiuntur, *l. si* 27
voluntate. C. de rescinden. vendit. Fr. Ripa in l. 1. in pr. num. 2. ad SC.
Trebel. Et quamvis in matrimonii contractu singulariter placue- 28

rit, cum qui promisit aliquam in matrimonium accepturum, cogendum promissioni suæ omninò satisfacere, *c. 2. c. ex literis. ex. de sponsal. Covar. de spons. par. 1 c. 4. in pr. num. 2.* Tamen ne hîc quidem, in proposito talia verba urgentur aut proponuntur, neque approbari possunt: sed res tota in nudis tractationibus amicabilibus, nihil certò confirmantibus, substitit. Unde & pro cōfirmatione actionis intentatæ, tantùm proponuntur sermones amicabiles, de amore habili, ut, quod quæsisset senex à puella: *num etiam senem amare posset*: cum tamen certum sit, per amores

29 & calores iuveniles matrimonium non probari, neq; inferri ad matrimonium, si probetur, quendam mulierem vehementer adamasse aut deperisse *secundum Paris. Cons. 55. num. 41. lib. 4. Mascard. de Probat. lib. 2. cons. 1032. num. 5.*

30 Ac quod attinet munera & arrhas, quæ datæ proponuntur, constat sanè, illarum naturam esse indifferentem, quæ se tàm ad

31 sponsalia de futuro, quàm de præsenti habere possint: Proinde ubi præcesserunt tractationes de futuro: non præsumitur, quis ab iis recessisse, aut se correxisse per sequentem subarrhationem, *Dd. in c. fin. de desponsat. impub. Aug. Bero. quæstio 6. num. 5. Covarr. d. tract. sponsal. par 1. c 4. §. 2. num. 2 Mascard. de Probat. lib. 2. Concl.*

32 *1023. num. 2. & seq* ubi ait, quando præcesserunt tractatus, vel verba apta ad sponsalia de futuro, tunc induci tantùm præsumptionem sponsaliorum, non autem matrimonii. Iam si ipsius probationis formam penitiùs intueamur, producebatur pater, & ita testis unicus: huic adminiculari debent testes de fama deponentes: Num verò hæc ad probationem sufficient? Utut enim pa-

33 rentes pro liberis in causa matrimoniali admittantur, *c. videtur ex. qui matrim. accus. pos.*: tamen hoc procedit, non datâ magnâ inæqualitate, cujusmodi hic tàm ratione ætatis, quàm divitiarum versatur, *Aug. Bero. quæst. 55. nu. 1. Mascard. d. lib. 2. Concl. 1022. num. 4. cum seq. & num. 25. cum seq.*

34 Licet etiam Iuramentum in supplementum quandoque, ob minus sufficientem, aut semiplenam probationem, actori in causa matrimoniali, ex quorundam opinione locum habeat, ni-

hilo

hilominus adverti per Iudicem debet, utrum plus quàm semiplenè sit probatum, ut si, præter semiplenam probationem, esset aliqua gravis & insignis præsumptio pro actore: Item quando actor probasset per unum integræ opinionis testem, & ultrà hunc legitimè probasset de fama, vel aliis adminiculis, ut latè docet *Mascard. d. lib. 2. Concl. 1033. num. 1. 5. cum seq. Ioach. Beust. d. tract. sponsal. c. 41. 42. Io. Bapt. Ferret. Cons. 96. num. 1. & seq. lib. 1. & cons. 392. nu. 7.* ubi ait, famam cum uno teste non probare matrimonium, sed insuper requiri aliud adminiculum. Ac notandum cumprimis, est quando de conjungendis pluribus semiplenis probationibus agitur, oportere unumquenq; in suo genere perfectum esse, *Bald. in l. si quis ex argentariis §. 1. de edendo, Mascard. d. concl num. 27.* 35 36

Neq; opus est, ut quis adversus superiora tàm valdè urgeat matrimonij favorem, & pro eo in jure nostro benigniores præsumptiones. Nam certum est, etiam in causa matrimoniali, & alia qualibet, licet favorabili, probationem debere concludere: & alioquin reum absolvēdum esse, utcunq; aliàs multis privilegiis matrimoniū gaudeat: cum lex nō debeat ità esse favorabilis piæ causæ, ut aliis faciat injusticiam, *c. ex tenore de foro comp. c. ex tenore de donat inter vir. & uxor. Io Bapt. Ferret. d. Cons. 196. num. 10. & cons. seq. nu 8. 9. lib. 1.* Imò multa in favorem matrimonij conceduntur, quæ permitti debent, etiam oppugnantibus matrimonium, favore animæ: Quia non minùs est favorabile, matrimonium, contra Legem DEI contractum, dissolvere: quàm legitimè contractum conservare, *Decius c. 1. num. 20. ex. de Probat. Hier. Alban. in addit. ad Bart. in d. l. fin. C. de transact.* Denique præsumptio illa, quæ pro matrimonio capienda vulgò dicitur, non procedit, quando matrimonium tantùm est semiplenè probatum, aut clandestinè contractum, vel personarum intercedit inæquitas, quæ omnia etiam in proposito concurrunt, ut proinde & hîc suprà allegata præsumptio, non adeò urgenda videatur, per tradita à *Mascard. d. lib. 2. Conclu. 1026. nu. 4. & seq.* 37 38 39 40 41

Ex quibus omnibus tandem apparet, verum esse, quod initio proponebatur, nempe in hujusmodi specie Transactionem
42 non usque adeò improbari oportere: Præsertim quando illa huc
43 tendit, ut quis vexationem litis redimat: Licet enim semper ad redimendam litis vexationem pecuniam dare, *l. servi. 23. C. ad L. Iul. de adult. gl. in c. dilectus la. 1. ex de Simon. c. decimas 16. q. 7.* adeò,
44 ut vexationem Iudiciariam & extrajudiciariam, tàm in re spirituali, quàm profana, consistentem, & honorem & famam alicujus concernentem & similia, impunè redimere liceat, *c. ex parte de Decim. c. quemadmodum de Iurejur. gl. Abb. & alij in d. c. dilectus Franc. Viv. decis. 50. num. 1. 2. 9. & seq. lib. 1.*

QUÆSTIO XVII.

Insinuatio donationis caussâ mortis, rerum præsertim immobilium, an coram Judice, sub cujus Jurisdictione res illæ sitæ sunt, in terris Saxonicis fieri debeat.

SUMMARIA.

1 *Donatis causâ mortis insinuatio, aliter fieri solet de Iure Saxon: aliter Iure communi. & nu 15. cum seqq. Sed quod tales donationes secundum Ius commune regulandæ, traditur nu 20. & nu 30. & nu: 43.*

2 *Donatio caussâ mortis sæpè ex coniecturis colligitur,*

3 *Donationes inter virum & uxorem f. Ct., non valent, & nu: 10. Factæ tamen nec revocatæ, morte confirmantur, nu: 6.*

4 *Actus potius valere debet, quàm perire,*

5 *Donationis causâ mortis, inter coniuges valent.*

7 *Donatio potius inter vivos, quàm causâ mortis præsumitur.*

8 *Donatio continens clausulam de non contravenendo, præsumitur inter vivos: quod limitatur, qundo ipsa donatio invalida redditur nu: 9. & quando ex*

consuetudine notariorum clausula, præter mentem donantis, fuit adiecta nu. 11. Item quando in clausula in principali dispositione non reperitur, num. seq.

13 *Donationis effectus, quando in tempus mortis confertur, præsumitur causâ mortis donatio.*

14 *Clausulæ præcedentes, maioris sunt efficaciæ, ad determinationem sequentium, quàm contrà.*

15 *Donationis insinuatio necessaria, quando summa excedit 500. aureos.*

17 *Donationis insinuatio, de Iure communi, apud quemvis magistratum fieri potest, etiam quando bona alibi sunt sita.*

18 *De Iure Saxonico insinuatio donationis causâ mortis facienda videtur, apud rei donatæ Magistratum per art. 52. & art. 21. lib. 1. Landr.*

19 *Statutum loquens de insinuatione donationis coram Iudice ordinario, etiam in donatione causâ mortis obtinet, sed vide num. 35.*

21 *Art. 52. lib. 1. intellectus & nu. 23. quod videlicet ad propriam donationem restringendus sit, non æquè ad donationem causâ mortis, propter nuptias, & reciprocam, nec ad extraneos heredes extendendus.*

22 *Verba statutorum strictè accipienda.*

24 *Donatio causâ mortis, sub verbis & dispositione ultimarũ voluntatum comprehenditur.*

25 *Et vim habet vltimarum voluntatum.*

26 *Consfit I. par. 3. Cur speciali Iure insinuationem bonorum apud Iudicem, sub quo sita sunt, exigat.*

27 *Donatio in statutis, de donatione inter vivos accipitur.*

28 *Lex de donatione dubitativè loquens, an donationem causâ mortis comprehendat.*

29 *Statuti ratio magis, quàm verborum sonus inspiciendus.*

31 *Recursus ad Ius commune, est favorabilis.*

32 *Interpretatio secundum Ius commune recipienda.*

33 *Insinuatio donationis non requiritur ad substantiam, sed magis ad probationem.*

34 *Probatio coram quovis magistratu, uti & in ultimis voluntatibus, fieri potest.*

36 *Dominorum interest, scire quos subditos habeant.*

37 *Alienatione factâ per contractum, multæ fraudes perpetrari possunt.*

38 *Insinuatio, de Iure communi, ad evitandas fraudes adinventa.*

39 *Alienationes, quæ per testamentum fiunt, ijs, quæ fieri solent per contractum, non solent includi.*

40 *Opinio, quæ servit sustinendis ultimis voluntatibus, recipienda.*

41 *Interpretationem certam, quæ semel receperunt, in dubium revocanda non sunt.*

42 *Art. 21. lib. 1. Landr. intellectus.*

44 *Ius Saxon. eatenus valet, quatenus consuetudine receptum.*

45 *Testamentum, de Iure communi, condere prohibitus donare causâ mortis nihilominus potest.*

DOnaverat quidam in urbe Halensi Uxori suæ Salinas, quas vocant, ein Erbsal, folt/ Unde interrogati Anno 87. utrum
1 insinuatio donationis illius fieri debuisset, quemadmodum in foro Saxonico facienda est secundum artic. 52. Landtrecht lib. 1. an
† verò ut in foro communi. Responsum † dedimus in hanc sententiam: Donationem prædictam pro donatione inter vivos non
2 esse habendam, sed caussa mortis, idque ex multis conjecturis, de quibus tractant *Mantica de conject. lib. 1. c. 14. Ioan. Bologn. in l. fi. nu 110. & seq. C. de pact. Mascard de probat vol. 1. concl. 501. Menoch. lib. 3. præsumpt præs. 36.* Et quoniam facta est inter virum & uxo-
3 rem, quæ cum inter vivos simpliciter non valeat, facta censeri
4 debet, ut valeat potiùs, quàm pereat, *l. 3. de testam. milit. l. si tàm angusti & ibi DD. de servitut.* Constat autem de iure, quod dona-
5 tiones caussa mortis inter conjuges valeant, *l. quod autem. 7. §. si maritus 9. in in fi. l. cum hic status 23. §. si inter virum 24. in fi. de donat. in vir. & uxor. l. 3. l. si maritus 10. C. d. t. Zob. l. par. 2. diff. 20. nu. 2. & diff. 22. num. 14. & 24. Beust. in l. 1. de Iurejur. num. 208.* Unde
6 etiam simpliciter factæ, nec revocatæ, morte confirmantur *d. l. cum hic 23. de donat. int. vir. & ux. l. 3. C. d. t. Cor. f. lib. 5. miscell. ca. 1.*
7 *Gail. lib. 2. obs. 9. n. 1.* Neq; quicquam refragatur, quod donatio inter vivos potiùs, quàm causa mortis cēseri debeat. Quia illud non semper procedere, constat ex ijs. quæ tradit *Menoch. lib. 3. præs. 36. & Iacob Thoming decis. 20. num. 1. & p. fi.* Sic non obstant donationis illius verba postrema, quibus donans promisit, se o-
8 mnia illa inviolabiliter servaturum, ex quo donationem inter vivos colligunt multi, *ex l. ubi ita donatur. de donat. causa mort ubi Br. Angel. Castrens. Ias. l. non omnis num. 2. Si cert. petat. Ferret. Cons. 3. Clarus §. donatio q. 4. in fin. Anton. Gabr. Rom. de Iurejurando concl. 9 nu. 2. Menoch d. lib. 3. præs. 35. num. 21. cum seqq. Schneidew. Instit. de donat. tit. de donat. caussa mortis num. 4.* Quia illa verba necessariò non inferunt donationem inter vivos, ut in terminis probat *Decius cons. 305. num. 5 cum seq. Alex. l. quæ dotis num. 11. solut. matrim. Simon. de Prætis de ult. volunt. interp. lib. 2. dub. 1. sol. 14.*

nu. mo.

num.20.cum seq. Et aliàs illud limitari solet, ut non procedat, 9
quando tale pactum de non revocando, transferendo donatio
nem causâ mortis in donationem inter vivos, redderet ipsam
donationem nullam & invalidam, pro ut per plura probat *Nic.
Mozz. de Contractib. tit de donat cap. de divis. don num 19.* Quod
in proposito fieret, si donationem hanc in eam, quæ inter vivos 10
fit, transtuleris, *per l.1. & 3 §. sciendum & 10. tit. de donat. int. vir. &
uxor. c. donat extra de donat int. vir. & uxor. & lib. 1. [illegible] artic.
31. Schneidvv de donat. §. aliæ num. 17 Socinus regula 141 Clarus §.
donatio q. 9. Capell. c. [illegible] 112. Corras. lib. 2 Miscel. cap. 25 in fin. & lib.
5. cap. 14. num. 4. Alciat. lib. 3 disp. cap. 14. Menoch d. lib. 3 præs. 23.
num. 1. cum seq.* Ergò prævalere debet sententia, per quam actus 11
sustinetur. Et novum non est, clausulas ejusmodi ex Stylo No-
tariorum, præter & contra partium mentem, adjici, quæ & ideò
valere non debent, si in principali dispositione non reperiantur, 12
*Molin. in Consf. Paris. tit. 1. §. 18. num. 1. Fr. Riva in l. centurio num. 80.
& seq. & num. 131. de vulg. & pupil. Paul. Paris. cons. 20. num 87. &
cons 110. num 101. vol. 1. cons. 14. num. 68. vol 3.* Constabat præterea 13
in proposito, donationem non aliter, quam in eventum mortis
factam, ejusque cogitatione effectum etiam ejusdem, in idem
tempus collatum *Iacob. Thom. d. decis. 28. num. 38. cum aliquot. seqq.*
Iam clausulæ præcedentes majoris sunt efficaciæ, ad determina- 14
tionem sequentium, quàm sequentes clausulæ, ad determinatio-
nem præcedentium, *Cagnol. in l. 1 num. 36 de Iudic. l. quisquis 95.
ubi gl. & Br. de legat. 3. Intriglialus de feud. q. 6. num. 57.*

Sed quoniam donatio hæc causâ mortis facta non erat ce- 15
lebrata coram quinq; testibus, quo casu, & si excedat 500. aure-
os, insinuatione opus habet, *l. fen. C. de don. ca. mort. §. alia Instit. de
donat. & ibid Dd. ubi Schneidvv nu. 6. cum seq. Riminald de donat. §.
1. nu 40 . & 415. Beust. l. 1 de Iurejur. nu. 93. cum seq. Schurff. Cons 6.
cent. 1 Guido Papa decis 315.* Suboriebatur dubia quæstio, qualis 16
in proposito insinuatio sufficeret: Num juris cõmunis illa usur-

17 pata in donationibus simplicibus, quæ corã quovis Iudice fieri potest, etiamsi bona alibi sint sita, ut habet *verior* sententia *ex l. data 27. ubi Br. l. in hac 30. C. de donat.* quàm latè defendit *Hippol. Rimin. in d. §. 1. nu. 165 & seq. Instit. de donat. Gail lib. 2. Obs. 39. nu. 28. & obs. 123. nu. 1. Hotom. Cons. 1.* & ex multis *communem* refert
18 *Emma. Soar. in thes. rec. sent. lib. 1. nu 107.* An verò requiratur insinuatio Saxonica, de qua *in art. 52. lib. 1.* Landr. ubi generaliter dicitur, bona quævis immobilia, absq; heredũ & judicis, ubi sita sunt, cõsensu, alienari non posse, quàm opinionẽ etiam probat, *art. 21. lib. 1.* Landrecht. ubi constitutio dotalitij, vel ususfructus, simili solennitate fieri debere scribitur. Quod in speciem nobis propositam incidere videtur: Et in terminis tradit *Schneidvv. d. §. alia nu 11. in fi.* Quibus & hoc accedit quod *Franc. Beccius Cons. 62. per tot. & maximè nu. 40* tradit. statutũ, requirens, insinuationẽ
19 donationis fieri coram judice ordinario, sub quo res donata sita est, etiã de donatione causa mortis, propter nuptias, & aliis speciebus omnibus, præter specificè exceptas, intelligi debere, idque ideò, quoniã & in illis similiter, ut in donatione simplici, statuti ratio militat. Quib. adminiculari videntur ea, per quæ suadetur, donationẽ hanc non causa mortis, sed magis inter vivos factam.

† *Decisum* † tandem in proposito, insinuatione Saxonica opus
20 non fuisse, sed, secundũ jus commune, Iudicem domicilij à donatore rectè aditũ fuisse. Et ut breve faciam, punctus dubitationis hujus in eo versatur: Utrũ, quod *in d. art. 52. li. 1.* dicitur, locũ
21 habeat in donatione causa mortis, seu inter cõjuges facta, quæ morte debet cõfirmari. Certũ, n. est, *illũ textum* strictè accipiendũ, ut in statutis fieri solet, *Gail. lib. 2. Obs. 33. nu. 1. 2. & de pace publ.*
22 *lib. 1. cap. 4. nu. 30 Pist. lib. 1. q. 31 nu. 28 cum seq. & q. 33. nu. 30. Goden Cons. 90. num. 16. Tiraq. de ll. connub. gl 5. num. 61.* Et in terminis *d. art. 52.* expressè tradit *Fachs. differentia 4. Reinhs differentia*
23 *4 par. 1. in fin.* ubi saltem ad propriam donationem restringit: Et *Beust. in d. l. 1. nu. 221.* ad bona auita immobilia, & ad suos heredes, quod confirmat *Constit. 12. par. 2.* & ea quæ tradit *Ferro. lib. 2. de retract §. 1. in consuetud. Tiraq de retract. prox. §. 32. gl. 1. num. 2.*

Pro

Proinde & in donatione causâ mortis illum non habere locum, probant quæ sequuntur. Constat notoriâ praxi harum regionum, articulum istum ad hujusmodi donationem non extensum, quemadmodum refert *Fachs. differentia 4. ubi pro hac sententia allegat Hieron. Schurff.* puta *Cons.6 num.10. cum seq. cent 1. Beust. d. l.1. num.205. de Iurejur.* ubi expressè dicit, dispositionem illius textus ad donationem propter nuptias, ad donationem reciprocam, ad donationem causâ mortis, referendam non esse, licet pro majori cautela, faciendum ita existimet. Sic & *in gloss. lat. quæ incipit præsens artic. d. art.52.* nominatim hujusmodi exceptio ponitur. Et *in d. Constit. Elect.12. par 2.5.* Vnd alle obgesatzte/etc. 24
dicitur expressè, dispositiones ultimarum voluntatum, eo articulo (Et quidem rectè, per rationem, & tradita à *Covarr. in c. Rainut. in pr. nu.5. cum seq. de Testam Tiraq. d. tract. prox. §.26. gl.1. num.5.6. & §.32. gl.1. num.55. & de ll. connub. gl.5. ver. contra, num. 100. Vasq. de success. to.1. lib.1. § 10. num.88. Everh. Cons.6. nu.2. & 24.*) nequaquã comprehendi, quibus verbis semper donationes causâ mortis inclusas putatum est. Eę enim, quo ad effectum, vim, ul- 25
timarum voluntatum habent, *gl. in l.2. verb legatum. de opt. leg. Ias & Dd. in l.2. de leg.1. Clar. § donatio q.5. & fac. Constit.15. par 2. in fin.* Confirmat nostram opinionem *Constit 1. par.3.* quæ dum 26
donationem omnium bonorum speciali dispositione apud acta Iudicis, ubi bona sunt sita, insinuari vult, facilè innuit & præsupponit, in aliis donationibus aliud observari debere. Et hæc in- 27
terpretatio consona est Iuri communi, juxta quod, verbum donationis, in statutis & alibi positum, de ea, quæ propriè donatio dicitur, non autem de ea, quæ ob causam fit, accipitur, *l.1. in pr. de donat. Tiraq. in l. si unquam verb. donatione largitus num 141. & seq. C. de revoc. don. Cap. Tol. decis.382* Et quamvis lex, cum de dona- 28
tione prohibitivè loquitur, ut *in d. art. in princ* censeatur & donationem causâ mortis comprehendere, ut *ex Bl. in c. imperialem de prohib. feud. alien. per Frideric. & aliis* probat *Hipp. Rim. ad princ. tit. Instit. de donat. num.224*; tamen præterquam quod dubia est hæc opinio, in statuto, quod fœminas, sine agnatorum con-

rum pragmaticorum, de quibus suprà, interpretationem jam habeamus, *l. minimè de LLs.*

42 Sed obstare nobis, & quidem potissimùm, adhuc videtur *artic. 21. lib. 1. Landrecht*, in quo constitutio vel donatio ususfructus mulieri, non rectè fieri dicitur, nisi accedat consensus Iudicis ejus, ubi bona donata sunt sita. Verùm, ut maximè ista de donatione simplici intelligantur, quoniam mortis non habent mentionem adjectam, etiam dubium est, utrum ista in usufructu, mulieri in eventum mortis mariti donato, procedant. Diximus enim & probavimus antè, in donatione, quæ mortis caussà, & inter conjuges fit, insinuationem Saxonicam, testibus pragmaticis Iuris Saxonici, non requiri. 43
Hinc & Iuris Saxonici dispositionem eatenus saltem valere, quatenus consuetudine est recepta, *passim Dominus Hartm. Pist. in quæstionibus* rectè edocuit. 44 Quocirca neque nos verba statuti prohibitiva movere debent: Cum Iure communi testamentum condere prohibitus, donare caussâ mortis nihilominùs queat, quemadmodum de usurario & excommunicato tradit, *Fulv. Constant. in §. 1. num. 16. Instit. de donat.* cui addi possunt *Rebuff. in l. alienatum 67. §. donationis de V. S. Tiraq. de LLs. connub. gl. 5. vers. contract. num. 22. cum mult. seqq.* 43

QUÆSTIO XVIII.

Vasallus alienando feudum sine Domini consensu, an Iure Saxonico privandus sit eo statim, ubi tradidit, an verò insuper necessaria sit coram domino facta resignatio: Et, antequam Dominus suo Iure utatur, utrum revocare à possessore possit.

SUMMARIA.

1 *Vasallus feudum, sine Domini licentia, alienans & tradens, illud perdit.*
2 *Iure tamen Saxonico resignatio, vulgò* Aufflassung/ *præterea ut accedat, exigitur. Sed contrarium verius, adeò, ut sola possessionis cessio sufficiat num: 4. & nu: 7. num: 10. & nu: 14. neq; etiam verbalis resignatio requiratur, nu: 13.*
3 *Traditio non dicitur Iure Saxonico, sine resignatione.*
5 *Possessio ex contractu etiam inutili, reali traditione interveniente, transfertur.*
6 *Ex possessionis sola translatione, privatio feudi inducitur, & de Iure Saxonico & Civili num. 16.*
8 *Possessionis abdicatio nudâ voluntate amittitur.*
9 *Resignatio pleni Iuris de Iure Saxonico in feudalibus non obtinet,*
11 *Quod absurdum non est.*
12 *Constitutiones Electorales abdicationem non exigunt.*
15 *L. Si quis. §. testamentum de Pœnis, intellectus.*
17 *Disposita de alienatione, ad possessionis translationem referri possunt.*
18 *Dominium transfertur in contractu emptionis etiam sine resignatione.*
19 *Vasallus, feudum à se alienatum, ante declarationem Domini, quod velit ipsum eo privari, à possessore vindicare non posse videtur, sed contrarium probabilius nu 24. & nu. 32 Modo incontinenti revocetur, nu 35.*
20 *Nemo contra factum suum, etiam inutile, venire debet, sed vide nu: 28.*
21 *Multa in alterius damnum non tendunt, ijs quæ actum celebrarunt, nocent.*

22 *Exceptio repellit agentem, quem de evictione tenet actio, sed vide nu:32.*
23 *Cedens, etiam inutiliter, suo jure privatur.*
25 *Sententia declaratoria requiritur in privatione feudi, & num 27.*
25 *Lex ipso facto quid constituens, nihilominus factum requirit hominis.*
29 *Pater potest adventitia filij, maritus dotalia, alienata revocare.*
30 *Fideicommisso-res commissa alienata, revocatur.*
33 *Possessor à quo feudum alienatum repetitur, non potest se exceptione ea tueri, quod illud Domino sit commissum.*
34 *Dominus verò rectè potest.*
36 *Feudum sub conditione venditum & traditum Dominus revocare non debet, & ratio num:38.*
37 *Vendens feudum cum protestatione, salvo Iure Domini, & tradens, feloniam committit.*
39 *Contractus, sub conditione celebratus, non aliter est firmus, quàm adimpletâ conditione.*

IUris feudalis trita & expedita est regula, quod Vasallus, sive novum, sive antiquum feudum, sine licentia Domini alienans, illud amittat: Hinc controvertebatur aliquando, si post alienationem aut venditionem, sine superioris consensu, simpliciter factam, illud tradidisset, nondum tamen, prout moris est, coram Domino feudi resignasset, an eo ipso feudo privandus veniret, Iure potissimum nostro Saxonico. 1

Et videtur dicendum, resignationem requiri: Cum certi sit Iuris, Vasallum non nisi post traditionem, privari posse, *c Imperialem de prohib feud. al. per Frid. Clarus § feudum. q. 31. num. 3. Wormſ. in pract. Observ. tit. de feud. obs. 39.* Iam traditionis vicem Iure Saxonico Resignatio, sive, ut Saxo loquitur, *Lib. 1. Landtrecht artic. 9. & lib. 2. art. 24. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 13, num. 78.* Die Aufflassung obtinet, adeò ut nihil dicatur hoc Iure traditum, nisi sit & resignatum, *Ant. diff. lib. 2. diff. 20.* 2

Contrà tamen, ex sola possessionis cessione, extra judicium facta, eum privandum puto. Nam licet ad pleni Iuris translationem cessio judicialis exigatur Iure Saxonico nostro: tamen ex contractu, etiam inutili, per actualem traditionem, transferri possessionem, scimus, *Dd l. 1 § si vir uxori & l. quod meo, de adquir.* 4 5

dum non sufficere, sed requiri etiam hoc loci resignationẽ, per *l. si aliquid §. testamentum. de pœnis*: Quilibet tamen facile animadvertit, Regulam *d §. test. mentū* nihil ad rem facere: cum duntaxat procedat in annullatione actus: non æquè, quando 16
præter eam, alia pœna superadditur, ut hîc *per c. Imperialis de prohib. feud. al. per Lothar. c. Imperialem in verbis, feudum vendunt & in alios transferunt, sola possessionis translatio sufficit, & c. de prohib. feud. al. per Frid. quemadmodum & ibid. notant FF. & tenet Curt. de feud. par. 4. num. 108. Clar. d. q. 31. num. 2. & 7. Molin. in consuet. Paris. §. 13. gl. 1. num. 2. Borch. de feud. cap. 8. num. 80. VVesemb. de feud. cap. 11. nu. 3. & post Menoch. Cons. 38. nu. 30. vol. 1. & cons. 27. num. 28. vol. 3. aliosq. Vultz. de feud. lib. 1. cap. 11. nu. 42. vers. secundum est, ut alienatio, & c. Rosental. de feud. cap. 9. concl. 96.* Et aliàs, quod 17
de alienatione constitutum est, etiam ad possessionis translationem accommodari solet, *Simoncel. de decret. lib. 7. tit. 8. nu. 58. & seq.* faciunt scripta *à Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 1. nu. 5. 6. 7. & seq.* Quod si quis effectum der Aufflassung ex Iure Saxonico urgere velit, consideret primùm, cur in emptione transferatur dominium, sine respectu resignationis aut abdicationis, quæ tamẽ in donatione requiritur, *secundum gl. art. 34 in pr. lib. 1. Landrecht. & art. 9. eod lib. in gl. germ. nu. 1.* ubi expressè dicitur, venditione & traditione transferri dominium, non per judicialem resignationem. 18

Cæterùm superioribus valdè affinis est & hæc dubitatio: An Vasallus, sine Domini & agnatorum consensu, feudum ita à se venditum, atq; traditum, antequā hi suo Iure utātur, ab Emtore seu possessore vindicare posit, Quod dicendum nō videtur: Obstat enim illi factum suum, quamvis inutile, cui contradicere nō debet. Deinde axioma, quo dicitur, quod ea, quæ in damnum alterius non valere creduntur, momenti tamen aliquid habeant inter eos, qui actum inutilem celebrarunt, ut scilicet jure suo priventur. *Vant. de nullit. tit. quis pos. dic. de null. num. 2. & tit. quoties & intra quod temp. num. 53. & seq.* Et nota etiam est regula: Quem de evictione tenet actio, hunc agentẽ repellit 19 20 21 22

tius d. tit. quoties & intra quod tempus n. 53. Tiraq. de LL. connub. gl. 8. num 97. cum mult. seqq. & in retr. proxim. §. 26. gl. 2. num. 5. 6. 12. & ad fin. tit. num. 100. VVesemb. cons. 2. num. 79. Sic pater adventitia filii, maritus dotalia, Prælatus Ecclesiæ bona non jure à se alienata, rectè impugnant & revocant: non secus, atq; is, qui rem 29
fideicommisso subjectam, alienavit; *Ar. Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 73. C. de bon. mat. Em. Soar. in thesau. recept. sent. lit. D. nu. 367. & lit. N. num. 66. Paul. de Castr. in l. filius fam. §. Divi num. 3. de legat. 1. Bocr. decis. 23. num. 13. & s. q. Hipp. Rimin. ad tit. Instit. quib. al. lic. ad princ. cir. fi.* Nec obstat Vasallo: quod, ut suprà monuimus, de evictione teneatur, quia res hîc ex natura ipsius rei & negocij ac Iure speciali evincitur: Cessio enim Iuris per se, utpote contrà ejus prohibitionem facta, est inutilis *Harm. Pist. lib. 2. q. 10. num. 7. cum seq. Tiraq. de retract prox. §. 1. gl 9. num. 31. & nu. 34. & c. & §. 26. gl. 2. num. 11. 13. & seq.* Et non desunt, qui feudum nulliter alienatum, ab ipso alienatore, non obstante evictione, revocari posse tradunt, *Phil. Dec. Cons. 185. in caussa. nu. 7.* faciunt quæ *idem Cons. 445. in casu. nu. 55. cir. fin.* tractat in terminis: atq; *ex consuetudine Regni Neapolit. nullam dubitationem habere*, ait *Mari. Frec. de feud. lib. 2. § A Regnicolis num 5. & seq. pa. 136. & nu. 17.* ubi notandum, revocationem quidem feudi, illum etiam ex Iure communi probare, sed non æquè, quemadmodum jure Regni Neapolitani: Quod si quis, Vasallum feudum ita alienatum revocare non posse, dixerit; cum Domino sit commissum. Et respondendum: Exceptionem hanc esse de Iure tertij, à quo possessor caussam non habet: & idcircò eandem illi non profuturam, prout latè & pulcrè tractat *Castren. in l. cum servus C. de serv. fugit.* Hinc quod, præter Dominum, nemo defectum consensus eius, in revocatione feudi obijcere posit, bene tractat *Ioan. Cephal. Cons. 3. num. 122. lib. 1. & Cons. 153. num. 95. 116. Roland. à Valle Consil. 100. nu. 74.* Rectè itaq; Vasallus quoad possessorem hunc, liberas ædes habet, *l. loci 4 § competit 3. si servit. vindic.* Impugnante autem Domino, non est dubiũ, quin omnia infirmentur, etiam invitis alienatoribus, & perperam cõtrahentibus, *per not. à Castrens. in l.*

30 31 32 33 34

* *Per fundum 12.nu.11.de servit. rustic. prad.* Addo, *communi* * cal-
35 culo receptum esse: Vasallo, factâ alienatione, licere feudum statim, seu in continenti, nec longo intervallo interveniente, revocare, quod post *Isern. & Alvar.* intelligit *Frider. Schenk. tit. Quid Iuris si Vasal. post alien feud. id recup. &c.* antequam Dominus jure suo uti incipiat, vel antequam res, exemplo perniciosa, in publicum divulgetur: nisi fortè ex contemptu, & dolo malo, vel de industria alienatio facta esset, *Menoch. de arbit. lib. 2. c. 7. num. 2. Rosent. de feud cap. 6. con ius. 1.* qui, licet post alios affirmet, quoad jus ipsum hoc sustineri non posse: contrarium tamen, & rectè, innuit *Vult. d. cap. 11. nu. 43. in fin. & adde tract. de moment. ubi de momentaneis actibus pleraq.*

36 Illud superioribus adhuc adjiciendum puto: venditione feudi, eo modo & conditione initâ, ut intra certum tempus venditor omninò teneatur consensum domini impetrare, eoque non impetrato, & traditione nihilominus factâ: dominū hoc in casu de contemtu quærere non posse, & feudū avocare, uti *decisum* †
† mēn. Febr. Anno 94. Licet. n. is, qui protestando vendit feudum,
37 salvo Iure domini & consensu, & sine ejus voluntate tradit; incurrat feloniam *Aurel. Corb de Iu Emphyt. cap. 14. ampl. 31. num. 2. cū seq. Redoa. de reb. Eccl. non alien. q 79. cap. 8. nu. 17. post Iacob. de S.*
38 *Geo g. in verb. & cumpare, &c nu. 23. & seq.* tamen hîc aliud dicendum videtur, ubi non aliter contractum intelligitur, quàm si cōsensus accesserit, arg. *l. cum te C. de pact. int. Empt. & vend. celebr.* Unde domino non consentiente, resolvitur contractus iste sub
39 tali conditione celebratus: sub qua & possessionis traditio facta
* existimatur: Ut tradunt * *communiter* (quicquid alias statuant *Mari. Frec. de feud lib. 2. in 1 auct. nu. 25. Ioan. Thom. de Mari de feud. tit. 2 § constituto nu. 22. vers. tertiū caput; Iacob. & Rodoa. d. lo. & cap. 9 num. 41. cum seq Carbul lim 35 cum seqq. cap. 14. Clarus § feudum q 31 nu 5. Rosent. de feud. cap. 9 concl. 98. cum seq. Parm. de Put. de red. feud cap. 278. Mozz. de feud. tit Ex quibus causis feudum nu 158. Rol. à Valle cons. 51. nu. 30. vol. 2 cons. 7 nu. 6. & seq vol. 3 Franc. Panja. cons. 26. nu. 5. lib. 1. Gram. d cis. 48. nu. 3. Menoch. Pistor. cons. 64. nu. 11. cum*

seq. &

seq. & in subjecto Ingolstat. num. 53. vers. Non obstat etiam tertium: vol. 1. Menoch. cons. 38. num. 12. Herm. Vult. de feud. d. lib. 1. c. 11. nu. 44.



QUÆSTIO XIX.

Maior factus, & intra quinquennium feudum alienatum non revocans, utrùm adhuc, contra tit. C. si maior factus, &c. revocare; an verò, beneficio fratris minoris consortis, auxilium restitutionis in integrum implorare possit, aut debeat.

SUMMARIA.

1. *Titt. Cod. si maior factus, &c. in feudis locum non habent, & nu. 11. & vide nu. 31. & ad restitutiones in integrum pertinent, nu. 44.*
2. *Maior de iure Saxonico quis sit, exeunte 21. anno.*
3. *Quinquennij tacita ratificatio confirmat alienationem rei feudalis, nulliter factum: sed contrarium probatur nu. 10. & nu. 13. & nu. 34.*
4. *Alienatio nulla per lapsum quinquennij corroboratur: Propter quemcunq; defectum, num. 5. sed vide nu. 25. Solennitatibus etiam statuti specialis non servatis, nu. 6. Idq; ab expressa legis dispositione nu. 7.*
8. *Defectus solennitatis & formæ, cursu illius temporis suppletur, qui est ratihabitionis inductivus & nu. 9.*
12. *Alienatio feudalis inscio Domino facta, est inpræscriptibilis.*
14. *In alienatione rei feudalis, requiritur non tantùm decretum Iudicis & curatoris, sed & agnatorū & Domini consensus & n. 23. Idq; pro forma nu. 26.*
15. *Specialia non veniunt sub regula generali.*
16. *Pluralitas effectuum non extinguitur uno remedio.*
17. *Infeudatio à minore cum iuramento facta, non subsistit sine parium curiæ consensu.*
18. *Pluralitas habituum requirit pluralitatem privationum.*
19. *Argumentum à iure communi ad feudum non valet.*
20. *Vendentes, solennibus debitis non adhibitis, censentur dolo egisse.*
21. *Contractus dolo initus, non confirmatur tempore: Neq; consensu in maiori ætate expresso. num. 22.*

20. Ra-

24 *Ratihabitio non retrotrahitur, ubi praeiudicium tertio infertur: aut in alio, quàm consensu, actus peccat: aut quando principium non est confirmabile.*

27 *Forma est individua, quae pro parte adimpleri non potest. Eiq; per renunciationem unius partis nihil derogatur, num. 28. Praesertim concurrente alterius interesse & publico commodo, num. 29.*

31 *Feudum à maiore alienatum, revocari potest, antequam Dominus illam alienationem ratificet.*

32 *Scientia specialis necessaria est, quae omnes circumstantias exploratas habet.*

33 *Consensus, ubi specialis & verus requiritur, non sufficit praesumptus.*

35 *Maior factus, ex persona consortis, implorare beneficium restitutionis in integrum, & ita revocare feudum posse, non videtur, sed contrarium traditur num. 40. & num. 45.*

35 *Feuda possunt dividi.*

37 *Restitutio in integrum ad alios, ratione metallicarum partium, extendi non debet.*

38 *Tit: si in communi eademq; causa restit. postul. quando locum habeat.*

39 *Res dividua aut individua quae dicenda: ubi & regula traditur, & num. 41.*

42 *Fideicommissa & hypothecae sunt individua.*

43 *Beneficium consortis minoris, prodest etiam maiori, in praescriptionibus, &c.*

ANno 87 feudum à curatoribus duorum pupillorum fratrum, agnato remotiori, absque consensu Domini, in minori fratrum aetate, venditum fuit, quorum alter, postquam ad majorem aetatem pervenisset, intra quinquennium alienationem istam nō oppugnavit. Quaerebatur, utrum huic fratri, majori facto, obstaret
1 *tit. lib. 2. & 5. C. si major. fact &c.* an potiùs adhuc ille ex persona alterius fratris minoris, cui nondum id tempus cucurrerat, restitutionem in integrum implorare posset.

Primùm in hac specie constare debet, quinquennium ex
2 *tit. C. si major &c.* in foro nostro Saxonico ab exeunte 21. anno currere incipere, pro ut hoc, in simili statuto locum habere, latè tractat. *Franc. Cald. in l. si curatorem verb. infra legitimum tempus num. 23. C. de in integr. restit. Octav Simoncel. ad d. t. C. si major factus &c, insp. 2. casu 1, num. 12.* Etsi his diversum statuere videatur

tract.

tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 26 In proposito ergò tacita quinquennii ratihabitio confirmare videtur alienationem rei feudalis, antea nulliter celebratam: Cum receptum sit, alienationem 3
nullam ob defectum decreti, per cursum illius temporis corroborari non secus, atque si ab initio res ritè alienata fuisset. *Dd. in l. 1. C. si major. fact. ratum in l. fin. C. si major. factum alien. ubi Castrens. & in l. 3. §. 1. de minor. in l. quod initio de R. I. ubi Dec. num. 11. Cagnol. num. 2. Paris. cons. 49. num. 24. & passim per tot. vol. 1. Mynf. consil. 40 num. 13.* 4
Imò propter quemcunque defectum, & impedimentum temporale *Rom. sing. 778. Simoncel. d. tit. C. si major. fact. & d. lib. 3. tit. 9. nu. 25. Menoch. de recup. poss. rem. 15. nu. 141. Caldu d. verb infra. leg. temp. in fin. Curt. Iun. Cons. 50. 51. Cephal. Cons. 51. num. 45. lib. 1.* 5
Et licet etiam statuti specialis solennitates servatæ non fuerint, *Menoch d. lo. num. 179 180. Simoncel. d. tit. 9. nu. 14.* 6
Quanquam enim aliàs contractum ipso Iure nullum non confirmat ratihabitio, aliud tamen est in ea ratihabitione, quæ à legis expressa dispositione inducitur, sicuti hoc loci ipsa lex per cursum temporis supplet defectum solennitatis & formæ; *gl. d. l. 1. ver. comprobaverint &c. Menoch. ibid. num. 154. & seq. Cald. d. lo. Cagnol. d. l. quod ab initio num. 2. in fin. vers. ego dico, &c. Paris. d. cons. 49. num. 26.* 7 8
Unde cursus ille temporis non est præscriptitius, sed ratihabitionis inductivus, & sanat omne nullitatis vitium, ex quovis capite proveniens, *Simoncel. d. tit. 9. num. 26. & 47.* 9

At ex contrario allegari potest: Ratione rei feudalis, aliud 10
jus constituendum, ut *tit. C. si major. fact.* ad feuda non benè ap- 11
plicetur, uti etiam expresè tenet *Mysn. Cons. 40. num. 14. & 15:*
præsertim cum in in feudis non procedat alienatio, inscio Domi- 12
no, quacunq; præscriptione nō obstante, *c. imperialem de prohib. feud. al. per Frid. Franc. Curt. par 4. ex quib. caussis. feud. amitt. num. 82.*
Non enim ideò in proposito inutilis est alienatio: quia res fu- 13
it pupillaris, sed & quia feudalis, ubi non tantùm decretum judicis & curatorum consensum exigimus, sed hoc amplius, vigore 14

tàm Iuris Civilis, quàm provincialis, Vormüge des Torgischen Ausschreibens *sub tit.* welcher gestalt die agnaten/ etc. *cir. fin.* Wann Unmündige vorhanden sein / das der nechsten mit belehnten bewilligung unnd gutachten/auch des Lehnherrn Consens unnd Decret hierzu ausge-
15 bracht werde. Quæ omnia, ut valdè specialia, non videntur mi-
hi, sub regula generali Iuris veteris, posse includi. Sic traditum
16 videmus: defectuum pluralitatem, uno remedio non extin-
gui, *l. si domus de servitut. urb. præd. Bl. in l. 1. de furt. Ias. in l. si is qui pro emptore num. 401. 402. de usucap. Castr. cons. 244. Viso num. 3.*
17 *vol. 2. Gozad. cons. 75. num. 6.* Nam quamvis infeudatio, à minore facta, cum juramento firmetur: ex eo tamen non subsistit, absque parium curiæ approbatione celebrata, cum similibus aliis adductis *per Simoncel. lib. 3. tit 8. num. 220. cum alÿs ibi alleg.* Pluralitas habituum requirit pluralitatem privationum *l. heredes*
18 *§. si quis post. de test. Castrens. in l. de pupillo §. si in pluribus de op. no. nunc. Roland. à Valle Cons. 90. num. 51. vol. 1. latè Aurel. Corbul.*
19 *de Iu. Emphyt. cap. 14. ampl. 4. num. 3. 4.* Nec valet semper ex Iure communi ad feuda ductum argumentum, præsertim quando
20 hoc jure res decisa est. Et sanè cum in proposito tàm multis solennibus alienatio feudalis expediatur, dicere licet, non tantùm in præsumpto, sed & vero dolo versari curatores, & emtores, qui feuda sine solennibus vendunt & emunt, ut proinde a-
21 ctus & cursus temporis non possit inducere ratificationem contractus, ita nulliter & dolosè celebrati, nec *tit. Cod. si major, &c.* ad hunc casum referri potest. *Meno: h. d. lo. num. 177. Simoncel. d. tit. 9. num. 32. cum seq.* & expresse statuit *l. 1. C. si maior fact. rat. hab.* concordat *l. 3. §. si quis vers. si ei. de minor.* ubi Br. dicit, cõtractum, dolo adversarii initum, non ratificari. Quinimò post *Br. ibid* alii dicunt, Licet major factus expresse ratificarit contra-
22 ctum dolosum, gestum in minori ætate, eundem tamen nõ validari. *Paris. cons. 49. vol. 1. num. 5.* ubi *num. 9.* extendit, cõcurrente præsertim enormissima læsione, *per l. 1. C. si maior fact. alien.* & fac. tradita à *Matth. Afflict. decis. 220. num. 6. 7. Cacheran. de-*

*cis.179.num.*18. Addo, quod etsi colligas consensum, ex parte fratris majoris, tamen adhuc non valeat contractus propterea, 23
quod nõ illius tantùm causa agatur, sed domini, & aliorum: Nec solet ratihabitio, ubi præjudicium etiam tertii alicujus vertitur, 24
retrotrahi, *Roland. à Valle Cons 90. num 50. & Cons.93. num.38. vol. 1. Cons.4. num.13. vol.2.* aut quando actus in alio peccat, quàm in consensu, & principium confirmabile non repetitur, *Peck. in c. ratihabitionem num 16. de R I. in 6. Roland à Valle cons.2. num.29. & cons.98. num. 19. vol. 3.* Esto, quod per lapsum quinquennii in- 25
ducatur ratificatio, non tamen omnis alienationis præcedentis defectus, ita sanari potest: cum hic domini insuper cõsensus de- 26
cretum agnatorum, & simultaneè investitorum arbitrium, pro forma requirantur: forma autem individua est, quæ pro parte 27
impleri non potest, cui nec addi quicquam, nec detrahi potest, *latè Vasq. de success. creat. lib.1. § 4. num.28. & seq. & § 14. num.69. & seq. Natta. cons.678 num.28. vol.4. Everh. à def. forma.* Unde per con- 28
sensum unius partis, aut renunciationem, formæ à lege traditæ nihil derogatur, quando illa videlicet non partis renunciantis tantùm favorem, sed & alterius interesse continet, & publicum, 29
commodum concernit, *Vital. tract. claus. tit quibus juribus renunc. poss. num.1. & seq. pag 237. & seq. Alb. Brun tract. de forma art. ac potent. & effectu formæ. effectu 20.* Ergò ut maximè major *ex* 30
tit. Cod. si major factus, &c. alienationem, ex capite minoris ætatis, non possit impugnare, tamen ex alio, quod alienationi immixtum est, & ab ea separari non potest, benè admittetur: Imò illis remediis juvari potest, quibus & Major aliàs uteretur. Con- 31
stat autem feudum à majore alienatum, etiam ab ipso venditore revocari posse, antequam ea alienatio consensu Domini confirmatur, aut hic suo Iure utitur. *Maria. Freccia. de feud. lib.2. § A Regnicolis num.14. & firmavimus quæstione præcedenti.* Addo: 32
quod in proposito exigenda sit etiam scientia, non generalis, sed specialis, explicita & distincta, in qua major factus omnes negocii circumstãtias exploratas habere possit, *gl in c. concertationi. ver. sciverit. ubi Dd. de appellat. in 6. Simoncel. d tit.9*

num.39. Oddus de restit.par.1.q.25.art.8 num 75.Menoch. reme d.15. recup. num.185.Corn.Conf.207.per tot.vol.3. Natta.Conf.162. nu.31. Roland. à Valle Conf.72.num.13.vol.4.Caheran. decis.179.num.13. Tiraq.de retract.consan.§ 36.gl.2.nu.30. Prædictis accedit, quod
33 ubi specialis & verus assensus requiritur,non sufficiat præsumptus ex temporis lapsu,ut in feudo: & quamvis hoc detur, non tamen decretum & specialis licentia, etiam spacio 20.vel 30.annorum intervenisse præsumitur, *Maria,Frece de feud.lib.2.§.18. nu.3.* Ex quibus consequitur,quod majori, etiam elapso quin-
34 quennio,cõtra illud curatorum factum, agendi via non sit præclusa, *Mynf.d.Conf.40.num.16.cum seqq.*

35 Sed demus, citra veritatis præjudicium: *tit. illos C. Ex quib. cauf.maior,* habere locum etiam in feudalibus, An nihilominus in specie nostra,beneficium restitutionis,quod habet adhuc alter minor frater,majori huic prosit,quæritur. Ac dicet fortè a-
36 liquis, non prodesse: propterea, quod causa non sit individua: cum feuda dividi posse constet, *c.1.§. propterea. de prohib.feu.al. c.1. de natu. success. feud. c.1.§ item si duo, quemadmodũ feud.amitt. & novissimè etiam in majoribus feudis, post alios, adstruere conatus*
37 *est And.Knichen.in com. in jus Saxon.c.3.fol.85.* Sic, nec ratione metallicarum partium, restitutionem ad alios extendi consuluit, *Mod. Pist. Conf.47.num. 36.cum seq.* Proinde malè quidam *tit. C. Si in communi eademq; causa in integr. restit. postul.* indiffe-
38 renter negociis quibusvis,individuum quid prima fronte continentibus, applicant.

Verùm enimverò,quid in proposito casu Iuris sit, sic rectè
39 haud dubiè investigabimus,si,quid individuum vocet Interpp. hoc loci, quæq; ab illis de hac materia adducantur, cognoverimus. Et ut rem in pauca contrahamus: *Sfortia Oddus Perusi. in tract.de restit.par.1.q.46. art.4 num.12.& art.5, nu.15.* pro regula, quam & æquitati & Iuri consonam tradit,tenendum scribit: Quod si is,qui restitutus est in integrum,non possit sentire effe-

ctum

ctum restitutionis plenè & integrè, nisi illa prosit & communis sit cæteris quoque litis consortibus, licet aliàs restitutio ipsa, iis non competeret, dicendum esse, rem & caussam in proposito individuam: si verò possit à restituto planè sentiri effectus restitutionis absq; ista extensione, tùm dicendum, rem dividuam. Quæ regula fundatur *post gloss. in d. l. un. C. si communi eademque causa &c. & ibid. Dd. l. si communem. Quemadm. servit. amit. l. loci §. si fundum si servit. vindic. Ioan. Maurit. de restit. in integrum cap 185. num. 2. & 4.* & probant *Afflict. decis. 213. num.* 40
2. 3. Aufrer. in Capell. Tolos. 55. num 6. Menoch. remed. recup. 15. nu. 131. Villalob. de com. opin. ver. restitutio nu. 52. Iam verò si in præsenti, restitutio minoris, ad partem fratris majoris, non extenderetur, illa pro alienata habebitur, & necesse erit juniori fratri, licet restituto, posteà eandem per revocatoriam ab emptore vindicare. Quod si restitutio ista majori quoque profuisset, & ita effectum plenarium, ad rescindendam totam alienationem habuisset, non opus fuisset minori fratri, posteà actionem ad id instentare. Et sanè non video, cur caussa communis dici non debeat: cum simultanea inter ipsos fratres investitura, & quodammodo conjunctio legalis, communem eandem fecerit. Et hæc ratio inseparationis, vel ex eo magis colligēda, quod hîc tutelæ gestio sit individua, unum precium in alienationem factum, Ius connexum, *l. 3. in prin. de admin. tut. l. fundus 64. de contrah emt. l.* 42
Iulianus 13. § idem Celsus de act. empt l. 1. de rescin. vend. facitq; ad prædicta, similitudo feudi cum fideicommissis & hypothecis. quæ scimus esse individua, *Paris. Cons. 12. nu. 73. cum seq. vol. 3. Matth Afflict. d. decis. 213. nu 4. Hart. Pist. q 13. nu. 66. & q. 14. nu. 13. lib. 1. Menoch. cap. 186 nu. 16.* Hinc *idem Sfortia Oddus d. lo.* notabiliter *nu. 18.* subjicit, ex *Afflict. in tit. quo tempore miles c. sancimus num. 64* quando scilicet duo filii successerunt in feudo, & alter eorum est minor, & non petierunt investituram infra annum, quod tunc auxilium minoris, contra hanc præscriptionē competat etiam majori, addens generaliter hoc verum esse, in præscriptione, ut beneficium consortis minoris, prosit majori. 43

Idem, post *Afflict.* refert *Aurel. Corbul de jure Emphyt. ca. 3. nu. 32.* Denique notandum, quod, contra *Gomez. to. 2. cap. 13. num. 11. Paris. cons. 3. nu. 34. cum seq vol. 1.* post *Bl. Ceph. Nattam. & alios* recte scribit *Oddus d. tr. restit. integr. par. 1. q. 25. artic. 8. num. 76.* quâvis ratificatione minoris, majoris facti, ex *tit. C. si major fact. alien. rat. hab.* confirmetur contractus ipso jure nullus: non ta-
44 men id pertinere ad beneficium restitutionis in integrum: Igitur & hoc majori superesse salvum: Ubi enim cōtractus est nul-
45 lus, restitutio cessat ratione superfluitatis. Igitur si tempore, quo fuit approbatus contractus, non competebat restitutio, non potest dici, quod illi renunciatum sit per hujusmodi approbationē. Quin imò, cum eo demùm tempore incipiat valere contractus & læsionem afferre, ab eo tempore dicetur adesse caussa restitutionis: Et ibi, hanc opinionem, ait, æquiorem & securiorem.



QUÆSTIO XX.

Dominus an teneatur ex feudo, suo assensu cum clausula, Iuribus Domini in omnem casum salvis, oppignorato, sibiq; aperto, æs alienum exsolvere.

SUMMARIA.

1 *Dominus consentiens oppignorationi feudi, obligatur, ut aperto sibi feudo, solvere teneatur, & num. 48.*

2 *Etiam quandò adiecta est clausula, salvo suo iure.*

3 *Imò si addita clausula, salvis in omnem casum iuribus Domini, & nu. 5. cum seq. & num. 23 & num. 48. etiam si alij contrà sentiant.*

6 Multiplicatio verborum, declarationis causâ, hîc adiecta censetur, Quæ contrarium effectum producere nequit, num. 7.
8 Consensus eum in finem adhibetur, ut debitum exigi poßit.
9 Consensus consideratur tàm ratione rei, quàm personæ; & potißimùm ratione personæ, cui res obligatur.
10 Clausulâ, salvis Domini Iuribus quæ reserventur.
11 Clausula, salvo iure feudi: salvis curiæ Iuribus, Iuribus nostris semper salvis, comprehendit saltem non specificata, & num: 13. & num: 23. Nec extenditur ad ea, quæ in instrumento sunt expressa & remissa, num. 12. & num 21.
14 Consentiens intelligitur renunciare omni Iuri, quo actum aliàs potuit impedire, adde num: 22.
15 Repugnantia vitanda.
16 Fraus itidem vitanda.
17 Clausulæ insolitæ, suspicionem fraudis important.
18 Protestatio, adiecta à Domino, ne ex feudo hypothecato creditori satisfiat, est inutilis.
19 Protestatio, per contrarium consensu actum, vitiatur.
20 Protestatio debitoris, ne pignus distrahatur, non valet.
24 Successor tenetur consensum à defuncto datum, ratum habere.
25 Ex feudo, quomodo de Iure communi debitum exsolvi poßit, & num: 27.
26 Iure communi liberum est creditori agere vel personali, vel reali, vel etiam simul utraq; actione.
27 Oppignorata portio, cui traditur, adversus coheredes de indemnitate agere potest.
30 Onera alia feudi, alia feudatarij, secundum quosdam, & ex hisce alia spectant ad Vasallum, alia ad Dominum.
31 Onera feudalia ex feudo persolvi, æquum omninò est.
32 Dotalium ex feudo, ob dotem illatam, constituendum est, tàm ab agnatis, quàm à Domino, & num: 34.
33 Pro [illegible] constituendo feudum obligatum censetur.
35 F[illegible] successores teneantur æs alienum, pro quo feudum comparatum, exolvere: [illegible] enim debitum in rem scriptum num: 41. etiam feudi saltem occasione contractum, nu: 42. De alijs casibus remißive, nu: 44. Imò & ipsi Domini tenentur, aperto sibi feudo, num: 45.
39 Feudum loco pecuniæ esse non potest, nec è contrà.
37 Pecunia ex feudo redacta, non habetur pro re feudali.
38 Res ex pecunia dotali empta remanet dotalis.

39. *Feudales successores quâ actione ob debitum defuncti conveniri possint. Et hoc consuetudine primùm Neapol. introductum, posteà constitutione Electoral. 46. par.3. & alibi receptum num. 43.*
40. *Nemo cum alterius damno locupletari debet.*
46. *Dominus & agnatus inter se comparantur.*
47. *De persona ad rem ipsam licita est argumentatio.*
49. *Successor tenetur de antecessoris debito persolvendo.*

1 INdubitati juris est: Oppignoratio rei feudalis, ut efficax sit, requiri agnatorum, sive simultaneè investitorũ, & Domini cõsensum. Si ergò semel Dominus consenserit obligationi feudi, quod posteà ad ipsum, Vasallo sine liberis, & simultaneè investitis, decedente, devolutum fuit, tunc ob talem adhibitum consensum, obligatus est, ut æs alienum, per talem oppignorationem cõtractum, aut solvat, aut executionem expectet, & creditorem jure suo uti patiatur: etiam eo in casu, quãdo consensus datus est, sub clausula: *salvo suo jure*, Das es ihme unschädlichen
2 sein solle: Quemadmodum *pronunciatum* † apud nos, mense Ia-
† nuar: Anno 88. Et ita quoq; Lipsiæ sæpius responsum testatur *Hartm. Pistor. lib.2.q* 48. *in fin.* ubi hanc sententiam eleganter & eruditè propugnat.

3 Sed major aliquando exoriebatur dubietas, exhibita investitura quadam, cui hæc clausula inserta fuit. Daß der gegebene Consens J.F.G. und derselben Rechten und Gerechtigkeit/ auff alle fälle/ unnachtheilig und unvorfänglich sein solle/ etc. Cuius clausulæ vi. exi-
† stimârunt alii, & ita † *judicatum* asserebant, Dominum non ob-
4 ligari, ut reverso ad se feudo, teneatur debitum à Vasallo ita contractum exolvere, pro quorum sententia, faciunt ea omnia, quæ in adversam partem superioris assertionis ex [illegible] *b. de Afflict. Land Zas. Bursa. aliisq;* adduci possunt, *de quib*[illegible] *istor. in d. q.48. passim.*

5 Verùm mihi, & in hoc casu, eadem, quæ in præcedenti, ratio subesse videtur: Quis enim non animadvertit, (ut paucis agam) eandem reservationem, scilicet salvo semper & in omnem casum Iure dominico, in ista priore æquè contineri Et quomodo recte-

do rectè quis sibi prospicere posset? nisi ad tales casus incidētes consensus iste applicetur. Nihil igitur in re ipsa mutat, non ne- 6
cessaria verborum multiplicatio: quæ declarationis magis gratia, putà auff alle fälle / sive in omnem casum adjecta sunt, quàm ut novi quid inducant, *l. quæ dubitationis de R. I. l. heredes palàm §. 1. qui test. fac. poss.* Consideremus insuper ipsius clausulæ vim, 7
quæ hoc nunquam efficiet, ut effectum non habeat facta oppignoratio: ad quid enim consensum à Domino in ipso contra-
ctu impetratum dicemus, nisi ut in consequentiam, & ad omnē 8
casum, etiam solutionis & executionis trahatur, atq; ita, ut debitum, quovis casu eveniente, exigatur, &, absque alio Domini assensu, feudū distrahatur? *Maria Frecc. lib. 2. feud. §. secundò quæro num. 2. cum seq. & § quintò quæro num. 5. & §. vigesima nona auct. nu. 78. cum seqq. & lib. 3. differentia 14. & 16. Matth. de Afflict. decis. 335. num. 19. & 20. Hartm. Pist. lib. 1 q. 15. num. 55, lib. 2. q. 12. nu. 56.* Ubi addit: Dominus oppignorationi consentiens, feudo sibi aperto, ipsemet debitum solvere tenetur, quamvis hoc, casum demùm futurum respiciat. Est enim assensus ille individuus, tàm ratione rei, quàm personæ: Ideoq; illud operari debet, præsertim cùm non tàm ratione personæ obligantis, quàm vel maximè eius cui 9
res est obligata, sit datus, *Ias. in l. fin. C. de SS. Eccles. num. 33 Matth. de Afflict. decis. 112. num. 8.* In cuius perniciem & fraudem nihil attentari debet, arg. *c. indultum de R. I. in 6. cum simill*: Neque à parte illius, contractus claudicare *l. 1. l. emtio de rescind. vendit. Pyrrhus Angleb in consl. Aurel. de retract. vend. ca. 24. in fin.* Neque enim præsumitur eam viam elegisse sibi, per quàm à se gesta irrita fiunt concidunt *l. 3. de milit. test. Maran. de ad. iudic. par. 4. dist. 9. num. 91. Ferrat. cons 9. num. 5. Cachera. decis. 76. num 9.*

Interim existimandum non est, quasi à parte Domini, effe- 10
ctu suo destituatur illa clausula, cum Dominus Ius Vasallitium nihilominùs integrum sibi retineat, & omnia ea, quæ generali remissione aut concessione illa non continentur, & in genere verisimiliter quis concedere non solet, *arg. l. obligatione genera-*

li. de pignor. veluti sunt, Die Regalien / hohe Bottmeßigkeit / Lehens vnnd Landes Fürstliche Gerechtigkeit / Ritterdienste / vnnd dergleichen / etc.
11 Proinde nostri in specie tradunt, Clausulas, *Salvo Iure feudi*: seu, *Salvis Iurib. Curiæ*: Item, *Iuribus nostris semper salvis*: non comprehendere illa, de quibus dispositum est in specie, sive, quæ in consensu expressa sunt & concessa: sed ad alia, quæ non sunt in concessione seu confirmatione denominata, *Camer. in c. Imperialem de probib. feud. al. per Frid. pag. 266. Frec. de feud. lib. 1. § fuit dubitatum, num. 27. & lib. 2. q. 12. num. 13. Grammat. decis. 66 num. 7. Roland. à Valle Cons. 3. num. 73. vol. 3.* Hinc *Schraderus de feud. par. 6. cap. 3. num. 31.* post *Signor. de Homod, Cons. 75. Bar-*
12 *bat. Cons. 21. num. 16. lib. 2. Boer. decis. 243. num. 11.* tradit, quod Clausula reservans alicui omne Ius, quod sibi quocunq; modo competit, non extendatur ad id, de quo in Instrumento mentio expressè est facta. Imò *Maria. Freccia d. lib. 2 §. 29. autoritas num. 8. in*
13 *fin.* ita refert: Dominus consentiendo, censetur Ius suum remisisse, & potuit cogitare, à principio, feudum ad se posse devolvi. Ideoq; non prodest clausula, quæ apponitur tempore assensus, Iuribus videlicet, Curiæ & alterius semper (in omnem casum) salvis: quia non operatur, super quo est principaliter dispositum, sed super alio refertur. Sic pulchrè *Pistor. lib. 2 q. 12. num. 56.* inquit:
14 Quòd Dominus cõsentiens, omni suo juri, quo actũ illum, quovis modo impedire poterat, renunciasse, & negotio illi validissi-
15 mum robur addidisse, censeatur. Et hoc ideò, inter alia, ne repugnantia inducatur, & sic, ne Dominus consentiens obligationi, & in consequentiam alienationi, videatur sibi contradicere, & quod una manu prębuit, per alteram aufferre, vel in incõtinenti semet corrigere, *l. nam ad ea de condit. & demonstrat. l. fin. C. de novat. ubi Bl. circa princ l. si unus 27. § pactus vers. quod si non ut totum, de pact. Hiero. Gabr. Cons. 88. nu. 2 Castrens. cons. 311. lib. 1. Tiber. Decia.*
16 *respons. 19. nu. 100. vol. 3.* Imò, ne videatur defraudare voluisse eũ,
17 cui hypothecam concessit, præsertim cum insolitæ Clausulæ nõ careant fraudis suspicione, *Roland. à Valle cons. 39. nu 30. vol. 1. Decianus respo 5. nu. 37. vol. 1. Paris Consil. 54 nu. 39. vol. 1.* Unde, quam-

vis Do-

vis Dominus in hypothecā consensisset, hac adjecta protestatione, ne creditori ex feudo satisfiat, inutilis tamen est protestatio: 18
quoniam actus, qui in consensus declaratione vertitur, ad hunc saltem finem explicatur, ut creditori per distractionem meliùs sit cautum. Vitiatur igitur protestatio per contrarium consensus actum *per not. ab Alex. in l. non solum §. morte nu. 16. & seqq. de op. no. nunc. Ias. in l. fin. nu. 3. & 5. quod quisq; Iuris & c. Gail. lib. 2. obs.* 19
101. *num. 2.* Quemadmodum nō valet in pignoris datione debitoris protestatio, ne illud creditori distrahere liceat: cū sit hæc 20
protestatio contra naturam pignoris, *l. 4. in fin. cum l. seq. de pignor. act. t. t. C. debito. vend. pign. imped. non posse. l si creditor §. quæritur. de distract. pign.* Non igitur Clausula ista reservativa, trahenda est, ad jam remissa & specificata, ut præter jam adducta, cōstat *ex l. doli 33. de V O. Cap. Tolos. decis. 58 & dec. 184. Cagn. in Rubr. num. 11. 12. de R. I. Natta cons. 403. nu. 7. vol. 3. & cons. 678. num. 35. vol. 4.* nec referenda est ad capitula, quæ destruerentur, si fieret 21 22
talis relatio, *Br. in l. talis scriptura §. 1. & 2. de legat. 1.* nec operari hunc effectum debet, ut præcedentibus specificatis advertetur, *Cardin. in Clem. 1 §. 1. de præbe. d. c. Ecclesia vestra. 2. 2. ibi Abb. de Electio. l. legata inutiliter de leg. 1. Molin. in consuet Paris. tit. 1. § 44. num. 27.* notabiliter ait: Clausulā generalem, Salvo iure nostro & alieno, si sit vaga, nec referatur ad certum quid & determinatum, non derogare dispositioni præcedenti nec referri ad ea, de quibus simpliciter est dispositum: Referri verò solum ad excludenda ea, de quibus in dispositione præcedenti non fuit actum, nec cogitatum, quæ de se etiam sine dicta clausula censentur exclusa. 23

Porrò in proposita quæstione nihil mutat, quod mortuus erat, qui assensum præbuerat oppignorationi: Nam & successor hoc ratū habere cogitur, *c. 1. qui success. ten. Bl in l. 1. de constit. pr. & in c. 1. de don. Mariæ. Freccia. de feudis par. 2. q 27 num. 1. & per tot. Peregr. de Iure fisci lib 1. cap. fin. num. 81. Hottman. de jure success. leg. 7. fol. 117. Cacheran. decis 150. num. 11. Conbul. de Emphyteu. 14. lim. 2. nu. 4. cum seq. Bodin. de republ. lib. 1. c. 8. nu. 108.* Est 24

quidam

ctè puto in foro communi, ubi aliud nõ receptum, statui pos-
e, atque hoc posteriori casu locum habere illa, quæ à *Molin.* & *raq. ubi sup.* sunt tradita. Et tractat etiã *Borch. de feud. c. 7. membro 2. nu. 9.4.*

Scio quidem nonnullos distinguere, inter onera feudi, & eudatarij, quorum aliqua feudatarium quidem, non utiq; Dominum, respectare debeant. *Camerrar. in d. c. imperialem de prohib. feud. alie. pag. 81. cum seqq. & pag. 392.* De qua distinct. *Thoming. decis. 27. nu. 6. & 12. Pistor. lib. 2. q. 6. num. 70. Moller. ad constit. Elect. 46. num. 4.* Opinio tamen & sententia, quæ vult, onera eudalia ex solo feudo persolvenda esse, summa nititur æquitae, quæ vel ex eo elucet, quòd in istis solius feudi emolumenum & utilitas consideretur. *arg l. si filia. 20. §. Idem scribit f. fam. ercisc. & per not. à Dd. in l. si me & Titium, si cert. petat.* Veluti, cum otalitium ex feudo mulieri, ob dotem illatã, quæ in illud versa præsumitur, *argumento l. C. ad* Maced. Sen. constituendum sse dicamus, quemadmodum argumentantur *Scabini Lips.* in onsilio, relato ab *Hart. Pist. lib. 1. q. 4. num. 33,* ubi & ipse ea de re *u. 16. & pass. Simon Pistor. Cons. 20 num. 3.4. & seqq. & ibid. Udalr. Zordu, &c.* Quo in exemplo, longiùs progressa consuetudo, mula singularia, contra jus vulgare, introduxit: Et illud cum primis, quòd pro dotalitio feudum obligetur, absq; præcedẽti cõsensu, modò dos illata probetur: adeoq; ut agnatus nõ tantùm, ed & ipse Dominus, ex feudo sibi aperto, onus constituendi dotalitij suscipere teneatur: etiamsi constitutioni dotalitij nõ consenserit, aut de eo ante nihil conventum fuerit, *Schurff. cons. 51. num. 3. vol. 3. VVesenb. cons. 26. num. 27. Modest. Pist. consil. 5. nu. 23. & alij* alleg. *à Pist. d. q. 4. num. 3.* Sic videmus, quod heredes, seu successores feudales, omissis allodialibus, rectè conveniantur, propter æs alienum, à defuncto contractum, ex quo feudum fuit comparatum: licet hoc juri communi nõ congruere videatur, *Ex pecunia C. de jur. dot. Martin. Freccian. d. lib. 2. q. 32. nu. 2. Mon. in consuet. d. § 11 num. 11. Thomingius decis. 27. num. 4.* Et hoc ipsum verè onus feudi dici non potest, cum loco feudi, pecunia

30 31 32 33 34 35 36

non

non sit, nec vice versâ: etiam tùm quando ex feudo vendito est
37 redacta, *c.1. § si Vasallus, si de feud. d. f. Rosent de feud. c.4. concl.11. Burch. de feud. cap 6. num.14 Schurff. consil.11. cent.1. Wesemb. Cons.7.*
38 *num 9. constitut. Elect.32. par.2.* Etsi in re empta ex pecunia dotali, aliud dicendum videatur, ita ut Uxori ex re illa empta, pecunia sit restituenda, *d l. ex pecunia. Bald. Nov. de dot. par.7. privil.15. & part.9. priv 34 Compeg. de dote. par.3. q 187. & 190.*

39 Hinc, quando comes quidam pecuniam nomine filiarum ex hereditate matris acceptam, in emptionem feudi convertisset, consulti Anno 90. mense Majo, à consiliariis comitis alterius, qui causam filiarum agere volebat, an aliquo reali remedio consultū esset filiabus, adversus agnatos defuncti patris, & feudi
† successores *Respondimus*: † Etiamsi in rē agi nequeat, ex æquitate tamen successores illos ad quos feudum beneficio pecuniæ filiarum pervenit, conveniri posse, argumento eorum, quæ traduntur à *Dd. in d. l. si me & Titiū 32. si cert. pet. l. jure natura 207. de R. I.*
40 *Thoming d. decis.27. nu.34.* additâ responso hîc clausulâ personali videlicet actione aut condictione, ne cum injuria & damno filiarum notabili locupletentur, maximè, cum feudum illud fuerit novum, & ex causa lucrativa ad ipsos devolveretur: sic tamē ut
41 omninò personale debitum non existimetur, sed veluti in rem scriptum: cum existimandum non sit, simpliciter feudi onus esse: sed quod successori occasione rei incumbat, *l. metum § fin. quod met. causa. l.3. § 3. l. thesaurus 15. ad exhib. Camera. d. c. imperialem pag. 82. & 152. & 392. Hart. Pist. lib.2 q.37. nu.8. & 9.* Et prædicta obtinere existimo: non tantùm quando ex pecunia feudum est em-
42 ptum: sed etiam quando illa aliàs occasione feudi, mutuò est accepta, putà pro eo meliorando, aut pro servitiis Domino præstādis, & sic quando in utilitatē & rem feudi est versa. Quia & tùm successor feudalis eandem solvere tenetur: *Andr. de Isern. in c.1. §. 1. de investit. de re al. fact. Iacob de S. Georg. de feud. ver. Et dicti Vasolli pro dictis &c. cir. fin. vers. limitabitis Camera d c. imperialem fol. 89. Burch. d cap.7. nu.2. nu.94. cir. fin. vers. sanè si delata &c. Schraderus de feud. par.7. c.7. nu.42. vers. secundo hoc fallit. &c.*

Quo

Quæ omnia consuetudine Neapol: primitùs introducta; post. i, tanquam juri naturali & justitiæ comprimis consentanea, & ibi accepta, & *Electorali nostrâ constitutione 46. par. 3.* expressè probata: quod nec conceptores illius quæstionis allegando *ern Afflict. Lofred. Camer. aliosq́* negant, nec dissimulat *Pistor. b. q 6, nu. 66. Thoming. decis. 27. n. 12. cum seq.* Cujus æquitatis in- itu extra provinciam Anno 37. *pronunciatum* † recordor. ut idelicet successor teneatur debitum, in utilitatem feudi cō- ersum, exsolvere. Quam sententiam *præter sup. all. g.* confirmat. *ravet. consil. 197. nu. 1. Rosent. de feud. c. 7. concl. 20. Hart. Pist. lib. 1. 31 nu. 15. gl. lat. lit. P. Sandr. lib. 1. art. 24. per illum tex.* 43 †

Cæterùm quemadmodum & alii, ac certi casus, *à Neapol. In rpretibus* assignantur: quibus Dominus etiam consentire cogi- r: de quibus partim *Camera, pag. 88*, partim *Maria. Frec. de feu. b. 1. d. §. 29. autoritas. nu. 7. cir. med.* Ita & *prædicta constitutio pro- ncialis nostra*, similes causas *ibidem* expressas admittit, ob as ex feudo solo, debita sunt dissolvenda, de quibus hîc loci hil. 44

Sanè non incongruè jam *ex d. constitutione Elect. alÿsq́ locis* fertur: quod *ibidem* de agnatis succedentibus traditur de Do- ino quoque ipso, feudo ad se devoluto, intelligendum. Idq́ue Identitate rationis & æquitatis, quemadmodum in constitu- do viduæ dotalitio expressè tradit *Pist d. q. 4 num. 3.* Et aliàs a- ati & Domini, tali in casu inter sese comparari solent. *Iacob. de Georg. ver. qui quidem investiti præstiterunt &c. nu. 64.* Item *in c. § quid ergò. de investit. de re alie. facta.* Imò nō infrequens, quod persona dicitur, etiā de re ipsa statuatur, argumento frequenti & solemni. *Maria. Freccia. de feud. §. quintò quæro nu. 5. Ias. in l. 1 C. transact.* Quocirca si agnatus teneatur solvere æs defuncti ali- um, cui assensum præbuit, nō obstantib. quibuscunq; clausulis jectis, feudo sibi aperto: nō iniquū & incōveniens erit, de Do- no idem judiciū ferri: maximè cùm aliàs successor de antecess- ris debito, sive electione, sive successione feudū cōsequatur, 45 46 47 48 49

teneatur, *Peregrin.d. lib.1.tit.3. num.45. Hottom.d.leg.7. de Iure succeß. Bodin.d.cap 8.num.105. Anton de Padilla d.l. unum 67 §. si de falcidia num.7.cum seq. de leg.2 Ludo. Molina.de primog.lib.1.cap.10. Ioan.Garſ.de expenſ.c.16. num.9. Ioan. Petr.Surd de alim c.20. priv. 54.num.13.cum seq.Capiz.decis.198.Boer.decis.204. num 41.Vincent. de Franch.decis.1.& decis.139. num.1. Carol.Tap. ad l.fin. de constit. princ. par.2.cap.9.num. 21.22.Frider.Pruckm.§ soluta potestas mem.2. cap.4.effe.2.num.7.ubi & alios allegat.*

QUÆSTIO XXI.

Duobus Judicibus, simul de diversis causis cognoscentibus, & sententiam unam ferentibus, quorum ab uno appellari licet, ab altero nequaquam, an nihilominus ab omnibus sententiæ capitibus appellatio interponi poßit.

SUMMARIA.

1 *Iudicium ubi cœptum, ibi finiri debet: Nisi quis, eo in judicio, effectum Iustitiæ consequi nequeat, nu:2. & nu:4. & nu:25.*

3 *Iurisdictione translatâ & exercitationes litium translatæ intelliguntur.*

5 *Privilegia locorum perire solent, quando in alienam potestatem veniunt.*

6 *Oppignoratio apud eum Iudicem fieri debet, qui iurisdictione est munitus.*

7 *A sententia à pluribus diversæ conditionis Iudicibus lata, quæ plura capita continet, si ab aliquibus appellatum sit, tota causa, ad unum Iudicem superiorem devoluta videtur, propter connexitatem num 8. sed pro contraria deciditur num:12. & num:18.*

9 *Continentiæ & connexitatis gratiâ multa singularia in Iure constituta.*

10 *Ob causam appellabilem, licet connexa causa inappellabilis sit, è tota causa appellari potest.*
11 *Compromisso facto in Clericum & Laicum Iudicem, à sententia appellari debet ad superiorem Clerici, & sic ad digniorem. sed vide num 23.*
13 *Quilibet ex Dominis intelligitur, de rebus, ad suam Iurisdictionem pertinentibus, cognoscere.*
14 *Iurisdictiones non confundendæ.*
15 *Privilegijs per indirectum renunciari non solet.*
16 *Respective facta, secundum respectum illum, & causæ modum, determinari debent.*
17 *Diversitas causarum diversitatem exigit effectuum.*
19 *Separata non confundenda.*
20 *Connexa dici non possunt, quæ à re & causa diversa, procedunt.*
21 *Separatio etiam in mixtis fieri potest.*
22 *Simplicium unumquodq; suo Iure & suâ naturâ regitur.*
24 *Ex diu bus litigantibus ad diversos Iudices, potest appellari.*
25 *Actor Iudicem adiens, si apud eundem Ius suum prosequi non possit, ob causam supervenientem, non prohibetur alium adire.*

REgula Iuris est trita quod judicium ubi cœpit, ibi terminari 1
debeat, *l. ubi cœptum de Iudic.* quæ regula cum in multis restringatur, ut per *Felin. in c. ex tenore de rescript. Phil. Port. lib. 3. conclus. 22. Ant. Gabr. Rom. de Iudic. concl. 1.* tùm inprimis eo in casu, quando quis non potest consequi effectum justitiæ, coram eo 2
Iudice propter impotentiam de facto ortam. Puta si fortè officium illud, coram quo actum, sublatū fuit, aut Iurisdictio perempta; veluti quando translatio facta fuit regiminis atque Iuris- 3
dictionis, tunc necessum simul est, ut earum exercitationes & lites aliò transferantur, *l sed & si 5 s. d & dies de Iudic. Felin d c. ex tenore num.* 18. *Port. & Gabr. limit. 1.* Proinde cum ad executionem 4
utiliter eo loci amplius procedi nequeat, res apud eum ventilanda, qui Iurisdictione munitus, effectum ejusdem dare potest, *l. si quis 7. de Iudic. l. pen. de Iurisd.* Sic videmus & privilegia loco- 5
rum, quæ in alienam potestatem venerunt, perire, sive ex conventione, vel de facto, translatio fiat, *argumento eorum quæ scribit Peck, in c. decet 16 num. 2. in c. factum legitimè de R I. in 6. & de*

Verùm, hisce non obstantibus, sententia contraria verior 12 certiorq; videtur: Nempe cum uterque Iudex non ejusdem sint conditionis, & partes ad unum vel alterum dominum spectantes, ad unum idemq; tribunal non possint appellare, refragante videlicet privilegio, quo unus ex Iudicib. beneficio Aureæ Bullæ condecoratus fuit: Hanc in proposito rationem ineundam, ut subditi quidem privilegiati Iudicis, vel de bonis, ejusdem Iurisdictioni subjectis, litigantes, Oberleuterationem, vel Appellationem, quod facere possunt, in ejusdē territorio interponant: Reliqui verò, qui non in tantum privilegiato parent, & de ejusdem bonis feudalib. debita sua exsolvi petunt, ad Camerā Imperialē rectâ appellent. Etsi enim una lata sit sententia: tamen habet illa diversa capitula. Proinde censetur unusquisque ex Dominis, de 13 rebus ad suam Iurisdictionem pertinentibus, cognovisse, & hanc invicem minimè confudisse vel communicasse: nec ab initio cā 14 mēte privilegiatus fuisse creditur, ut ex promiscua hac actione, privilegio suo, veluti per indirectum renunciaret, aut in genere remiserit, quod in specie non foret facturus: præsertim cum non 15 hoc pacto instituta fuerit ab initio ista cognitio. Quæ igitur ob 16 causam & respectivè facta sunt, secundum modum caussæ & respectum illum determinari debent, *Everhard. in Top. in loco à tā quam num. 20.* ubi ad diversitatem causarum diversitatem exigit 17 effectuum. Neque vero hic talis est causarum connexitas, ut 18 separationis nullus modus inveniatur. Separata utique sunt bona per factam permutationem & sequestrationem. Cur igitur non separata cognitio de iis fieri queat? Et quamvis ab initio ex conventione placuerit, conjuncta ut fieret cognitio: Tamen nunc ad eum casum res devenit, ubi apparet, iniquitatem oborituram, si non separatio instituatur. Separata est caussa 19 defensionis creditorum, diversitas magna est personarum, debitorum, bonorum, sunt feuda, quæ quis à diversis dominis recognoscit, lites etiam, & caussæ, de his existentes connexæ aut 20 continentes dici non possunt, veluti à diversa ratione procedentes. *Pacian. d. tract. probat. cap. 28. num. 1. & seq. Schrad. de feud.*

par.10.sect.4.num.69.& seqq. VVesemb.Cons.41.nu.53.lib.1. Neque
21 dici potest, versari nos in casibus mixtis, in quos separatio non cadit; sed potiùs in tali casu, ubi inter mixta separatio fieri
22 potest, & proinde unum quodq; simplicium sua natura, suoque iure, regitur, *arg.l.si viva in fin.C.de bon.mater.l.Aristo.de dona.*
23 *D d.communiter in l.2.de V.O. Alciat.de V.S.lib.3.num.29.pag.123.* Non obstat etiam exemplum de compromisso in Clericum & Laicum facto: Quia sunt alij interpretes, qui in tali casu ad utriusque Iudicis superiorem appellandum statuunt, *ut Petr. de Anchor. in c.ea quæ de R.I. in 6. Felin.in d.rubr.extra de appellat. nu.4. cir.fin.Bal.d.tract.quæst.*10. *num.*15. Denique novum non est, ut
24 ex duobus litigantibus, unus ad hunc, alter ad alium Iudicem appellet, & rem deferat, *c.si duobus.7.extrà de appellat.fac.quæ latè tradit.Tiraq.de retr.prox.§.36.gl.3.nu.1.cum seqq.* Infrequens
25 etiam non est, ut quando quis à principio voluntariè adivit unum Iudicem, & ex caussa superveniente non potest prosequi jus suum coram eodem, ut coràm alio prosequatur, qui solus potest aut remanet, *Phil.Port.& Ant. Gabr. d.lim.1. Marian.Socin.in c.ult.num.45. extra de mutuis petit. Coler.d.cap.10.par.1. num.* 171. *cum seq.*

QVÆSTIO XXII.

Cuius sit Magistratus indulgere reis pœnæ veniam, aut salvum conductum: & de venialium codicillorum iusta interpretatione: Item Restitutione damnatorum.

SUMMARIA.

1 *Pœnæ remittendæ potestatem, Reis facinorosis, alij infimis magistratibus concesserunt: quidam Principe inferioribus num: 4. alij deniq., & rectiùs soli summo Principi, aut cui hoc Princeps specialiter concessit, nu: 6. & nu. 23. & num: 28. Quod tamen aliquatenus restringitur, num. 34. cum seq. & num: 47.*

2 *Qui judicandi arbitrium habent, ijdem & pœnas, ex caussa, moderandi ac tollendi.*

3 *Pœnæ hodiè omnes sunt arbitrariæ.*

5 *Cardinalis, Principis, Electorum interventus, reum damnatum supplicio liberat, & nu: 8. & nu: 24. & nu: 30.*

9 *Principes damnatorum supplicijs haud interesse, sed eorum executionem alijs delegare debent nu: 11:*

10 *Qui & inde sacri, ac quasi sacerdotes à Platone vocantur.*

12 *Restitutio damnatorum, uti pœnæ remißio, penes populum olim Romanum; hodiè penes Principem consistit: quod originem ex L. 12. tab. habet, nec ratione caret, quæ additur.*

13 *Conditio diversa aliorum Magistratuum & Diverum Principum.*

14 *Senatus Principis, licet interdum gratiam, ex æquitate non scripta, facere poßit: non tamen pœnæ remißionem.*

15 *Iudicibus inferioribus, ex æquitate legibus scripta, pœnas moderari licet: sed vide num. 18. & num. 33.*

16 *Reipubl. interest, ut magistratuum iudicia legibus sint adstricta.*

17 *Iudex secundum leges judicare, neq. se intuitu conscientiæ excusare, aut ex privato cerebro arbitrari debet num: 35.*

19 *Iudicibus mn[illegible] jam in locu prohibitum, Reis veniam legis tribuere.*

20 *Duci Sabaudiæ integrum semper non est, famæ quempiam restituere.*

21 *Famæ restitutio, non nisi Principi, aut Senatui Romano de Iure Civili competit.*

22 *Conductum salvum exuli & damnato, non nisi Imp. concedere potest.*

24 *Principis solius est, novo in urbes introitu, Reos custodia liberare.*

26 *Fœminæ non tàm convenit pudor, quàm Principi, (quod exemplis demonstratur) clementia, cui tamen paßim indulgere non debet, nu: 27.*

26 *Exemplo & indulgentiá ubi opus est i hæc post sententiam utiliter interponitur.*

29 *Sine Principis licentia, non est licitum partibus, de pœnis Capitalium delictorum transigere,*

31 *Electores sunt pars corporis Cæsaris,*

32 *A Regibus sæpè indulgentia extorquetur, ideoq. multis in locis de ea supremus in super senatus cognoscit.*

33. *Iudex inferior, ex caussa nonnunquam legitima, à pœna ordinaria recedere & nu. 34. Securitatem certum ad terminum veniendi simul & abeundi, concedere, nu. 36. & nu. 41. & à se relegatum restituere, & infamiam abolere potest, num. 43 & nu. 45.*
37 *In fidei publicæ concessione, Reo à Iudice facta, an caussæ cognitio, & adversæ partis citatio, intervenire debeat.*
38 *Iurisdictione concessa, concessa intelliguntur omnia, sine quibus ea exerceri non potest.*
39 *Citatio tacitè in se securitatem eundi & redeundi continet.*
40 *Promittens non offendere, non de suo tantùm, sed & de alterius facto promisisse creditur.*
42 *Securitatem plenam Iudex Inferior elargiri vix potest.*
44 *Prætor Romanus adversus suam sententiam reum restituere potuit: Princeps verò etiam adversus aliorum:*
45 *Civitates & Collegia superiorem recognoscentia, infamiam ex statutis impositam, remittere possunt.*
46 *Restitutio concedit tantum, quantum abstulit læsio.*
48 *Pœna capitalis, licet à Principe criminoso fuerit remissa: magistratus tamen inferior, eundem nihilominus relegationis, aut pecuniariâ afficere potest, ut firmatur præiudicio & nu. 62. rationibus nu. 49. & nu. 51, cum seq. & nu. 57. Exemplo nu: 52.*
50 *Princeps, pœnam ex toto tollere, aut tertio præiudicium facere voluisse, non præsumitur & nu: 64.*
51 *Rei, etiam pœnâ liberati, in oculis offensorum, & conspectu aliorum, impunè versari non debent: & nu. 53. & nu. 55. quod periculosum sæpè, num. 59. Et constitutio Electoralis 19. par. 4. probat, num. 54.*
56 *Contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis, in loco contracti matrimonij, ferendi non sunt.*
61 *Reus non sufficienter punitus, denuò, non obstante compositione, mulctari potest.*
63 *Pœna in pecuniariam commutata, Magistratui inferiori, tribuenda.*
65 *Pœnæ & mulctæ spectant regulariter ad eum, cuius de crimine Iurisdictio seu animadversio est.*
66 *Constitutio provincialis quid ea in re statuat, &c.*

SEcundum ea, quæ de Abolitationibus privatarum & publicarum injuriarum tractata sunt, nunc commodè quæritur, cui
1 Magistratui cõveniat, reis facinorosis veniam dare, aut veniales Codicillos impertire: cum interdum etiam inferiores magistra-

rius hanc potestatem sibi sumsisse & usurpasse videamus *Guido*
Papa decis. 233. & 458. iidemque vel hoc colore se tueri conentur: 2
quod, quibus concessum est judicandi arbitrium, iidem & ex
caussa pœnas, à Lege indictas, moderari & tollere interdum pos- 3
sint: maximè, cùm hodie omnes pœnæ arbitrariæ factæ sint &
extraordinariæ *l. hodiè D. de pæn.* Extiterunt etiam, qui restitutio 4
nem damnatorum, & famæ integrationem, magistratibus, Prin- „
cipe inferioribus, communicare voluerunt: quemadmodum &
illud jamdudum apud Romanos usurpatum, ut Vestalis olim
Virginis & Flaminis Martialis, itemq; hodiè Cardinalis Pontifi 5
cii interventu, reus supplicio liberetur, de quo *Plutarch. in Numa*
Bodin de Repub. lib. 1. c. 10.

Sed nihil est veriùs, neq; justiùs, quàm pœnæ remissionem, 6
soli Principi supremo competere. Pertinent enim hæc capita ad 7
jura Majestatis, neque aliter de his judicavit antiquitas. Ita enim
Adrastus apud Crœsum, imprudentis homicidii veniam, impe-
travit ut post *Herodotum lib.* 1. *Aerod. lib.* 8 *tit.* 4. *c.* 15. ostendit. Imò 8
usurpatum jam olim id fuit, ut etiam solo interventu Principis,
dum supplicium sumitur, damnatio eximatur & restituatur: & 9
hoc ampliùs judicatum, non convenire Regibus & summis „
Principibus, ut damnatorum suppliciis intersint, vicioque iis „
datum, qui spectatores tàm tristis rei esse non horruerunt. *Ae*
rod. lib. 9. *tit.* 14. *c.* 2 *Hieron. Cagnol. de regim. boni princ. num.* 150. Et- 10
enim *Plato* Principes propterea sacros & quasi Sacerdotes æsti-
mat, ne iis judiciis intersint, in quibus de cæde, exilio, de carcere „
aliquid definitur, & observatum est hoc sub Augusto, ne suppli 11
cium de quoquam sumeretur, quoties is urbem introiret teste „
Suetonio in Augusto c. 57. & ita, (licet alio fine & respectu.) *Machi* „
av. Principem suum, acerborum negociorum executionem alii
delegare, beneficiorum autem collationem sibi servare voluit
c 7. & 14.

Quod de remissione pœnæ dictum, eâdem ratione in Re- 12
stitutione damnatorum obtinet. Hæc enim semper ejus fuit po-
puli aut Principis, penes quem summum imperium constitit, &

deris §. *oportet Nov.* 82. *Anto. Natta conf.* 49. *in fin lib* 1. Hinc *Carolus* 18
I. Rex Siciliæ suspendi judicem jussit, qui reum, suspendio dignũ, „
ad manus amputationem condemnaverat *Anton. Peregrin. de* „
jur. fisc. d. lib. 4. *c.* 8. *nu.* 8. *n.* 23. 24. *& seqq.* & refert *Boss. d. tit. de remed.* „
num. 51. cum quidam vasallus criminoso veniam delicti contu- „
lisset, eundem nihilominus ob delictum suum, in Mediolanensi Ducatu, suspensusum, cum gratia collo annexa. Similiter cum *Franciscus I. Galliæ Rex*, Andium Ducatu matri donato, eidem permisisset, jus venialium Codicillorum, Senatus Regius tàm diu sustinuit illius juris comprobationem, donec princeps contulerctur. Donataria demùm maluit eo jure cedere, quàm à Senatu, qui interim retulerat ad Principem, Regii juris eximii repulsam ferre *Renat. Choppi. de Doman. Franc. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 11. *Bodin. d. lib.* 1. *c.* 10. *pag.* 215. Ita & legatis Provinciarũ Regni Gal- 19
lici interdicta est ejusmodi diplomatum concessio, & exolevit apud Delphinates mos ille, quo provinciæ præsides legis & publicorum iudiciorum veniam tribuebant *Guid. Papæ d. decis.* 238. *Choppi Bodin. d. lo.* Imò nec Duci Sabaudiæ licet quempiam fa- 20
mæ restituere, aut supplicio eximere, nisi vicaria Romani imperij potestate fungatur, quæ & nominatim venialium codicillorum facultatem complectatur *Cacheran. decis.* 101. *latè Choppin. d. l.*

Hinc in iure nostro Civili apertè traditum: famæ restitu- 21
tionem non, nisi Principi, aut Senatui Romano, competere: &
neminem posse commeatum remeatumve dare exuli, aut da- 22
mnato, præter Imperatorem *l. relegati* 4. *in fin. l. ad bestias.* 31. *in fin. de pœn. l.* 1. §. *de qua autem &c. de postulan. & ibi Dd. communiter latè Peregrin. d. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 14. *& seqq. & lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 2. *& seqq. Iacob. de Sancto Georg. de feud. verb. princeps num.* 8. *de verbo signif. Menoch. de arbit. lib.* 1. *q.* 92. *Renat. Choppi. & Bodin. d. locis. Oddus Perusin. de Restitutio n par.* 2. *q.* 92. *nu.* 26. *& seqq. Boss. in prac. tit. de Citatio. num.* 39. *latiss. Prosper Farinac. in prax. Crimina. q.* 6. *num.*
22. *cum mult. seqq.* ubi potestatem aggratiandi aut remittendi 23

pœnam corporalem nulli vasallo Comiti, aut Baroni competere ait, præterquam Principi, & cui hoc princeps disertè & specialiter concessit. Hinc ubi quæsitum aliquando fuerat: an pœnā fustigationis commutare in pecuniariam posset nobilis quidam, qui merum habuit imperium, in negativam sententiam † *responsum* scio.

24 Eodemque modo solius est Principis, novo in singulas urbes introitu, quasi felici ἐμβολῇ reos compedibus solvere, & publicâ custodiâ liberare *Boer. decis. 217. nu. 21. Choppen. d. lib. 2. tit. 7. nu. 12.* & hoc est, quod suprà dicebatur, principe interveniente, à supplicio abstinendum: & eleganter *Aerod. d. tit. 14. c. 2* non tàm cō-

25 venire fœminæ pudorem, quàm Principi clementiam & humanitatem. Extat hac de re elegantissima disceptatio Liviæ cum Augusto *apud Dionem Nicæum*, ubi clementia imperantibus summè necessaria esse demonstratur, & optimè *Antonius Pius* pòst *Scipionem*, malle se unum Civem servare, dicebat, quàm mille hostes occidere, eandemque aliorum principum Romanorum sententiam fuisse, testantur, *Sextus Aurelius Victor, in Nerva & Diocletia. Vulcat. Gallican. in Avidio Cassio. Pompon. Latus in Dioclestan. Marcellin. lib 19. in fin. 26. & 30.* Atq; hîc observatione

26 dignum, ubi exemplo; & tamen indulgentiâ opus est, post sententiam hanc utiliter interponi, ut ita neq; partes justitiæ, neque misericordiæ pœnitùs excludantur, sed optimo utriusq; temperamento adhibito procedatur *Aerod. lib. 7 tit. 3. c. 2. Pet. de Vineis d lib. 6. epist 18.*

27 Caveat etiam Princeps, ne passim remissiones pœnarum indulgeat, & ita ad delinquendum reos animosiores efficiat, veterem scilicet ferendo injuriam, ut novam invitet. *Neviza. in sylva nupt. lib. 1. num 75.* de quo porrò pulcrè *Henric. Stephan de juris Civil. fontibus in præfat. Philip. Camerar. horar. succis. c. 100. Gomez. resol. lib. 3. tit. de homicid. num. 60. Covarru lib. 1. resol. c. ult. num. 8.*

28 Quapropter dubitari non debet, ad solum Principem jus istud eximium pertinere: atq; ideò absq; etiam summi Principis

venia.

veniæ, de Criminib. publicis & Capitalibus, ut pœnæ fiat publicæ remissio transigere non licere *Dd. in l. transigere C. de pact. & ibid. Delr. num. 59. Padilla. num. 47. Par. de Puteo de Syndica. in verb. Compositio. cap. 5. num. 2. & seqq. Afflict. decis. 287. Francisc. Viv. Aquila. decis. 350. num. 1. 2. lib. 2. Peregrin. d. c. 8. nu. 26.* Et facit constitutio Saxonica *tit:* das peinliche sachen/ etc. *Qua de re actum alibi.* 29

Et quod Senatui Romano & Cardinalibus Pontificiis permittitur, cur non & in imperio Romano Illustrissimis Electorib. concedatur? utpote quos *Carolus IIII. Imp.* partem sui corporis esse pronunciat *in Bulla aurea tit. 24. in princ.* quemadmodū ab iisdem hoc jus liberandi reos, & restituendi damnatos, passim in Imperio usurpari videmus. 30 31

Deniq; quibus in locis Reges summâ in suos potestatē utuntur, optimum hoc temperamentum induci placuit, ut licet criminoso pœna remissa, & literæ gratiæ concessæ sint: tamen de his nihilominus cognoscat supremus Senatus, utrum videlicet regi per obreptionem indulgentia extorta sit, in regno Galliæ & Ducatu Mediolanensi servari testantur *Boër. decis. 65. num. 10. Boss. in prac. tit. de remed. ex sola clemen. princ. num. 36. & seqq. 42. & seqq. Hotoman. in Francogal. 25.* 32

An igitur, dicet aliquis, nullo casu Magistratus inferior, cum infamia rei dispensare, eundemq; pœna Legis ordinaria liberare, damnatum restituere, aut salvum conductum, fidemque publicam, illi impertire poterit, cùm id non rarò in judiciis fiat: dum nempè reo capitalis criminis dies cum promissione securitatis, dicitur, aut pœna ordinaria remittitur, aut relegato potestas redeundi conceditur? Sanè ut adversus apertas Legum sanctiones judex reo gratiam pœnæ faciat: damnatum, exulem, aut infamem, de jure communi restituat, fieri nullo quidē modo potest, ut suprà est dictum. At interim non prohibetur judex, ex caussa legitima, ab extraordinaria pœna recedere, aliqui frustrà illæ caussæ minuendi pœnas in Legib. nostris essent expressæ, & 33 34

inter

interpretatio in Legibus summè necessaria simùl removeretur, *Innoc.in c.* 1. *ex.de Constitut. Bald.in l. etsi severior C. ex quibus causis infa. irroga. Peregrin. d.c.8. num.*24.25. *Menoch.de arbit.ju lib.*1. *q.*15.71. *Tiraq. de pœn. in præfatio num.*25.*cum mult. seqq. Cagnol. in rubr. C. qui admitti num.*14.16.*Bolognet.ibid.num.*38.*& seqq. Alciat.de verbor. significat. lib.*1.2. *Natta.cons.*129. *num.*4 *lib* 1. dum-
35 modò arbitrium hoc judicis ex ipsis Legibus originem habeat, neq; in privato inferioris magistratus cerebro natum dici possit, *l. si placuit C. de judic. Boß d.tit.de remed. num.*43.44. *Buchana.*
36 *de jure regni apud Scot. pag.*32.36. Ita reo capitalis criminis absenti, judex inferior, rectè terminum ad comparendum præstituit, & securitatem veniendi & abeundi simul concedit. *Iul. Clar. in prac. crim.* § *fin.q.*32.*num.*14.*Dambou. in prac. crim. c.*26.*nu.*
37 2.*& seqq.* ubi tamen causæ cognitionem præcedentem, & adversæ partis citationem, requirit. *Bursat.cons.*345. *num* 1.*& seqq.lib.*
38 4. *Farinac. in prax. crim. q.*29. *num.*98. *& seqq.* Nam quia jurisdictio illi data est, & ea concessa intelliguntur, sine quibus ea commodè explicari nequit *l.*2. *de jurisd.* & quis, quæso, absque hac securitate, ad locum non tutum accederet ac non potiùs exceptione loci non tuti se tueretur? *c. accedens ex. Ut lite non contest. gl. in c. statutum* § *cum verò, in verb. securè d. rescript. in* 6. adeoque hoc verum est, ut judex nō tantùm, ex caussa, citationi inserta, reum carceribus mancipare nequeat, sed neque ex alia, li-
39 cet non nominata: Cùm & ipsa Citatio tacitè in se securitatem eundi & redeundi contineat, uti vulgò dici solet: Die la-
40 dung bringet Geleit mit: Et promittens non offendere, non de suo tantùm facto promisisse credatur, sed & generaliter, ne per alios quis offendatur, & denique alioqui miserè aliquem sub obtentu Citationis decipi contingeret. *Salic. in l. nullus C. de judic. Pet. Prem. de securita. promis. quæst.*6. *Peck. de ju. sisten. c.*7. *num* 1. *& seqq. Coler. de proces. ex. par.*4. *c.*1. *num.*193. *Guil. de Cuneo trac. de Securita. num* 14. *Moron. de treu. & pace. par.*2. *q.*24. *num.*7. *Meno.*
41 *de urb lib.*2. *c.*337. *num.*21. *Bertazzol. cons.*359. Proinde, ex hac caussa, salvum conductum, inferiorem magistratum, pro commodi-

ore

ore expeditione suæ jurisdictionis, largiri posse tradunt. *Marin. Frec. de feud. lib. 2. auctorit. 45. num. 1. & seqq. Meno. de arbit. lib. 2. c. 336. num. 27. & lib. 1 quæ. 92. Vital. de Cambin. in trac. Clausular. in verb. in l. nova secur. pend. num. 14. & seqq.* Ex quo tamen nequaquàm sequitur, eundem magistratum, plenam omninò securitatē, (quæ ferè non, nisi à Principe aut superiori magistratu concedi solet, *Coler, in process. exec par. 4. cap. 1. num. 168. 170.*) reo dare posse, ut lata sententia, statim reus ita convictus, aut spontè delictum confessus, obstante securitate, ad supplicium trahi nequeat, ut pàssim usu servatur, † & *pronunciatur*. Ac meminerunt hujus *Coler. d. par. 4. cap. 1. num. 209. Moller. seme. lib. 2. c. 1. nu. 1. 2.* Memini autem aliquando ex Academia relegatum & exclusum, post aliquot annos, consensu Senatus Academici † *restitutum*, & abolitam per restitutionem infamiam, in quam is per exclusionem inciderat. Nam & ita olim Prætor Romanus adversus sententiam, in caussa famosa à se latam, restituere potuerat, licet adversus aliorum sententiam solus Princeps restitueret *d. l. 1. §. de qua autem de postulan. Cuja. in l. in causa §. nunc videndū de Minoribus &c.* & placet Interpp. nostris, à Civitatibus & Collegiis, superiorem agnoscentibus, ut non possit fieri restitutio adversus infamiam ex jure communi impositam: tamen adversus eam, quæ ex statutis civitatis, aut Collegii, incurritur honoris & famæ imminutionem, à Civitate & Collegio damnatum, restitui posse, ut inde medicina petatur, unde læsio processit, & tantundem restitutio concedat, quantū læsio abstulit. *arg. d. l. 1. §. de qua autem &c. Bart. ibi & in l. infamem num. 14. ubi Alexan. in additio. de public. jud. Felin. in c. cum accessissent num. 3. & seqq. ex de Constit. Panor. in c. cum te num. 20. de Sent. & re judica. Ang in §. 1. nu. 12. Instit. quib. mod. jus pat. pot. soll. & in §. Sancta in princ. Instit. de jure nat. gen. & civil. Ludovi. Roma. sing. 537.* Igitur hisce limitibus contineatur & coerceatur restitutio, reprehendi non debet: alioquin verò, ut fidei publicæ datio, soli principi reservanda *Bodin. d. lib. 1. c. 10. cir fin. pa. 223. Ioan. de Platea in l. ult.*

42 † 43 † 44 45 46 47

C. de erogat. milit. anno. Choppin. d. tract. de Doman. Franc. lib. 1. tit. 8. num. 13.

His ita constitutis, non alienum erit, nonnulla de interpretatione indulgentiæ Principalis subjicere, & quidem notabilem hanc speciem: Commiserat aliquis crimen morte dignum: verùntamen gratiâ apud Principem impetratâ, & remissâ capitali pœnâ, quærebatur à magistratu oppidano ejus loci, ubi delictum commissum & puniendum quoq; fuerat, an nihilominùs reus iste relegationis pœnâ affici posset, & quia capitalis pœna in pecuniariam commutata erat, cui saltem hæc pœna, Principine superiori, an Magistratui oppidano, debeatur, & applicanda
48 veniat. Et primùm quod attinet *responsum* † memini licere oppida-
† no magistratui, etiam factâ remissione pœnæ capitalis, facinorosum istum extra ditionem suam relegare, nisi & hujus relega-
49 tionis pœna à summo Principe remissa esset. Nititurq; hæc sententia ratione, à verisimili Principis mente ductâ, quod nolue-
50 rit ex toto omnem pœnam simul tollere, quod neq; in potestate ordinaria principis esse censetur, *Fernan. Vasq. illust. contro. cap.* 15.
51 *num.* 11. quod etiam inconsulta & casualia homicidia, ab omni antiquitate, exilio punita sint, illudque indignum visum, ut rei, licet à pœna legis ordinaria immunes, in oculo reliquorum Civium impunè versarentur, *Aerod. rer. jud. lib.* 8. *tit.* 4 *c.* 1. *& seqq.* itaque Lex divina imprudentem homicidam ad loca perfugii se conferre, & vindicem propinqui sanguinis vitare jubet *Iosua* 20. 1. *& seqq.*

52 Ad eundemq; modum Senatus Mediolanensis, etiam remissâ à Principe homicidii pœnâ, exilium reo irrogare, vel eundem aliâ pecuniariâ pœnâ mulctare solet, indignum reputans, homi-
53 cidam, in conspectu populi & offensorum, inviolatũ obambulare *Boss. in pract. tit. de remed. ex sola clement. princ. nu.* 47. 48. 49. id quod *Constantini Imperatoris Nov.* 12. *& Manuelis Comneni Const.* 3. *de cædibus voluntarius*, eleganter confirmatur, ut nempè omninò homicidæ interdicatur eo loco, ubi cædes facta est, utcunq; pœ-
54 næ aliæ remittantur. Et *Constitutio Electoralis* 19. *par* 4. etiam

factâ

facta inter adulterum & conjugem ejus reconciliatione, utrumque ditione Principis excedere jubet: & *in l.4.§ 1. ad L.Corn. de sicar.* comprobatur factũ *Ignatij Proconsulis*, quod imprudentem 55
homicidam pœna pecuniaria & exilio mulctasset, de quo & *Cujac.lib.14.obs.4.* & in dispensationibus matrimoniorũ, in gradi- 56
bus prohibitis, illud cavere principes solent ne in locis, ubi contractum est, maneant conjuges, sed aliò se conferant: ne rei turpis memoria, vel offendat probos, aut improbos ad similia pra- 57
va studia perducat. Deniq; veniam ita indulgere, ut interdũ ac- »
cidit, hoc est, nulla pœna, nulla damnatione, ne minima quidem »
interposita, certè idipsum caussæ esse queritur *Aerod. d.lib.8.tit.4.* »
c.1. cur illis locis difficile sit dicere, frequentiores sint hominum 59
cædes, an nativitates. Sanè in solatium proximorũ defuncti, utile est, homicidam exulare tantisper, dum fervet dolor, ne etiam ex imprudenti prudens fortè homicidium nascatur. Quemad- 61
modum ergò semel absolutus, si non fuerit sufficienter punitus, non obstante compositione, denuò mulctari potest. *Par. Put. de Syndicat. verb compositio cap.1. num.7. cir. fin. & c.7. nu.12. Maran: de inquis. nu.* 100. Ita & hic, remissa licet corporali pœna, *judicatum est* † relegationis pœnam, non expresse remissam, nihilomi- †
nùs imponi posse. 62

Ad secundum quæsitum, Cui nempè mulcta pecuniaria, in quam corporalis pœna conversa est, applicari debeat, *responsum*: † Ad magistratum oppidanũ, ad cujus jurisdictionẽ animad- †
versio criminis spectabat, pertinere. Nam traditum est ab In- 63
terpp. quo casu pro Crimine Capitali pœna pecuniaria à superiore magistratu imponitur, eam non imponenti superiori, sed inferiori, ad cujus ordinariam cognitionem, crimen, si nõ remissum fuisset, pertinebat, applicandam esse: ut expressè tractant: *Ioan. Gallus quæstio.274. Alber. Brun. cons.31. num.10. & seqq. Boss de foro comp. num.20 Anton. Capicius decis.27. num.12. & seqq. Prosp. Caravi. Risu Magna Cur. 272. num.8 remiss. Anton. sola. ad Const. Pedemon. nov. pag. 266 Coler. de process. execut. par. 2. c. 1. num. 120.* Propterea, quod in dubio, indulgentia

Prin-

Principis super crimine, non trahitur ad pœnam parti læsæ ap-
64 plicandam, neque ad utilitates inferioribus magistratibus debitas, ut ita, absque injuria & præjudicio tertii, remissio pœnæ procedat *Dd in l. venia C. de in jus vocan. Par. Put. d. verb compositio c. 1. num. 1. 6. 7. And. Isern in c. 1. de vasal. decrep. atat Marin. Frec. de feud. d. lib. 2 aucto. 29. nu. 2. Boss. de foro comp. num 25. 27. 28. & seqq. 49. Peregrin. d. lib. 4. tit. 8. num. 18. lib. 1. c. 3. num. 94. & seqq. lib. 5 c. 1. num. 139. Pet. Peck de Eccles. reparan c. 6.*
65 Denique quod pœnæ & mulctæ regulariter pertineant ad eum, cujus de crimine jurisdictio est. *Iacob. de S. Georg verb. & cum mero num 6; Mari Frec. d. lib. 2. auctorit. 13. num. 1-2. Ludovic. Molin. de primogenit. Hispan lib. 1. c. 25. num. 22.*
66 Et ita *in antiquis Constitutionibus Provincialibus* Der Landes Ordnunge *tit.* Was zu Ober / Unter oder Erbgerichte gehöret *in fin.* dicitur: pœnas pecuniarias, ex criminibus civiliter compositis, ad eum pertinere, qui merum imperium habet. Ita etiam mulcta judicis inferioris, si Senatus placito sit reformata, nihilominùs medietas mulctæ applicatur curiæ inferiori. *Franc. Clapeo. in decisio. cau. 11. q. 1.*

QUÆSTIO XXIII.

De Executionibus Criminalibus judiciorum, an Magistratus vel subditorum expensis de jure, vel more recepto, fieri debeant: & an, post pœnam Criminalem à reo sumtam, cesset actio Civilis rei persecutoria contra heredes.

SUMMARIA.

1. Priv-

1 *Princeps subditis administrare justiciam debet.*
2 *Et gratis, ac suo sumtu, sed vide nu. 9.*
3 *Etiam in criminalibus iudicijs, tàm ex Iure nostro Saxonico, quàm Civili.*
4 *Subditi, iustam de iniuria conquerendi causam habent, quando ab iis sumptus criminalium iudiciorum extorquentur.*
5 *Officialis visitans provinciam suis impensis visitare debet.*
6 *Faciens aliquid ob compensationem factæ sibi concessionis, idipsum proprio sumtu facere tenetur.*
7 *Magistratus officium est, ut purget malis hominibus provinciam.*
8 *Magistratus, munera accipere non debet.*
9 *Consuetudine, contra Ius commune induci potest, ut subditi iusticiæ expensas conferant, quæ etiam in concursu creditorum prærogativâ nonnunquam gaudent, nu. 15.*
10 *Consuetudo illa strictè accipienda.*
11 *Et saltem de ijs impensis, quando ad pœnam mortis processum fuit, non æquè de alijs.*
12 *In odiosis extensioni locus non est.*
13 *Consuetudo in specie & in puncto, quo de agitur, probanda est.*
14 *Consuetudine Iuri communi contrariâ existente, neque de casu ad casum, neque de loco ad locum, neque de persona ad personam argumentatio procedit.*
15 *Reus ad mortem damnatus, sumptus iusticiæ præstare neutiquam debet.*
16 *Cuius tamen heredes, ad interesse; vel restitutionem rerum ablatarum conveniri posse non videntur, uti etiam probat ius provinciale, num. 19. Sed contrarium de Iure communi receptius, num 20. quando videlicet hoc á parte læsa petitur num. 22. à qua si nihil petitum fuerit, alijs praiudicium fieri non debet, nu 24.*
17 *Mors omnia solvit.*
18 *Propter unum delictum, quis pluries puniendus non est.*
21 *Pœna corporalis, & civilis Interesse persecutio, se ad invicem compatiuntur.*
23 *Iudex irrequisitus in ijs, quæ privatorum utilitatem respiciunt, officium suum interponere non tenetur.*
25 *Leges semper loquuntur.*
26 *A non usu ad derogationem, argumentari non licet.*
27 *Fiendum cursu temporis non tollitur.*

1 NUllum dubium est, Principes & Magistratus cæteros, administrationem justitiæ subditis suis debere: cum ad hoc primùm sint constituti à DEO OPT. MAX. & subditorum in illis suscipiendis, nō alia mens fuerit, quàm ut æquo jure apud se Imperarenti, dq; ut commodiùs facerent opes sortiti sunt, subditorum permissione majores. & quandoq; ab ijsdem vectigalia & tributa accipiunt. *Aristot. Polit. 5. Fernan. Vasq. illustr. contr. v. in præfatio. nu. 102.*
2 Sequitur ergò, ut cum ad particularem justitiæ administrationē devenitur, teneatur magistratus suo sumtu judicium exercere, & gratis ea; quæ justiciæ cōveniunt, subditis exhibere; præsertim cum ad eam congruos reditus accepit, de quo latè agunt *CC. in c. cum ab omni de vit. & honest. clerico. Vasq. de trac. c. 7. nu. 1. Ioan. Garsia Gallec. de expens. c. 21. n. 20.* ubi ait, quod cum fiscales pœnas domini capiant, necesse habeant & sumtū facere pro exercenda jurisdictione: quomodo & *gloss.* Weichbildt *artic. 59. nu. 4.* ait, ex reb. vacantibus, fisco delatis, magistratū, iusticiæ publicæ gratia sumtus ferre, & meminit *Coler. de process. exec. par. 1. c. 3. nu 259.*
3 Hinc *ordinatio Provincialis Saxonica* disertè mandat, Sumtus Criminalium judiciorū, Magistratus ordinarios deficientibus accusatoribus, sufferre debere & *Iul. Clar. in prac. Crim. §. fin. quæstio 99. nu. 5.* regulariter expensas executionis justiciæ, ad fiscū ait pertinere post *Capel. Tolosa. decis. 41. Boër. decis. 303. nu. 10.* Quod si magistratus hos sumtus à subditis extorquere conetur,
4 de injuria illos rectè quæri scribit *Paris. de Put. tract. Syndica. in princ. tit. de Regum princ. excess. cap. 1. nu. 67. Et verb. expensa c. 1. nu. 5.* censet officialem visitantē provinciā, suis expensis, & nō sub-
5 ditorum, visitare debere; idem *Paris. Put. in verb. potestas c. 2. n. 6. & in verb. salarium c. 4. nu 1. & seq.* de quo etiam scribit *Boër. d. lo. Mino. de arb. lib. 2. c. 228. Garsia. Gallec. de expens. cap. 21. nu. 5. 20. & se.*
6 *& nu 31.* His omnibus adstipulatur regula generalis, ab Interpp. tradita nempe: Quandocunq; quis munere suo fungitur, vel aliquid facere tenetur, ob compensationem factæ sibi concessionis, tunc idipsum proprio sumtu & expensis illum facere teneri, nec habere impensarum repetitionem *arg. l. suo victu de oper. li-*

bert. l.1. C. de aqu. ad lib.11. Meno. de retin. poss. rem.7.nu.32.34. Iac. de S.Georgio. de feud. in verb de castro num.15. Sichard. in l.1. num.3. & seqq. C. de negoc. gest. & in l. quoniam num.7. & seqq. C. de testibus.
Cum igitur officium sit magistratus malis hominibus purgare 7
provinciam *l. congruit de offs. præsid.* sequitur, id gratis fieri debere: unde & munera accipere magistratus prohibentur *l. solent. 6. de offic. procons.* idemque *Carolinâ Constitutione de pœnis* confirmatur. 8

Una saltem ad præcedentem regulam expositio *à Iul. Claro. d. lo.* subjicitur, nempè, quando Consuetudine obtentum est, ut subditi has justitiæ publicæ expēsas ferant: quæ Consuetudo etiam in Ordinatione harum provinciarum comprobatur, *sub tit.* Von Kost der Peinlichen Rechtfertigung s Were aber. Veruntamen 9
quamvis concedatur, Consuetudinem talem valere: tamen in 10
casibus ex facto occurrentibus diligenter investigandum, quid quoq; loco per usum longævum invaluerit, ne ulteriùs extendatur, quod in certis tantùm caussis est receptum. Cum enim Consuetudo talis à jure communi exorbitet, & subditos prægravet, cujus etiam initium fortè à Præsidum Provincialium impressione processit, non est rationi consentaneum, ut, tanquàm favorabilis, interpretatione extensivâ adjuvetur. Quapropter cum ex diuturno usu constaret, subditos sumtus executionis Criminalis, vulgò Henckergeldt. ubi ad mortis pœnam processum erat, 11
sustinuisse, ex facto autē posteà contingeret, ut à mortis pœna reus vel per sententiam absolveretur, vel condemnatus indulgentiâ principali liberaretur, & his quidem casibus sumptus carceris, à subditis istis, per officiales postularētur: Deniq; cum quidam suspendio se necasset, & per carnificem depositus & humatus esset, deq; hujus depositionis & humationis sumtibus, an à subditis similiter persolvi deberet, quæreretur, delatâ ad aulicū Electorale consiliū cōtroversiâ *rescriptum* † scio, à subditis tales †
impensas nequaquam extorquendas: quemadmodum in similibus odiosis & onerosis consuetudinibus, non esse extensioni lo- 12
cum, scribit *Ioan. Garsia. de expens. c.9. nu.7. & seqq.* Et traditum est

alioqui consuetudinem non in genere, sed in specie, & in casu
14 vel puncto, de quo agitur, probandam esse, ut docent *Natta cons. 435. nu. 22. Rolan. à Val. cons. 51. nu. 39. lib. 2.* Item Consuetudinē, juri communi contrariam, neq; de casu ad casum, neq; de persona ad personam, neq; de loco ad locum, extēdendam: sed, quantum fieri potest, strictissimè interpretandam esse *Bal in auth. qui rem cir. fin. & ibi. Ias. C. de SS. Eccles. Cravet. de antiq. tempo. par. 4 §. transeo nunc ad quartam num. 44. & seqq. Rol. Val. cons. 55. num. 13. lib. 1. Ludol Schrader. de feud. par. 10. sectio. 20. num. 165. & seqq.*

15 De eo, ubi aliquando quæsitum fuit, an sumtus isti consuetudine ita approbati & à subditis persolvendi, in creditorum cōcursu prærogativa aliqua gauderent; memini nos ad ipsa bona, & utrum intuitu eorum persolvendi adeoque onera realia sint, respexisse, & idem eo in casu, quod in aliis publicis censibus,
† magistratui debitis, ob rationis paritatem, † *respondisse.*

16 Atque hæc omnia ad sumtus pœnarum tantùm pertinent, quos vel magistratus, vel subditi, si ita sit receptum, fuerunt. Ipsum autem reum damnatum horum aliquid, ex suis bonis, præstare, incivile & absurdissimum fuerit: iniquissimū etiam semper existimatum, ut suo gladio homo juguletur, aut virgis à se emptis cædatur, quod nec relatum, nec receptum unquam *arg. l. 1. de Senatorib.*

17 At si ab hac vindicta publica recesseris, & quæstio proponatur; an & homicida, vel fure, ad mortem damnato, teneantur nihilominus heredes ad interesse, vel restitutionem rerum abla
18 tarum, hîc quidem videri posset idem, quod in priore casu, dicendum esse: ut proinde pœnâ mortis sufficiat, & ut aliàs mors omnia solvat, ne propter unum delictum quis pluries puniatur:
19 quomodo & in civilibus bis idem petere prohibemur: & ita quidē *Hippol. de Marsil. sing. 176. incip. proximè &c.* judices vulgò
20 sentire, ait: & probavit *Francis Marc. Delphin. decis. 191. nu. 2. par. 2.* & confirmatur *Constitutione Electorali 12. par. 4.* quo jure uti
21 mur. At Interpp. *communiter** aliud tradiderunt, nempè per

pœnam

pœnam etiam corporalem, ad vindictam publicam tendentem, non esse sublatam, Civilem persecutionem, ad damna & interesse privatorum: cum hæc sunt separata, quæ se invicem compatiuntur: alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicæ disciplinæ postulat *l. locatio 9. § quod illicitè 5. de publica. & vectig. Hippol. d. lo. Covarru. lib. 2. resolut. c. 10. num. 7. Io. Bap. Flot. de in litem jur. §. 29. num. 3.* & latè *Petr. Binsfeld. in c. 1 in 4. quæstio. pa. 66. & seq. ex. de injur. & dam. dato. Farinac. in prax. Crimin q. 1. num. 64. & seq. q. 10 num. 61. q. 22. num. 30 & seqq. q. 26. num. 7.* Unicam. tantùm ad hoc limitationem assignat *Farinac d. q. 1 num. 67.* si videlicet hoc à patre læsa non petatur, quo etiam referendum est, quod tractatur *in l. interdum 56 § 1. de furtis. Duaren. in l. si ab hostibus 10. § 1. Solu. matri. Cujac. lib. 8. obs. c. 33. & 9. c. 37.* Nam in iis quæ privatorum utilitatem respiciunt, tralaticium est, judicem irrequisitum officium suum interponere minimè teneri *l. 4. § hoc autem. D. de dam infec.* An verò à prædicto regulari jure ideò etiam recedendum sit, quòd plerumque hactenus, post supplicium à damnato exactum, nihil ultrà pars læsa petere consueverit, valdè ambigo. Neque enim ideò alius prohibetur legum beneficio uti: cum Leges semper loquantur, & à non usu earum, ad derogationem, argumentum haud procedat, nec valeat allegatio imperitorum Advocatorum: Nunquam hoc factum fuit, ergò fieri non debet. cum fiendum cursu temporis non tollatur *c. cum ex officiÿ ubi Bal. ex de præscript. l. Arriani C. de hæretic & Manichæ. l. sed licet de offic. præsid c. cum causam de electio. Nicol. Everhar. in Top. in loco à solitis nu. 15. Molina. ad consu. Paris. tit. 1. § 30. num. 26. Cavalcan in trac. de Tuto. & Curato. nu. 41.*

22 23 24 25 26 27 28

QUÆSTIO XXIV.

De Criminibus publicis capitalibus, quatenus privatim transigere liceat: Et an Magistratus facinorosis pœnæ gratiam facere queat: vel aliud reis subsidium in asylis, locis sacris, & intercessionibus relictum sit.

SUMMARIA.

1 *Transactionis quæstio in causis criminalibus sæpè & variè ventilatur.*
2 *Sanguinem redimere unicuiq; quacunq; ratione licitum.*
3 *Salutis expediendæ omnis ratio honesta.*
4 *Animantibus naturâ insitum, ut se suaq; defendant.*
5 *Delinquens, offendit non tantùm læsum, sed & Rempubl. imò & DEUM, & naturam.*
6 *Magistratus & primæ & secundæ tabulæ defensor.*
7 *Offensionis species duplex cuius & utilitas privatorum, & rigor disciplinæ, vindictam exigit.*
8 *Transactio privata in delictis, non præiudicat vindictæ publ.*
9 *Transactio interpretanda salvo iure Fisci, & reipublicæ.*
10 *Quod & constitutione Provinciali provisum.*
11 *Crimen expiatur plenissimè, quando & parti læsæ, & Reipublicæ satisfit*
12 *Pluralitas habituum, requirit pluralitatem privationum.*
13 *Expiationes delictorum, olim legitimæ, quarum usus adhuc in quibusdam Germaniæ locis.*
14 *Atheniensium, in remissione, aut transactione causalis homicidij mos.*
15 *Et Germanorum aliquibus in locis*
16 *Qui ex politia Iudaica originem ducere videtur.*
17 *Hereditate se indignum facit, qui necem defuncti non vindicat:*

18 Princip , reis delictorum, ante reconciliationem partis offensæ, veniam concedere non debent.
19 Uti in Saxonia factum.
20 Princeps non præsumitur, pœnam privato applicandam, remisisse.
21 Transactio, ob delictum cum privatis, potest etiam de parte bonorum homicidæ fieri, ubi de L.4. §.1 de Sicar.
22 Apud Saxones transactiones solent saltem fieri cum agnatis occisi.
23 Cognati tamen etiam, in defectum illorum, ordine successivo admittendi.
24 Accusator transigens, non habet necessum petere abolitionem, nec in pœnam SCti Turpill. incidit.
25 Reo licere non debet, quod non permittitur accusatori.
26 De accusatoribus desistentibus, jus olim varium: uti refertur.
27 Iure & moribus nostris, ad jus vetus SCti Turpill. recursum, & in hoc etiam ampliatum, ut sine licentia magistratus super delictis, non concessa sit transactio.
28 L.1.§.4. Ad Turpill. inducitur.
29 Pœnas, delictis capitalibus illis impositas, magistratus remittere non potest, ne quidem Imperator, nu:42. sed limit. nu.48. & nu:58.
30 Pœnarum civilium gratiam, quilibet magistratus facere potest, non æquè capitalium.
31 Magistratus inferior, non potest abrogare legem superioris.
32 Misericordiam in atrocioribus delictis lex divina improbat: Et sæpè est intempestiva, nu 40.
33 Sic ab homicida precium accipi lex Divina vetat, quod & Draco voluit num. 36. Unde nec consuetudo in contrarium probanda num: 43. Limitatur num 51.
34 Sanguis eius, qui sanguinem fuderit, ut fundatur, de homicidio lex prima.
35 Homicida sacrilegus, ex sententia Philonis.
37 David Rex, Ioabo & Semei indulgentiam criminum concessit.
38 Ludovicus Galliæ Rex gratiam, quam dederat Reo capitalis criminis, revocavit.
39 Victima Deo mactari non potest pinguior quàm homo sceleratus.
41 Impium absolvere, tàm abominabile, quàm condemnare justum.
44 Principes cur & quando veniam concesserint delinquentibus, etiam auctoritate Sanctorum & conciliorum num:46. & omninò nu:48. & exempla num:56.

45 *Cur ius Asyli (ex lege Mosaica manans) constitutum, in Ecclesia retentum, & in concilijs approbatum fuerit nu. 47. sed vide num. 25. & 55. ubi & exemplum refertur & nu. 57.*

49 *Non quid factum, sed quid fieri debeat, considerandum.*

50 *Princeps, absq; animæ periculo, potest, secundum CC. sententiam, remittere criminum pœnam, quando ex eo Reipubl. aut privato, iniuria non infertur.*

53 *Homicidium casuale, aut necessarium, purgabatur apud Iudæos, annotatione superioris.*

54. *Quod & in Nov. Valent. probatur.*

59 *Intercessiones pro criminosis fieri, præsertim ab Ecclesiasticis, non debent, quod & scriptura prohibet, num. 63. 64. etiamsi factas nonnunquam legamus num. 60. & num. 62. Explicatur Pauli intercessio pro Onesimo.*

61 *Princeps facilius suas, quàm alienas, condonare potest iniurias.*

65 *Intercessionum apud Roman. mos.*

66. *Magistratum fontibus fugitivis receptaculum præbere non debet.*

1 DE transactione in caussis Criminalibus vetita, vel permissa, lites in foro frequentes & graves plerumque oriuntur, & traditum est *per Dd.* plenissimè *in l. transigere. 18. C. de transact.* quærentibus super Criminibus capitalibus, aut pœnam mortis ingerentibus,
2 transactio permittatur. ex eo, quod licitum sit unicuique, sanguinem suum, quolibet modo, redimere *l. 1. de bon. eo. qui mor. sibi consci:* & *in Cic. pro Milone ait,*
3 Omnis honesta ratio sit expediendæ salutis: neque reprehensionem mereri videtur studium retinendi diuturniorem vitæ usuram, & eum ex divinissimâ animæ & corporis societatem: cum *eodem Cic. 1 offic. teste* omni animantium generi à natura insitum sit, ut se, vitam, corpusq; tueatur, declinetque ea quæ sibi nocitura videntur; quemadmodum econtra vituperatione digni sunt, qui mortem, errore vitæ, affectant. & declaratur ratio hujus juris à *Franc. Conna. lib. 5. Commen. c. 7. num. 2. Onciac. quæstio juris*
5 *philos. c. 36.* Quia verò constat, ex quolibet delicto non tan-

tùm

tùm offendi reum, qui læditur, sèd & Rempubl., cujus honestissimæ leges violantur: imò quia, etiam nulla lege lata, in Deum Opt: Max: & naturam peccatur, *teste Philosopho Polit. lib.* 2. *c.* 8. & primæ tabulæ, perinde ut secundæ, defensor est 6
Magistratus: neque inter Christianos Imperatores & principes valet impia Tiberij vox, *Deorum injurias dijs curæ esse*: eámque duplicem offensionis speciem, in Legibus nostris 7
expressam habemus, ut videlicet partim utilitas privatorum, partim vigor disciplinæ, vindictam exigat *l. locatio.* 9. §. *quod illi ne* §. *de publica & vectig. l. jurisgentium.* §. *Si paciscar. de pact.* Ideò rectè *ab interpretibus nostris ad d. l. transigere* annota- 8
tum est, per transactionem privatam, in capitalibus delictis permissam, non præjudicari vindictæ publicæ: quominus Iudex deinceps contra reum procedat *Anton. de Padil. in d. l. transigere num.* 47. *& seqq. Hugo Donel. num.* 24. *& seqq. Cagnol. in l. id quod nostrum* 11. *num.* 6. *& seqq. de reg. jur. Mins. sing. obs.* 79. *Cent.* 2. *Jul. Clar. in prac* §. *fina. q.* 51. *num* 11. Pro- 9
inde legem Hispanicam, generaliter permittentem transactionem, salvo jure fisci & Reipub. interpretatur *Anton Gomez. de homicid. num.* 56. & expressum est idem clarissimè, *Constitutione Provinciali* horum locorum, videlicet; absque 10
jussu & sciru Electoris Saxoniæ, causas criminales, pœnam mortis importantes, civiles effici non posse. Cui conse- 11
quens est: ita plenissimè expiari crimen mortale, si utrique parti læsæ, privatæ & Reipublicæ, satisfiat. Pluralitas enim habituum, requirit pluralitatem privationum, *Castren. in l. de pupillo.* 12
§. *si pluribus. de oper. no. nunc.*

Ac de privatæ injuriæ & offensionis abolitione, ut pri- 13
mùm agatur, constat, eam tanti factam esse jam olim, ut propterea cædium, parricidiorum & aliorum delictorum, usurpatæ fuerint legitimæ quædam & justæ expiationes, quas *Arist. Polit. lib.* 2. *c.* 2. vocat λύσεις νομιζομένας, ut & *Plato lib.* 2.

de Repub. λύσεις καὶ καθάρσεις τῶν ἀδικημάτων. Idem *lib. 9. de Legib.* & *Cicero de LL. 2.* quæ & in locis quibusdam
14 Germaniæ hodiè remanserunt. Nam de inconsulto & casuali homicidio saltem, cum apud Athenienses transigere permissum esset, cogebatur homicida ad certum tempus exulare, nisi antè aliquem ex familia occisi exorasset: & tunc quidem non temerè, sed quodam ritu, permittebatur redire in Civitatem. Ad domum siquidem cæsi
15 desidens, veniam propinquorum expectabat: sicuti in Germania interdum, peculiaribus vestibus indutus, aliisque ceremoniis adhibitis, indulgeri sibi & condonari offensionem petit. Necesse erat & reum expiari & rem divinam facere. Meminit & *Demosthenes adversus Aristocrátem,*
16 *Pantanetum & Nausimachum.* Et videri potest hæc disciplina ex Politia Iudaica fluxisse, cum à Moyse sæpè fiat mentio ejus, qui propinquus est sanguinis, cùm de vindicanda cæde agitur: quemadmodum *Plato* ejus meminit, qui est ἐγγυτάτω τοῦ γένους *Henric. Stepha. de jur. Civ. font. &*
17 *riv. in præfatio.* Hinc in jure nostro indignus est hæreditate defuncti, qui interfecti necem vindicare negligit *l. heredem. 17. D de his quibus ut indig. l. 1. 6. 7. C. eod. tit.* &
18 laudabiliter Principes faciunt, qui non concedunt reis delictorum veniam, priusquàm cum parte offensa facta sit reconciliatio, prout in Mediolanensi Ducatu factitari scribit *Boss. in pract. Crim. lib. de Remed. ex sola clemen. princ.*
19 *num. 24.* & laudatissimæ memoriæ Electorum Saxoniæ, Augusti & Christiani, exempla duo commemorat, *Daniel*
20 *Mollerus Semestr. lib. 3. c. 31.* quemadmodum neque in dubio princeps pœnam, privato applicandam, suâ indulgentiâ remisisse videtur. *Dd. in l. Venia. C. de in jus vocan.*
21 *Boer. decis. 65. Peregrin. de ju. fisc. lib. 4. tit. 8. num. 16. 18.* Et novum non est, ex transactione, cum privatis nomine delicti capitalis inita, applicari propinquis partem quan-

dam

dam bonorum homicidæ, quemadmodum *Ignatius Proconsul Bætica*, cùm quidam per lasciviam causam mortis præbuisset, decrevit inter cætera, ut is parenti mortui duo millia persolveret, idque *D. Adrianus* comprobavit, ut refertur *in l. 4. §. 1. ad L. Cornel. de Sicar. & in collatione Legum Iudaica & Roma. ubi locus est integer relatus etiam in Cuiac. lib. 14. obs. 4.* Hinc in Legibus Saxonicis & Longobardicis peculiariter constitutum, ut cum homicida transigant saltem agnati, non cognati, & illi quidem soli pecuniam hoc nomine datam capiant. Landtrecht. *lib. 1. artic. 43. cir fin. & artic. 64. & lib. 2. artic. 16. Fachs. diff. 69. In Lombar. lib. 1. tit. de homici. lib. homi. L. Si quis Longobardus, & meminerunt Tiraq. de LL. connub. gloss. 1. par. 1. num. 61. Pet. Pha. de delictis c. ul. Gomez d. tit. de homicid. num. 65.* præterquàm ubi 22 agnati vel non extant, aut defuncti necem vindicare omittunt, uti placuit *Revisoribus differentiorum Iuris Saxonici, arg. l. Navarchorum 4. C. de navicular. lib. 11. Alciat. de verb. sig. lib. 1 num 92. 93. Menoch. de arbit. lib. 2. c. 394. num. 41.* & dicetur suo loco. 23

Et quia hactenus de privatorum transactionibus diximus, 24 sciendum est, adeò *ex d. l. transigere &c.* permissum esse transigere, ut accusator opus non habeat, petere abolitionem accusationis, ne in SC. Turpilianum incidat, licet hoc *VVesenb. D. de transact. num. 6.* sensisse videatur. Nam si non incidit in SCm, qui permissu Imperatoris desistit *l. destitisse. 13. ad SC. Turpil* neque puniendus est, qui, constitutione Principis permittente, id facit *l. Gracbus C. ad L Iul. de adul. Donel. in d. l transigere. num. 20. & seq.* præterquàm, quod frustrà reis permitteretur, sanguinem suum redimere, si accusatores, de eisdem criminibus transigentes, SCto Turpiliano coërcerentur: ut proinde non debeat licere reo, nec possit, quod non permittitur accusatori 25 *Bart. d. l. in princ. Alexan. num. 3. Anton. de Padilla. num. 6. Donel. num. 20. & seqq. Delrio. num. 63. Cuiac. lib. 20. obs. 19. Anton. Faber Cojectur. lib. 2. c. 20.*

Fateor

Fateor quidem, varium de accusatoribus desistentibus jus
16 semper fuisse. atque ante SC. Turpilianum, impunè desistere licuisse, & eo fortè sub Nerone (cujus utpotè, & Tiberii ætate, dilatorum infinita multitudo erat) condito, posteà, sub Diocletiano & Maximiano, jus vetus plenissimè restitutum, ut quod impetratâ abolitione anteà concedebatur, posteà, etiam absque eâ, permissum esset: quin & posteà sub Valentini, Theodos. & Arcad. temporibus etiam abolito usurpata est, *teste Simmacho lib. 10. epist. ult. Aerod. rer. judicata. lib. 9. tit. 8. c.* 17. quanquàm hoc postremum de accusatore, in probatione deficiente, & per se, sine transactione desistente, à Simmacho scriptum legatur. Ac
27 videtur sanè, moribus nostris, quodammodo ad jus vetus ex SCto Turpil. recursum, & illud quasi ampliatum, ut super criminibus capitalibus, absque venia summi Magistratus, transigere non liceat: eoque non tantùm *in Constitutionibus provincialibus*, Der alten Landesordnunge/ etc. *sub tit.* Das Peinliche Sachen, etc. & Iudici, & parti, compositionibus amicabilibus, in causis criminalibus, mortis pœnam ingerentibus, interdicitur: sed & *à Ludo Fachsio.* peculiaris forma transactionis cum venia Principis licitæ, præscripta est, & extat *post Speculum Saxonicum sub tit.* So
28 misshandlung bürglich würden/ etc. & obtinet hodiè apud nos indistinctè, quod ait *Martianus I. C.*, accusationem talium criminum, cognoscentis auctoritate, non accusantis voluntate, aboleri; ita quidem, ut etiam ante institutam accusationem transigere, sine venia apud nos æquè sit interdictum, atque si posteà idem fiat. Et hæc, *ad privatorum injuriarum, & offensionum abolitionem pertinentia, nunc quidem sufficiant.*

29 Restat, ut & de publicæ injuriæ remissione dicatur, in quo illud primùm rectè quæritur, an pœnas delictis capitalibus im-

positas à Lege, princeps rectè remittat, & cui Magistratui id sit
permissum. Etenim ut civilium pœnarum Magistratus gratiam 30
alicui faciat: ægrè tamen illud ad delicta, divinis legibus tàm
severè prohibita, produci poterit: veluti est homicidiũ, adulte-
rium, læsæ divinæ majestatis crimen, idolatria, Magia, sortile- 31
gium, Sodomia: cum non possit inferior legem abrogare supe- 32
rioris. Imò nominatim talis misericordiæ species improbatur
Deuteron.13.v.8. Hebræor.10.ver.28. & in cæde hominis cũ primis 33
prohibetur, ne precium ullum ab homicida ob vitam accipia-
tur. *Exod.21.12. Num.35.31.* ubi unica expiationis forma poni-
tur, videlicet sanguis eius qui sanguinem fudit. Estq; hæc pri-
ma & antiquissima de vindicanda interfecti nece Lex, à Deo 34
Opt: Max: promulgata. *Genes.9 v.5.6.* & rationem ibi positam de-
clarat *Philo Iudæus lib. de Specialibus Legibus Moysis*, dicens, ho-
micidam insignem Sacrilegum esse, sublatâ videlicet è mundo 35
re preciosissima & sacratissima: quod nihil sit Deo tàm simile,
quàm hoc signum pulcherrimum, expressum è matrice pul-
cherrima, ad exemplar ideæ rationalis effectum. Ex quo & 36
Draconis Lex profecta videtur, qui specialiter sanxit, ab homi-
cidis pecuniã extorquere non licere, alioqui duplum damni da-
ti luendum esse. *Henric. Stephan. de jur. Civ. fon. & riv.* ubi de cæ-
de tractat; *Ioach. Steph. de jurisd. Græcor. c.15.* Certè David Rex
etsi Ioabo & Semei ad tempus indulgentiam criminum concef- 37
sisset, ad extremum tamẽ pœnas justè ab iis exigi mandat. 3. *Re-
gum 2. v.5.8.9.* Et Ludovicus Galliæ Rex, recordatus *Psalmi 106.*
de beatitudine eorum, qui faciunt justitiam omni tempore, gra- 38
tiam, quàm semel reo capitalis criminis dederat, statim revoca-
vit, *Antimachia vel. Commentar. de Politia theorem 7. Philip. Cam-
merar. operar. succ. siv. lib.1.c.109. in princ.* & rectè *Seneca* dicebat,
nocere eum probis qui parcit malis; & pinguiorem victimam 39
Deo mactari non posse, quàm hominem sceleratum *c. quali. 23.
q.5.* Reprehenditur in Saulo & Achabo intempestiva hæc mi-
sericordia *1. Regum. 15. v.3.9.11.21.22.23. & 3. Regum 20. v. 42. &* 40

denique Salomon *Proverb.17.v.15* pronunciat, tàm esse abomi-
41 nationi apud Deum, qui absolvit impium, quàm qui condemnat justum.

42 Ex quibus omnibus constat, tàm divini, quàm humani juris interpretibus, hanc Principum consuetudinem, quâ etiam in deliberato & consulto homicidio, reis veniam & pœnæ remissionem indulserunt, summoperè displicuisse negantibus, ne quidem Imperatori permissum, manifestum & dolosum homicidam supplicio liberare. *Thom.de Aqui.22.q.67.art.4 & 12.q.10. Domin.Sot.de just. & ju.lib.2. art.8 q.3. Durand. in primo senten. distinc.47.q.4.Petr.Martyr.locor.commun.class.4.loco 14. num.2 cum multis seqq. Dana.Ethica.Christia lib 2.c.13. & Polit Christia. lib. in aphoris.de judic.crimin.num.11.pag.464. Covarru.lib.1.resolu c.ult. num.8. Cagnol.de vita & regim. boni Princ. num. 36. Bodin.de Repub.lib.1.c.ult.pag.217.latè Ioan.Baptis.Plot.cons.78.num.21. & seqq. Boss.in prac.tit.de remed.ex sola clemen princ.num.41, Fernan.Vasq. illust.contr.lib.1.c.27.num.2.8 Farinac.prax.crim.lib.1.q.6.num.15.*
43 *& seqq.* multò verò minus probanda est ea consuetudo, quæ homicidia absq; discrimine, pœnâ saltem pecuniariâ punit, ut inter populos Septentrionales à multis annis apud quosdam, Danos scilicet, Polonos, Suecos, Frisios, Holsatos, fuit receptum, *Bodin de Repub.lib.6.c.6 pag.1115. Ludov.Roman sing.706.Covar d. lib.2.c.9,num.2.*

44 Neque his obstat, quod non tantùm summi principes, hac potestate, frequentissimè etiam concedentibus sanctis hominibus, usi sunt, sed hoc ampliùs sanctis locis, si ad ea delinquentes
45 se recepissent, hanc reverentiam exhibuerunt, ut iis jus Asyli
46 salvum, & reos inviolatos esse voluerint: Quomodo *Concilio Toletano 5. Cano. 8.* potestas illa remittendi pœnas facinorosis, à Patribus Concilii, principibus permittitur: eodemq; inclinare videtur *Augustinus epist.158.159.160. & Ambrosius*, dùm Theodo-

sium

ſium in oratione funebri laudat, quod nunquam denegaſſet
veniam confitenti. Aſylorum quoque jus, ex lege Moſaica 47
manans, ab ipſis Ethnicis religioſà habitum, & in Eccleſia
novi Teſtamenti, à Concilijs & Patribus ſimiliter retentum
fuit, *Exodi 21. verſ. 13. Deuteronom. 19. verſ. 2. & ſeqq. 2. Maccab. 3. v. 3 & 4. v. 33. & ſeqq. Ioſua. 20. ver. 1. Auguſtin. lib. 1. de Civit. Dei. c. 4. c. definivit. c. id conſtituimus. c. miror. c. reum. 17. q. 4. toto tit. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Thucid. lib. 1. Diodor. Sicul. lib. 11. Dionyſ. Halicarn. lib. 2. Plutarch. in Solon. & Themiſto. & Pauſania. Xenophon. lib. 4. ἑλληνικῶν Polidor. Virgil. Angli. Hiſtor. lib. 26.* Nam ad iſta omnia commo- 48
diſsimè ita reſponderi poteſt: Solitos videlicet principes
criminoſis veniam tribuere, non indiſtinctè, ſed his tantùm, qui imprudens ſeu inconſultum homicidium perpetrárunt, aut quibus ex juſta alia cauſa, pœna legis ordinaria minuenda videbatur: imò ſine conſideratione iſtarum
cauſſarum veniam paſſim ex abſoluta poteſtate tribui, omninò 49
neque poſſe, neque debere: & ſi diverſum quoddam factitárint,
non quid factum ſit, ſed quid fieri debuerit, videndum *arg. l. ſed licet 12. de officio præſidis.* Ita enim quod *Concilio Toleta. 5. c. 8. & Toleta 12. c. 3. Aureli. 4. c. 16.* de abſolutis à Principibus dicit, de criminibus adverſus ipſos Principes perpetratis, aut homicidiis, juſtam aliquam excuſationem habentibus; accipere oportet Nam 50
& inter Canoniſtas ipſos convenit: Poſſe Principem abſq; animæ periculo, remittere criminis pœnam, quæ in ſatisfactionem Reipub. à Legibus prodita fuit: modò nec Reipub. nec privato, injuria inferatur, per ejuſmodi remiſſionem; imò fieri poſſe, ut hoc modo homicidium pœna pecuniaria puniatur *c. 2. de delic. puero. Covarru. d. lib. 1. reſol. c. ult. num. 8. & lib. 2. c. 9. num. 2.* ubi ta- 51
men addit, hoc nō in homicidio doloſo, ſed caſuali obtinere. Iſta Aſyla Iudæorum, non patrocinabantur homicidis voluntariis, ſed imprudentibus: & poterant doloſi homicidæ & facinoroſi, etiam ab ara abſtrahi & occîdi, ex ipſius divinæ legis præſcripto, & Regis Salomonis, & Iojadæ Pontificis, ex- 52

empIo

emplo *Exodi 21.v.14 Deuteronom.19.v.11.& seqq. 3. Regum 2.vers. 28.31. 4.Regum 11 v.15.& seqq.* Interim in Politia etiam Iudaica
53 receptum erat, cædem necessariam, & casualem, purgari posse annotatione superioris, aut Principis, secundum *Philonem in li-*
54 *bro de vita Mosis. Steph. de Iurisd. judæo.c.ult.* quod & *in Novella Valentinian. de homicid. cas. fac.* probatur *Cujac. in l.2. cir. fin. C. de*
55 *petit. bon. subla. lib.10.* Neque tamen apud gentiles, vel Ecclesiæ novi Testamenti cives, immunitas Asylorum & Ecclesiarum quibusvis criminibus proficere credebatur, sed hactenus tantùm, ut probi & innoxii servarentur. Et Romani. *Dione teste*, nulli DEO unquam tribuerunt, ut, criminis caussâ, ad aram ejus confugere liceret: & postquam religione ad impunitatem, ad receptacula, & irritamenta maleficiorum, quidam abuti cœperunt, justis magistratuum & sanctorũ Patrum decretis indulgentia ista temperari cœpit. Cujus rei elegans est exemplum apud *Tacitum annalium lib.3.* de abusu imaginis imperatoriæ, & jure asylorum, apud diversos. *Concil. Ancira.c.22. Eliberi.c.5. Aurelian.4.c.16. Matiscon.2.c.8.9,10. Triburien.c.46.c.1.ex de homicid Covar.d.lib.2.c ult.num.7. Petr. Martyr. locor. commun. class.4. loco 14. num.31 & seqq. Danæ.d.lib.2 c.13 Aerod. rer. judicat. lib.1. tit 9.c.14.*
56 Ita Imperator Fridericus homicidæ cuidam pœnam ultimi supplicii remisit, quod is non ex proposito, sed rixâ interveniente, cædem fecisset. *Pet. de Vineis epist. lib.6 c.18.* Et Augustinus Circumcellionibus, ut hæreticis, parcendum ita docuit, quomodo & saniores hodie eosdem capitali supplicio non puniendos sentiunt *latè Myn. Cels de hæret. capita supplic. non affi.* licet *in c. remittuntur in fin 23.q.5.* hanc objectionem *Gratianus* aliter diluere
57 conatus sit. Sic Iustinus Imperator *Nov.17.§ cæterum, &c.* homicidis, adulteris, & virginum raptoribus, immunitatẽ in locis
58 sacris concedi vetat. Ex quibus omnibus conficitur, quod initio dicebatur, licere quidem Principi, homicidii imprudentis & casualis pœnam, suo arbitrio moderari, vel in aliis delictis mortalibus, ex justa caussa, mitigationem aliquam inducere; ve-

runta-

runtamen non hoc ad dolosa & proditoria homicidia, aut totalem abolitionem pœnarum pertinere.

Deniq; sciendum etiam intercessiones pro Criminosis non usque quaque ab Ecclesiasticis Personis probandas si delictum per se sit animadversione dignum, & sine gravi dispendio publicæ rei impunitum dimitti nequeat: utcunque Leontius Episcopus Symmachum Perduellionis reum precibus suis liberaverit. 59
& hujus intercessionis vestigia alibi quoque extent ut *Concili, Triburien.c.46. Aerod.lib.7.tit.7.c.4.* Nam suas injurias facilè condonare princeps potest, alienas non item. Et quod Paulus apud Philemonem pro Onesimo fugitivo servo intercedit, cum delictis majoribus nihil habet commune, & *in c. hi qui 14. q.6.* pro furibus intercessio damnatur, & benè adjicitur, ex indiscreto hujusmodi defensionis ausu, opinionem Ecclesiæ inquinari. Ita neque *Proverb. 24.v.11.* nocentes à morte liberandi præcipiuntur, sed insontes, quos ab injuria meritò defendimus *Psalm.82.vers.4.* alioquin enim ipsorum criminum patrocinium suscipere viderentur, qui facinorosos meritis pœnis subtrahere intercessione vellent. *Dana.d.lib.2.c.13.* valetque illud *Horatianum.*

60 61 62 63 64

Quem cui commendes etiam atq; etiam aspice, ne quem
Incutiant aliena tibi peccata pudorem

Apud Romanos recepta erat hæc intercessionis species, quâ reus damnatus à collega ejus, qui sententiam tulerat, morti eximebatur, quomodo & aliàs inter tribunos alter alteri, plures uni, aut unus pluribus intercedebant, *Cujac. lib. 21.c.33. Aerod. rer.jud.lib.2.tit.9.c.13.* Illud denique Magistratus caveat, ne sontes, à suo magistratu fugientes, recipiat, & horum delictorum participem se faciat: cùm id maximis mutationibus quandoq; in Republica occasionem dederit *Bodin de Repub.lib.1.c.10.pag.218 & c.6.cit fin Richard Dinoth adversariorum tit.de Repub.num.34. Bodinus advers. Malestrot.p.771. Machiav.disput.Livian. lib. 2.c.31. & de Repub.lib.5. c.6.pag.909.* 65

17 *Princeps, potestatem etiam largè concedens, numquam ita concessisse creditur, ut non maiorem penes se retineat.*
19 *Iudex loci potest quidem in ministros Regios manum injicere: sed in eos, non nisi Regius Iudex animadvertere debet, ex Ioan. Fabr. sententia, quæ recepta, num. 20. & probatur num: 34.*
22 *Ministri fruuntur privilegio Domini, quo ad forum.*
25 *Par in parem non habet imperium.*
29 *Exemtus à iurisdictione alterius judicis, per delictum ei non subjicitur.*
30 *Exemtionis privilegium varium.*
31 *Privilegia removens, removisse intelligitur hominibus concessa, non quæ clausa sunt corpore juris.*
35 *Princeps, in dubio, non præsumitur, velle ordinario magistratui præiudicare.*

ELeganter nuper quærebatur, de casu hujusmodi: In eo loco, ubi & Princeps curiam habebat, & magistratus oppidanus jurisdictionem exercebat, quidam ex famulis & apparitoribus Principis deliquerat, & apprehensus à magistratu oppidano ad judicium trahebatur: Principis Consiliarii, qui illius loco gubernationem ibi exercebant, contrà id magistratui non licere affirmabant, eidemq; inhibebant. Quærebat Magistratus, an rectè inhibitio facta esset. 1

Et pro negativa sententia videbatur facere, quod Magistratus à Principe jurisdictionem istam titulo oneroso acceperat, ut proinde privativè concessa intelligeretur, & in ejus exercitio subditi nec quicquam turbandi, per adducta *à Caro. Tapia in l. fin. de constit. princ. par. 2. ca. 9 nu. 1. usq; ad num. 6.* pugnare pro eadem etiam videtur, quod notat *Bart. & alij in l. in officiales 4. C. de lucris advocato lib. 12.* posse scilicet officialem principis delinquentem à magistratu ordinario coerceri. Imò traditum est, ex duobus condominis uno in alterius territorio, aut communi fundo delinquente, alterum ab altero posse puniri, secundum *Bald. in c. 1. in fin qual. vasal. jura. deb. fidel.* neque etiam posse dominum suos officiales punire, tanquam qui in sua caussa judicet *l. qui jurisdictioni D. de jurisd.* 2 3 4

cum alijs allegatis *per Ioan. Petr. Surd. cons. 47. num. 20. & seq. cons. 152 num 43. & seq cons. 210. num. 56. Vincen. Hond. cons. 13. nu 59. 60 Fernan Vasq. de suc. creat. lib. 2. § 17. num. 18. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. tit 3 num. 29. 33.* Rectè igitur *Ioan. Fab. in d. l. in officiales &c.* scribit, solere quidem judices locorum in apparitores Regios manum injicere: sed non posse alium, quàm Regium judicem, in illos animadvertere, itaq; ad illum hos transmitti oportere *arg l. 2. C. de offi. mag mil.* quam *Fabri* sententiam sequuntur nominatim *Nicol. Boer. ad Cons. Bitur. tit. de Consuet pertin. ad judic. in § 15. in fin & d. decis. 8. nu 12. Ioan. Imbert. forens. instit. lib 1. c. 1. Rebuf. ad Const. Reg tomo 2. tit de literis requis gloss 3. nu, 32. Renat. Choppin. de Domanio lib. 2. tit. 6. nu. 2. & seq. Petr. Peck. de jur. sisten. c. 22. nu. 2. & seq. Anto. Natta. cons. 576. nu. 1. & seq. lib. 3.* 19 20

Neq; his obstant, pro contraria opinione allegata. Etenim ut maximè aliquando privativa sit concessio, non tamen contra dominum ipsum & ministeriales, hoc est torquendum, ut antè dictum est. Nam privilegio domini, quoat forum, etiam famuli fruuntur, secundum *Panor. in c. nullus de foro com. Tessau. decis. 22. num 2. Franc. Vivius decis. 116 lib 1. Hippol. Bonacos. de famul. quæstio. 15. Vincent. Caroc de Locatio tit. de Collectis num. 5. & seq. fol. 211.* Nec quod *ex d. l. in officiales &c.* deducit *Bartolus*, cum forma præsentis Iurisdictionis conferri potest: cùm tunc quidē omnes officiales eundem Principem respicerent, tantum abest, ut contra eundem, ipsóve præsente, potestatem suam exercerent *l judicium solvitur D. de judic. Amade. Pont. laudim. quæst. c. 24. fol. 30* Quod verò unus ex dominis alterum in loco communi delinquentem punire possit, id per se valdè absonum est, & *à Dd.* communiter improbatur, cùm par in parem imperium non habeat *l 3 de recep. arb. ubi Costal.* neque id simpliciter *Bald.* ibi tradit, sed potiùs contrarium, quemadmodum alij de hoc etiam disseruerunt *Iacob. de S. Georg. verb. Marchio. § dubitatur etiam nu. 4. Ias. in l. unic. § is videtur num. 19. Si quis jus dic. non obt. Paris. de Put. de redinteg. feud. c. 251. num 5. & seq. Clar. in pract. Crim. § fin q. 38. num. 3. 4. Fulvi. Pacia. de probat. lib. 2. c 36. num 69. & seq. Ioan* 21 22 23 24 25 26

Petr. Surd. consf. 47. nu. 7. 9. & seq. lib. 1. Ipsum autem dominum, officiales suos delinquentes, coërcere posse, verissimum est, neq; ulla affectionis consideratio suspectum hîc magistratum superiorum facit *d. l. si quos fortè §. si quos Comitum de pœn. Petr. Aurelian. in pract. in tit. de condic. ex §. quadrupli Inst. de actio. in princip. Natta d. cons. 576 nu. 1. & seq.* Ad rationem porrò vulgarem,
28 qua traditur, ratione loci delicti, aliquem forum sortiri, Respondetur, eam tunc locum habere, quando quis, ratione loci, ab alterius judicis jurisdictione est exemptus *c. 1. in princ c. tuarum. c. cum cappella. de privil.* Ita quoq; exemptus, per delictum alterius
29 fori non efficitur, quando privilegium exemptionis in corpore
30 juris inclusum, vel communi jure est comprehensum, vel ubi privilegium eximit aliquem à certa specie jurisdictionis, vel ratione personæ quis eximitur à judicibus ordinarijs, ut pulcrè de
31 clarat prædicta *Didac. Covar. prac. quæst. c. 11. nu 5. Bertazzol. cons 51. nu. 11. conf. 52. nu. 1. lib. 1.* Ita enim, non obstante delicto clericorum & militum, non tamen privilegium fori iisdem minuitur *Covar. ibid. Boss in prac. Crimin. tit. de foro comp. nu. 3. & seq. Socin. in c. postulasti nu. 8 9. de foro comp. Anton. Natta. d. conf. 576. nu. 13. & seq. lib. 4.* ubi ait: *d. Auth. qua in provincia &c.* removen-
32 tem omnia privilegia, intelligi debere de privilegiis ab hominibus concessis, non de iis, quæ clausa sunt in corpore juris, qualia sunt, quæ domesticis Principis & Curialibus competunt. *Castren. in l. 1. C. in quib. caus. mil. fori. præscrip. Natta d. l. nu. 10. & seq.*
33 De Auctoribus pro sententia contraria allegatis, non valdè opus est laborare: cùm *Alberic.* de eo loquatur Capitaneo, qui in Criminalibus alioqui cognitionem non habebat; *& alij Dd.* præhensionem quidem officialis Regij, judici ordinario conce
34 dant, non tamen eidem permittant, inconsulto, aut invitò superiore, eundē retinere & punire, quomodo dissentientem *Guidonem Papa* cum aliis conciliat. *Pet Peck. d. capit. 22. num 4.* De or
35 dinarij & delegati judicis comparatione quod dicebatur, verum
36 est, principem in dubio ordinarijs nolle præjudicare. *Bal. in l. sæpè in 1. notab de offi præsid. c. super eo ubi Felin. & Cc. communiter de*

off.

offic. de leg. Franc. de Claper. decis. cau. fiscal. cau. 8. quæst. 2. nu 1. & seq. sed id ad præsentem quæstionem, ubi de delegato non agitur, nō pertinet. Alia est .n. quæstio, Si Legatus Principis alicujus deliquerit, an, in consulto illo, is sit puniendus, de qua videatur *Alberic. Gentilis de Legationib cap. 19. & seq. Freber. parerg. li 1. c. 8. in fin.*

QUÆSTIO XXVI.

De veræ & falsæ Medicinæ discrimine: An Medicus, ob perperàm adhibita medicamenta, & insecutam mortem, teneatur, & quomodo puniatur.

SUMMARIA.

1 *Medicinæ veræ permagna utilitas, dignitas, & necessitas: quæ suspicienda semper, & ab omnibus amanda, num: 35. Deorum munus, num: 2. Cui Reges operam suam impenderunt, & eo ipso innotuerunt, num: 3. Quæ Imperatoribus imperat, num: 4.*
5 *Medicorum præmia opima, & memorabilia: Eiusq; rei exempla.*
6 *Medici, cum Iureconsultis, de honoris prærogativa contendunt: sed jam dudum debellati à militis, de quibus remissivè nu: 7. Idq; ob maiorem Iurisprudentiæ dignitatem, utilitatem, & necessitatem, nu: 9.*
8 *Inter studiosos literarum, licet omnes honorandi: gradus tamen sunt retinendi.*
10 *Legum auctor, est DEVS.*
11 *Sine lege, nec civitas, nec domus subsistere potest.*
12 *Iurisconsultis, post Theologos, in Academijs & alibi primi debentur honores.*
13 *Medicæ artis scientiam multi sibi vendicant, sed minus rectè, & nu: 39.*
14 *Medicos veros à falsis quomodo veteres distinxerint.*
15 *Aegyptij singulorum morborum, singulos Medicos habuerunt.*
16 *Quibus Medicis ab Impp. immunitates concessæ.*
17 *Medici περιοδεύται olim nuncupati.*
18 *Morbi verbis non curantur: uti nec verbis homini nocetur: licet aliud Magis placeat.*
19 *Magica vanitas Medicinæ fidem penè omnem, olim abrogavit & nu: 41.*

20 *Magicis artibus multi hodie p'us ferè, (sed minus rectè) quàm veræ Medicinæ tribuunt.*

21 *Medicorum olim diversæ fuerunt sectæ.*

22 *Medicorum constituendorum arbitrium, ordini cuiusq; civitatis quondam commissum.*

23 *Medicis publicum honoris testimonium dandum.*

24 *Medico eventus mortalitatis, quatuor concurrentibus, imputari non debet, de quo etiam nu. 31. & nu. 69.*

25 *Medicos discere, & experimenta nostro periculo facere, dicterium vulgare.*

26 *Medico, item, & advocato impune occidere licitum.*

27 *Medici etiam imperiti, à se mortis causam avertere solent, & num. 29. & num. 33.*

28 *Medicorum contentiones, de morbis exortas, nullus ex iudicibus, nisi & ipse Medicus sit, rectè discernit.*

30 *Morbi subinde novi suboriuntur, qui solertissimorum Medicorum scientiam effugiunt.*

32 *Curationes, ex sententia Hippocratis tria perficiunt.*

34 *In Medicina, si peccatur, hominum, non artis est vitium.*

36 *Medicina ut prostituatur ab indoctissimis, concedendum non est.*

38 *Nullius artis plures, quam Medicinæ, ex sententia Pontani, sunt artifices & num. seq.*

40. *Chymici & Paracelsi discipuli, veri Medici non sunt, adeò, ut & tales sæpè veniant puniendi. num. 42. & nu. 45. & nu. 57.*

43 *Morborum remedia, si à doctis exhibeantur, Deorum manus auxilians appellantur: si ab indoctis, venena.*

44 *Mulieribus curandi munus omninò interdicendum.*

45 *Medici imperitiam ius, adeoq; Lex Aquilia non relinquit impunitam, uti nec negligentiam nu. 47. in tantum, ut & imperito pœnam mortis declarit num. 53. sed tutius ut talis extraordinariè puniatur, nu. 56. & num. 5? quòd probat Carolina constitutio, & aliquando iudicatum, nu. 57.*

46 *Imperitia culpæ annumeratur.*

48 *Medicus de culpa, ante factum, non providendo: in facto, malè secando: post factum, dimittendo, tenetur.*

49 *Medici officium in curando quale.*

50 *Medicus qui dolo ægrum perdit gravius, & quidem ex L. Cornel. de sicariis plectendus. & nu. 52.*

51 *Cuius rei exempla remissivè*

54 *Differentia inter L. Aquiliam, & L. Corneliam.*

55 *Lata culpa in infligendis pœnis corporalibus dolo non solet comparari. adde num.61.*
58 *Medici, qui in regno Neapolitano sine licentia medentur, & medicinas sine consensu iuratorum conficiunt, puniuntur.*
59 *Medici negligentia qualis intelligenda.*
61 *Abortionis causa poculum præbens, gravius atq; alius, puniri solet.*
63 *Medicus imperitus & negligens tàm criminaliter conveniri & puniri potest, quàm civiliter.*
64 *Medicorum inscitia, ab alijs peritis exploranda.*
65 *Qui tamen ad hoc, iurati ut sint, non requiritur, teste experientia, & nu.68.*
66 *Iuramentum credulitatis imponi potest deponentibus dubia de vulneris qualitate.*
67 *L. nen ivi. C. de advoc. div. iud. intellectus.*
69 *Medici periti opera, licet adversum eventum habuerit, tamen remuneranda.*
70 *De salarijs Medicorum, & an in ijs privilegium habeant.*
71 *Inter Medicos gratis, vel mercede interveniente curantes, addistinguendum, ut ille de culpa levi, hic de levissima teneatur.*
72 *Medicus à mercedis pactione, ex sententia Hippocratis, incipere debet.*
73 *Medicus de applicanda medicina, utrum profutura sit, nec ne, dubitans, an ea uti debeat: ubi Carocij sententia declaratur, nu: 76.*
74 *Periculum periculo sæpè vincendum.*
75 *Satius est anceps auxilium experiri, quàm nullum.*
77 *Omnia in hac naturæ imbecillitate ad vivum resecari nequeunt.*
78 *Deus vitæ nostræ & mortis potestatem in manu habet.*

MOvet me, ut aliarum rerum, ita etiam literarum copia, intemperantia & abusus, ut de veræ & falsæ Medicinæ studiis, quatenus his à Magistratu jus reddi debeat, quædã expromam. Principio autem veræ Medicinæ dignitas, utilitas & necessitas 1
permagna est, nõ tantùm ab ipsis Medicis explicata, sed & ab aliis, & præcipuè *Syracide c.38. v.1. & seq. Stobæo sermo. 100.* Unde Deorum esse munus perhibetur, & summis etiam Regibus pla- 2
cuit, eidem operam suam impendere. *Cal. Rhodigi. antiq. lectio.* 3
lib.28. c.11. Tiraq. de nobil. cap.31. nu.31. & 103. cum seqq. & qui præclaris suis factis innotuerunt, divinis honoribus affecti sunt *Cal. & Tyraq. ibid.* Insigne quoq; inter cætera est, quod hæc una 4
artium Imperatoribus quoq; imperat *Plin. lib.24 c.1. in fi.* unde

*Caßiodor.lib.6.c.*19. Theodoricum Regem, archiatro suo ita scribentem, introducit: Fas est tibi, nos fatigare jejuniis: fas est cõtra nostrum sentire desiderium. Talem tibi deniq; licentiam nostri esse cognoscis, qualem nos habere non probamur in cæteros.

5 Hinc adeò & præmia Medicorum opima & memorabilia promanârunt, quæ *Hippocrati Erasistrato, Caßio, Calpitano, Aruntio, Albutio, Rubrio, Stertinio, Crina Maßiliensi* & aliis, à principibus sunt persoluta, de quibus *Plin.lib.26.c.1.lib.29.c.1. Brun. Seidel.de morb.incurabil.pa.88.* Unde *Plinius ibid* nullam artem fructuosiorem esse ait: & recens est memoria historiæ de *Ludovic.XI. Rege Galliæ*, qui, *teste Cominao li.9.10.de reb.gest.Ludov.* Medico suo menstruum dedit stipendium decem aureorum millia, ut intra quintũ mensem ille acciperet quinquaginta quatuor millia, præter Episcopatum Ambianensem, ejus nepoti, & munera publica, ejus propinquis & amicis donata, cujus profusæ & coactæ largitionis etiam meminit *Phil.Camer meditat.histor.lib.1.c.4.*

6 Atq; hi honores & præmia in quibusdam ingeniis, eos excitârũt Spiritus, ut cum Iurisconsultis etiam de honoris prærogativâ contendendũ sibi duxerint. Moderatiores plurimi sunt, qui eam litem suam non fecerunt: Sed ambitiosis interdum respon-

7 dendum est, quemadmodum & contra illos jamdudum decertârunt *Chassanæ. in Catal.glor.mun. par.10. consil.10. usq; ad 25.cum seq.Boer.decis.23.nu.60.Ehemius princip juris lib.2. pa.123 & seq. Cagnol.ad princip. proem.Dige.nu.152.l.6.& in l 2.nu 360. & seq. Plot. consil.matrimo.57.nu.20.Roglerius in tractatu ibidem subjecto, Ioan. Bodin.de Repub.lib 3 c 8. pa 476.* & novissimè *Angel. Matthaac. de via & ratione artif. jur.lib.1.c.10 nu.1.& se.* ubi à cavillis *Angeli Thij & Iacob. Zabarellæ*, Iurisconsulti pluribus & nervosè defenduntur.

8 Sanè licet cunctos literarũ studiosos honorare debeamus, secundũ *Picolom.de moral.Philosoph.grad.5.c.38.in fin.* gradus tamen inter illos, ut in omnibus aliis rebus, atq; ordinem quendam esse cõvenit: & si cõparatio probè instituatur, major in Iurisprudentia dignitas, utilitas, & necessitas, quàm in Medicina apparebit

Veriùs enim multò probari potest: Legum auctorem DEUM 9
esse, & Principum summorũ legalem curam præcipuam perhi- 10
beri *2. Paralip. 9. v.6. Psal.82. ver. 16. Picolo. de mor.phil.grad. 10.*
c.12. 26. 27. 28. Utilitatem verò in plures diffusam: Necessitatem
deniq; tantam, ut sine lege neque civitas, neque domus ulla, vel
ad momentum, possit subsistere. Unde & Roma ipsa annos sex- 11
centos Medicis potuit & voluit carere. *teste Plinio. li.29.c.1. Arist.*
Ethic.lib.1.c.13. lib.2.c.3. lib.5.c 9. Flamin. Nobil. de homin.felic.c.
10. lib. de honore cap.6. Picolom. de mora.philos.grad. 8. c.30. quæ o-
mnia & alia plura Principibus satis visa sunt idonea, ut propter- 12
eà in Academijs & alibi, Iurisconsultis primos honores, post Sa-
crarum literarum Doctores, assignarent.

Quia verò saluberrimam artem Medicam, ut res alias, hæc 13
quoq; corruptela invasit, ut plurimi ejus scientiam & exercitiũ
sibi vendicarẽt, & periculosè in vitam & fortunas hominũ gras- 14
sarentur: ideò studiosè veteres distinguendos l falsos Medicos, à
veris, putarunt, & quidem Ægyptij singulorum morborũ singu-
los Medicos habuerunt *Herod. li.2.pa.118.* At licet *Plinij Secundi* 15
tempore nondum hæc optimè fuerint ordinata, in eaq; artium
sola eveniret, ut cuicunq; Medicum se professo crederetur, nul-
laq; esset Lex, quæ puniret inscitiam capitalem, nullumq; exta-
ret exemplum vindictæ, *Plin. d.lib.29.ca.1.* tamen cautiùs poste-
riores Impp. Medicis his saltem immunitatem dederunt, qui, 16
præter domesticum & umbratile studium, sanitatis hominibus
reddendæ caussa, urbẽ circumeunt, & inde περιοδευταὶ appellãtur,
quique decreto ordini probati sunt, & intra statutum numerũ 17
continentur *l.7.§.Grammatici de excusat. tut. l. 5. 6 C. de profess. & Med.lib.10.*

Laudabilior igitur Zenon, quàm Magnus: quorum illũ Eu- „
napius & docuisse & factitasse Medicinam scribit: Hunc verò „
plus dicendo, quàm arte polluisse: ita ut curatos ab alijs, ver- „
bis & quæstiunculis objectis demõstraret, adhuc morbo teneri. „

Cum

18 Cùm tamen certum ſit, verbis morbos non curari *Celſius lib.2. Plin.lib.28.c.2.* quemadmodum neq; verbis homini poteſt noceri, ut habet rectiùs philoſophantium opinio, contra *Cardanum Scalig.exercit.349 Guibert.Coſtan.de ſponſalib.& matrimon. nu 104. pa.94.Camil.Gallin.de verbo.ſignif.lib. 1.c 15.* Quanquam diverſa opinio, Magicis diſciplinis occupatis, magis placuerit, qui & dæmonum inſtinctu literis ſacris ad abominabilem Idololatriã abutuntur. Perpetuus enim ille humani generis hoſtis, etiam in hac parte, unicum Salvatorem noſtrum ſeſe imitari fingens: cum illum λόγον eſſe ſciret Patris, & hujus verbi vi & efficaciâ noſtros ſanari languores *Exodi 15.v.26.Pſal.107.v.19.Sapient.Salomo. 16.v.12.Eſai.38.v.15.c 53.v.4.Matthæi 8.v.17 Ioan.1.v.1.* iſtum quoque honorem ſibi & ſuis membris poſteà conatus eſt arrogare:
19 Sed fruſtrà Etiam olim Magica vanitas Medicinæ fidem ferè abrogarat, cum & Magiæ & Medicinæ ſtudia diu ante pariter floruiſſent. *Plin. lib.26.c.4.lib.30.c.1.*

20 Neq; deſunt hodiè, qui in tanta Cognitionis rerum divinarum luce, vanitatibus illis plus ferè, quàm Medicinæ legitimæ &
21 non ſimulatæ tribuunt: Quod nequaquam erat faciendum. Nã & olim cùm ſæpè diverſæ Medicorum ſectæ orirentur, & diſſenſionibus illi inter ſe ſuprà modum certarent, ſecundum *Plin d.*
22 *lib.29.c.1.* Tamen pars ſanior melioribus auſcultandum potius duxit: Imò, ut delectus inter illos eſſet, etiam Medicorum intra numerum præfinitum conſtituendorum, arbitrium non præſidi provinciæ, ſed ordini & poſſeſſoribus cujuſq; civitatis commiſſum eſt: ut certi de probitate morum & peritiâ artis eligant ipſi, quibus ſe, liberoſque ſuos, in ægritudine corporum committant. *l.1.D.de decret ab ordin facien.* Unde & hodiè inter liberalium diſciplinarum profeſſores Medicis publicum honoris teſtimonium datur, ex quo liqueat, illis rectè corpora poſſe committi.

23 Et valet hæc cautio plurimum in ejus controverſiæ dijudicatione, ubi quæritur. An Medico eventus mortalitatis imputari debeat. Nam hîc Interpp. noſtri pòſt *Panorm, & Socin in c.tua*

nos nu.1,& 2. de homicid. quatuor ista expendi volunt, an Medicus limites excedat suæ professionis, an sit peritus in arte, an diligens sit circa curã infirmi, an edoceat ægrũ de his, quæ contraria sunt ægritudini, cum qua conflictatur. Quæ si probè Medicus obser vaverit, tutus erit omninò; itaq; accipiendũ quod dicitur *in l. illicitas §. sicuti ad l. aquil.* eventum mortalitatis Medico non imputari *And. Gejl. lib. 2. obs. 111. n. 25. Covarru. in clem. si furiosus par. 2. §. 4. nu. 3. de homicid. Ioan. Brunel. ibi par. 4. nu. 79.* eoque pertinet Lex *Platonis lib 9.* Quivis Medicus, si is, qui ab ipso curatur, moritur invito ipso, purus sit, secundum legem.

Valdè autẽ refert ad illa requisita in eiusmodi quæstione animum intendere: Nam quis non videt alioqui in summo periculo omnes homines constitui. Hinc enim manârunt de Medicis dicteria. Discere eos periculis nostris & experimẽta per mortes agere. Medicoq; tantũ hominem occidisse impunitatem summã esse, *Plin lib. 29. c. 1.* quomodo & apud *Stobæum sermone 100.* refertur; Soli Medico & Advocato occidere licere impunè, sine aliquo suo periculo *Tiraq. de nobilit. cap. 31. nu. 397. in fi. cum num. seq.* Addit Seneca in epistolis, & repetit *Ioan. Saruberiens. in polycrat. lib. 2 c. 29.* illos parum doctos, & satis sedulos, multos officiosissimè occidere. Neq; quibusdã desunt argumenta, quibus errores suos defendãt. Nã & transit cõvitiũ, & intemperantia culpatur, ultroq; qui periêre, arguuntur, secundũ *Plin. d lib. 29. c. 1.* Inter ipsos etiã miræ sunt de morbis cõtentiones, quas judex discernere nequeat, nisi idẽ Medicus summus existat *Caßiodo. d. lib. 6. c. 19. Sarũber. d. li. 2. c. 29.* Deniq; peccata illorũ humo teguntur, ne sint omnib. perpetuò conspicua. Plurimorũ excusatio est, novũ fuisse morbi genus, cuius causa & curationis modus nondũ innotuerit. Nã etsi sua ætate *Plin. li. 26. c. 1.* suprà trecenta morborum genera fuisse dicat; tamen & nova quotidiè tunc invaluisse, & timeri cœpisse refert, & sequens seculũ idem comprobavit. Verissimumq; semper fuit, in quibusdam morbis τὸ θεῖον reperiri, & hac ætate nostra tales visos, qui etiã solertissimorũ Medicorũ scientiam effugerint, de quib. præter *Forn: de abdit. rerũ cau. l. 2. c. 16*

latissi-

latissimè tractat *Cornel.Gemma de Natu.div.characteris.li.1.c.1.& pas-*
31 *sim.* Sunt prætereà & veræ caussæ, quæ Medicum excusant, etsi sana-
tio nō succedat, satisq; est ipsum *secundū Canones* officio suo functū
32 esse. Nā & *Hippoc.1 epidem.2.sect.51.aphoris* dicit, tria esse, quæ mor-
bū & curationē perficiant: Morbum, medicum & ægrum: quib. et-
iam adstātes & pharmacopolas adjungi placuit. aliasq; ob rationes
plurimas fieri potest, ut Medicū opera sua frustretur, quas diligēter
33 explicavit nuper *Bruno Seidel. de Morbis incurabil.* Ac fieri potest, ut
illis imperiti etiam Medici ad suū errorem tegendum abutantur.
Verùm nō ideò artē præstantissimā damnare debemus, hominū
34 ista, nō artis, vitia sunt, secundū *Plin d.lib.29.c.1.* neq; si indoctus ali-
quis illis perperàm utatur, docto & perito iisdē rectè uti deinceps
35 nō licebit. Suspiciamus & amemus nihilominùs artē preciosissimā,
& colamus homines doctos & expertos, qui vitę nostrę tàm præcla-
ram operā navāt, & Dei nostri vices in terris, dum salutē hominib.
impertiūt, agūt. *Sarùber.d.c.29 Cassio d.c.29.* Neq; dum hoc dicimus,
fenestrā aperimus quibusvis impunè in hominū vitas grassandi. Nā
pertinēt illa ad Medicos doctos, peritos & diligētes. Igitur si quispiā
indoctus, imperitus, indiligēs fuerit, nequaquā extra culpā & pœnā
36 erit. Deplorandū profectò est, artē præclarissimā à vilissimis & indo-
ctissimis factitari, & passim ita prostitutā jacere, ut quod *Plin.d li 29*
37 *c.1.* scripsit, nūc etiā eveniat, & cuiq; Medicū se professo statim cre-
datur. Nullius artis, ut *Pontan.* quondā dixit, tot sunt artifices, quàm
38 illius: Etenim præter aniculas cernere licet, Errones, circūforane-
39 os, agyrtas, circulatores, impostores, monachos, Iudæos & alios, o-
mnes tamē ἀπαιδεύτους & veræ artis prorsus ignaros. Quib. & hoc se-
culo adjūgi solēt. hi, qui se Chymicos & Paracelsi discipulos profitē-
40 tur, quos Hippocratis & Galeni defensores inscitiæ, imperitiæ &
Magiæ arguunt, & tractant de his omnibus *Iacob. Aubert. in pro-*
gymnas. c. ult. Ioan. Riolan. de method. medend. lib.1.2. in præf. Lemni-
us de occult. naturæ miracul. lib.1. cap 17. Philip. Camer. meditat hi-
stor. lib. 1, c. 52. Seidel. de morbo incurab. pag. 46.144. Vincen. Caroc. in-
tr. locati. iii. de Medico quæst. 1. nu. 9.12. Et licet nostrum non sit tan-
tas componere lites: tamen malim sequi in curando artem simpli-
ciorem, & naturæ magis convenientem, quàm illam quæ subli-

mior prædicatur,& auctores habet canonesq; suspectiores. Etiã o
lim,ut ex Plinio relatũ est,veræ Medicinæ fidẽ Magica vanitas pe- 41
nè abrogarat: quocirca etiamnũ probare Spiritus debemus,& non
cuivis credere. Videre licet quanto cũ periculo nonnulli, Paracel
sicis instructi arcanis & mysterijs,ad curandos etiam deplorandos
morbos accedant,& mortem in illis accelerent,mitiores autem æ-
gritudines inscitia sua sic irritent, ut omnem vitæ spem auferant.
Hisce profectò non credam,si pro defensione sua arcana quædam
ex more allegent. Neq; extitit ullus adhuc Imp. aut Princeps, qui
istis puris putis Paracelsicis & mysteriorum venditoribus publicũ
doctrinæ testimonium conferri jusserit. Igitur si ad medendi artem 42
nulla eius imbuti cognitione,sed tantùm sublimiorum arcanorum
opinione tumidi accesserint,dicam illos rei illicitæ operam dedis-
se,& si eventus sequatur tristior,de eo ipso teneri. Nam si verum est
quod *Herophilus* dixit: Morborum remedia, si ab indoctis Medicis 43
usurpentur, venena; si verò à doctis & exercitatis, deorum auxili-
ares manus appellari debere, quidni venena illa putabimus, quo-
rum natura & usus antiquitati venerandæ non tantùm non inno-
tuit, sed & nunc efficacibus rationibus in disputando à doctis Hip-
pocratis & Galeni studiosis confutatur.

Similiter & mulieres arcere à Medicina facienda cõvenit secun- 44
dũ *Ludov. Viv. lib. 2. de fœmin. Christ. Philip. Camer. meditat. histor. d. lib.*
1. c. 52. cum & olim prohibitæ legantur eam facere *Cuiac. lib. 17. obs.*
27. & hodiè tales interdictiones soleant usurpari. *Iul. Clar. in prac.*
Crim. §. homicidium. nu. 17. Proinde non est in jure nostro licentia
illa impunita relicta,& si quis venenum pro Medicamento dederit, 45
aut per imperitiam quid commiserit,imputari illi debet *l. qua actio-*
ne 7. §. ult. de offic. præsid. Ratio etiam illis locis additur: affectare vi-
delicet neminem debere,in quo vel intelligit, vel intelligere debet,
infirmitatem suam alij periculosam futuram. Item prætextu huma-
næ fragilitatis, delictum decipiẽtis in periculo homines,innoxium
esse non debere. Imperitia certè in Lege Aquilia culpæ annumera- 46
tur. *l. si servus 27. §. si calicem 18. d. tit. c. ult. verb. vel imperitia ext. de in-*
iur. c. imperitia 132. de Reg. jur.

Similiter & negligentia Medici punitur, quando susceptam 47

curationem negligenter & minùs cautè administrat, vel deserit § *præterea Inst. de L. Aquil.* & rectè *glossa in d. l. 8. ad l. aquil.* scribit:
48 teneri Medicum de culpa ante factum, nō providendo: in facto, malè secando: & post factum, dimittendo, quæ latiùs explicantur à *Caroc. d. trac par. 4 quæst. 3. nu. 14. & seq. post Ang. in § præterea Inst. de l. aquil.* Nam & antequam de remedio cogitet Medicus, par-
49 tem affectam, caussam & speciem morbi cognoscere debet, neq; prius de facienda Medicina cogitare, quàm quæ nobis insunt, secundum naturam, ex Physiologia, affectuum præter naturam caussas ex Pathologia, eorundemq; remedium ex Therapeutica didicerit. Hinc invento medicamento prudenter utatur, & ægro-
50 tum, de omnibus ad valetudinis curam faciliorem pertinentib., admoneat, accidentia observet, & cætera Deo committat.

Hic verò oportunum est admonere, quod diximus inscitiam & imperitiam, addo etiam negligentiam Medicorum puniri, nō intelligendum de his, qui venenum scientes propināt, quos Lex Cornelia de sicarijs punit *l. 3. in princ. D. ad l. Cornel. de sicar. l. necessarios 6 §. 2 de SC. Syllan.* sed de illis, quorum culpâ factum est, non
51 æque dolo, ut æger moreretur. Certè *Theodoric* apud *Cassiodor. d. l. 6. c 19.* scribit: Homicidij crimē esse in hominis salute peccare, & extant severioris animadversionis exempla in Medicos, summorum præsertim Principū, edita *Gell. lib. 3. noct c. 8. Euseb. histo. eccles.*
52 *lib. 7. c. pen Aerod. rer. jud li. 10. tit. 19. c. 7.* & quāto error est & culpa perniciosior, tāto gravior pœna cōstituēda videbatur: cū hic plu exemplo etiā, quàm peccato, noceatur: & possit hoc modo maximæ parti generis humani periculū creari. *arg l. 1. §. sed etsi de Carb. edic. l. 1. in pr. de SC. Syllania: & hinc Floria. in l idem juris ad L. Aquil.*
53 imperito & indiligēti Medico pœnā mortis statuit. *Marsil. in l. in lege n. 3. ad l. Cornel. de sicar. Vincen. Caroc. in trac. Locati par. 4. tit de culpa q. 3. n 9.* & juvenis cujusdā affines olim Medicū de cæde accusarūt *Gale. in progn. Seidel. de morbo incurab. p. 45.* At cōtra vide-
54 amus ICtos de imperitia & negligētia Medicorū, quæ culpæ annumerantur, sub lege Aquilia disseruisse *d. l 7. 8. 9* Lex præterea Cornelia de sicarijs dolū verum in homicida exigit *l 1, in pr. ad L.*

Cor. de sica. Ast imperitia & negligentia ad culpā latam pertinent, eaq; in criminalib. caussis & puniendis delictis, vero dolo nō solet comparari *l. in lege 7. ad l. Cornel. de Sicar.* non tantùm ubi de 55
pœna mortis agitur, sed etiam si vel minimâ pœna corporalis infigenda veniat *l. cum autem § excipitur de adil. edic l. 3. § non tantùm de incen. rui. naufr. glos. in l. in actionib. de in litem juran. Alci. in l. lata 223. l. magna 226. de verb signif. Corat. in d. l. in actionib. & miscel. lib. 4. c. 2. nu. 1. latè Maran. in Spec. par. 4 distinc 1. nu. 76 Ludov. Carrer. in prac. de homicid. in 14. excusat. fol. 190. Clar. in prac. Crim. §. fin. q 84. nu 1. Franc. Viv. decis. 279. num 4. 5. lib. 2.*

Verior igitur sententia est: imperitum & negligentem Medicum pœnâ extraordinariâ afficiendum esse, non mortis, aut 56
capitali, neque etiam corporali, nisi aliæ circumstantiæ suadeant, pœnam esse exasperandam, ex his quæ tradit *Maran. d. lo. num. 76.* Itaq; ab illa Floriani opinione duriore recedunt *Corat. miscel d. c. 2. n. 6. Franc Ripa in trac. de Pestetit. de remed. contra pestē § Medicorū auxilio nu. 65. & seq. Placa. in epit. delict. c. 26. nu 7. Tiraq de nobilit. c 31. nu. 565. 397.* Hinc casus iste inter arbitrarias causas 57
ponitur, *à Carolo V. Imperatore, in Const. crim. c 134. ubi Georg Rem. in notis: Carocio d. quæstio. 3 nu. 9. & Iul. Clar. in § homicidium nu. 7.* per imperitiam medicando caussam morti prebentes, exilio, vel interdictione faciendi deinceps Medicinam, punitos refert. Et memini Anno 97. mense Majo, quendam, qui se Paracelsi discipulum professus quidem, scientiæ medicinæ ignarus, periculosos morbos curandos susceperat, elusâ operâ, & morte insecutâ, Relegatione temporali † *punitum* fuisse. Certè interest Reipub. †
tam grande scelus impunitum non relinqui. Sic in Regno Neapolitano Medicus, qui absq; licentia officialium Regiorum, & absq; discussione & Doctoratu, mederi voluit, publicatione bonorum punitur. Itemq; quod medicinas, absq; interventu jura 58
torum confecit. *Carrer. in prac. trac de homicid. §. qua autem num. 5. 26. fol. 233. § sequitur. nu. 6. fol. 235.*

Et ne simplex putetur negligentia Medici, observanda est 59
regula: Negligentia appellari dolum & peccatum mortale in il-

lis, qui ex officio ad diligentiam obligantur. *Cravet. cons. 132. col.*
60 *2. Hieron. de Giach. ad Clarũ d. lo.* Item ubi quis operã dat rei illi-
citæ, culpam æquiparari dolo, etiam in Criminalibus *l. quoniam C. ad l. Iul. de vi pub. Coras. d. lo. nu. 7.* Scribit & *Coras. d. lo.* quamvis nulla lege perspicuè probetur *Floriani* durior opinio, nec usu servetur: utilem tamẽ esse Reipub. quia res est mali exempli, impostorum & imperitorum Medicorum ignorantiam illa severi-
61 tate non compescere. Quare & qui abortionis caussa poculum dedit, gravius punitur *l. si quis aliquid § qui abortionis de pœn.*
62 *Marsil. in l. si mulierem nu. 3 ad l. Corn. de Sicar.* & si constaret aliquem indoctum impostorem non semel, sed aliquoties perpetrã medicinã fuisse, non exilio tantùm, sed & fustigatione illum puniendum censerem, aut si qualitas & circumstantia alia graviorem & inexcusabiliorem talis impostoris temeritatem argueret.

63 Tenetur etiam talis Medicaster infirmo, vel heredibus eius, ad omnia damna & interesse, secundum *Chassan. cons. 48. Clar. d. lo. nu. 17. Vincen. Caroc. d. trac. tit. de Imperitia nu 8. fol. 245. b.* Ac ut rectè contrà talem impostorem procedatur, antè omnia per sci-
64 entes & peritos Medicos interrogandus est de morbo infirmi, ejusdemq; caussa & methodo medendi, medicamentis etiam à se adhibitis. Ita enim deprehendetur impostura faciliùs, & illorum etiam, qui doctorum usurpant titulos, inscitia & negligentia melius arguetur.

65 Non tamen hoc casu juratos Medicos in examen tale descendere debere puto: cùm hîc de doctrina artis Medicæ quæratur, pro qua tuenda, qui sunt Doctores, jam ante solemne Iusjurandum præstiterunt, aut Hippocraticum, aut aliud, ut proinde juramenti reiteratione opus non sit, quemadmodum & tunc, quando peritus assumitur à judice ad consulendum, & pro informatione, vel ab eodem, tanquam bono viro, simplex declaratio petitur, Iuramentũ peti non potest. *arg. l. 2. ubi Bart. & Luc. de Penna. C. de ponderator. & auri illat. lib. 10. c. veritatis ex. de Iurejuran. ubi gl. Mascar. de probat. lib. 3. concl. 1169. nu. 51. & se. Fulv. Pacia. de prob. lib. 1. c. 47 n. 21. & se. Mascar. d. trac. lib. 2. cons. 1037. n. 35. & se.*

Rulan.

Rulan de Commissio.lib.4.c.10.nu.1.& se.& c.15.nu.10. quamvis alioqui cum de qualitate vulneris dubia quæritur, sub juramento 66
credulitatis depositio fieri debeat, secundum *Bart. in Consti. omnē in proam. D.col.8. Mascar.de probat.lib 2.cons.6.3.nu.1.& se. num. 13. Ioan Garsia de expens.c.24.num.18. Ordina Com.par.1 c.85.* Quod 67
si quis acriùs contendere vellet, is *ex l.memini C.de advoc.div.jud.* probare posset Doctores Medicinæ. etiam de peritia artis, juratò deponere debere, nisi dixeris, illius legis tempore, Doctores ab initio mandati muneris juramentum non præstitisse,& hodiè quoq; plurimos ex Medicis præstantioribus tale juramentum, in singulas caussas præstandum, recusaturos. Certè rarò ego medicos juratos in talibus caussis juramentum perhibuisse animadverti & *Rulan.d.lo.c.15.num.10.* censet, illos propter juramentum antè præstitum,& dignitatem, quâ funguntur, novo juramento non onerandos aut prægravandos esse. 68

Sed revertamur, unde digressi sumus:& quemadmodum indoctis, imperitis & negligentibus medicastris non patrocinamur, ita doctis,& peritis,& diligentibus, honorem debitum exhibemus, non fraudentes illos præmiis convenientibus, quamvis vel adversum eventum curatio habuerit. Neq; enim ideò minùs 69
remuneranda Medici opera est, si, quantū in se erat, fecerit *d l.illicitas § securi de off.c. præsid.l. sed an ultrò 10.§ ul.l. successori 2. de negoc. gest. Francis. Marc decis. Delphin 646. par 1.Vincen.Caroc.de Loca.tit. de Medico quæst.5.num.6.* Hinc fieri videmus, ut Medicis 70
peritis, ratione Salarii, aut curæ, in ægrum adhibitæ, in creditorū concursu prærogativa concedatur, illiq; his proferantur, *l.4. C.de petit hæred l.3.C.de religi.& sumt.fun Ias.l.fin.§ in computatione C.de Iu.delib. Arnol Ferro.in consuet Burdig lib.1.tit.4.de dote §3. fol.116* ubi ita in favorē Medici judicatū asserit, habito respectu ad actionem funerariā, quæ multū est privilegiata *Ferro.d.lo.tit. 3.de testā §5.& 3.fol 172.Rolan.à Valle cons.14.n.22.vol.1.Garz Galles. de expens.cap.8 nu.23 Wesenb de relig & sumt fun.in fi.Franc. Mantic.de conject.ult.volunt.lib.12 cap.10.nu.3.Natta,cons.478.n.14.* qui

cum affirment, expensas pro infirmitate & sepultura æquiparari, approbante id *Constitutione Elect. 28. par. 1. cir. pr.* intelleximus nos, & ita Anno 90. *pronunciavimus*: † prærogativam illam locum habere, ob curam, eo in morbo adhibitam, ex quo postea mortuus fuit ægrotus, aliàs Medicis alimentorum saltem videtur concedendum privilegium. *l. verba victus de V. S. l. sicut impendia de usufr. gloß. in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrim. Gartz Gillesf. d. tr. de expens. cap. 3. nu. 42.* Cæterùm apud *Caroc. in d. q. 5. & paßim,* videre licet, etiā alias quæstiones, ad salaria Medicorum & Advocatorum pertinentes, explicatas, quarum resolutio inde pro re nata facilè peti poterit.

Quamvis verò *idem Caroc. d. trac. par. 4. in princ. quæst. 3.* inter

71 Medicum gratis, & pacta mercede, curantem, distinguat, ut hic de levi, ille autem de levissima culpa teneatur, ex doctrina *Bart in l. quod Nerva, depos.* tamen vix est, ut *Bartolo* assentiar, nec ratio ejus mihi satisfacit: imò in diversam potius opinionē me trahit. Annon enim melior putanda est caussa ejus, qui nulla præmissa pactione ad curam infirmi accedit, quàm qui non nisi de lucro certus curam suscipit? Quanquam paucos reperias, qui adeò mercedis suæ obliviscantur, ut non de ea pàciscenda, dum dolet, cogitent *Ioan. Sarisberien. d. lib. 2. c. ul.* præsertim cum *Hip-*

72 *pocrates* ipsemet à mercedis pactione Medicum incipere voluerit *Bruno Seidel. de morb incurab pa. 91.* idemque probetur *Eccles. c. 38. c. non sanè 15 q. 5.* & suadeat maximæ partis hominū ingratitudo, qui verbis quidē in ægritudine sunt liberalissimi, at post expletam curam promissorum malè memores existunt *Seidel. d. lo. Caroc. d. tit. de Medico quæstio. 5. num. 5.* ut non injuria scripserit *Euricius Cordus epigram. lib. 8.*

Tres Medicus facies habet unam quando rogatur,
Angelicam: mox est, cum juvat, ipse Deus.
Post ubi curato, poscit sua præmia, morbo,
Horridus apparet, terribilisq́; Satan.

Illud quoque animadversione dignum est, quod *Caroc. d. par. 4. quæst. 3. num. 11.* post *Innoc. & Felin. in c. tua nos ex. de homicid.*

scribit:

scribit: quæ de medico ignorante & imperito dicuntur, etiam ad illum pertinere, qui dubitat, an Medicina profutura sit, nec 73
ne: & in dubio istum tali Medicinâ uti non debere. Et profectò, in Civili vita regenda, facienda non sunt, de quibus dubitatur, æqua sint, an iniqua *Cic. in offic.* & non dubii, sed certi esse in actionibus nostris debemus *Hierocl. in Pythag.* veruntamen & hîc non rarò ejusmodi incidunt tempora, ubi etiam qui incerti sunt consilii, certum aliquid eligere coguntur potiùs, quàm nihil agere: &
periculum periculo vincendum est. Similiter ergò in curandis 74
periculosis morbis Medicus non omni prorsus operâ abstinere debet, sed diligenter examinatis omnibus periculis, & aliorum peritorum auditis judiciis, quod cum minore periculo conjunctum remedium erit, adhibebit: Cum & *Celsus Medicus lib. 2.*
scribat: Satiùs esse, anceps experiri auxilium, quàm nullum. Ve- 75
rùm diligenti cautione opus est: & aliorum consilia tentanda priùs, quàm ad aliquod procedatur periculum, præsertim cum nonnullos morbos sola quies sanet, & cura etiam simplicior au-
geat. Quapropter & hâc declaratione adhibitâ, superior *Carocij* 76
doctrina intelligi debet, ut ita neq; duriùs, neq; remissiùs, de Medicorum actionibus dubiis & periculosis, judicemus & statuamus, ac in universum meminerimus: quemadmodum dolum & culpam puniri æquum est; ita ad quædam humani ingenii errata
conniveri, neq; omnia in hac naturæ imbecillitate ad vivum re- 77
secari oportere, non semper Medicum: sed peccata nostra quoq; accusari, & potissimùm in Dei benignissimam manum respicere
nos debere, qui & vitæ, & mortis, potestatem habet, & herbis 78
vim quidem sanandi dedit, sed sibi moderandæ illius virtutis potestatem ampliorem reservavit, quo demùm Spiritum suum emittente, cuncta recreantur, & subtrahente emoriuntur, *Sapient. Salomon. c. 16. v. 12. 13. Psalm. 104. v. 27. 28. Augustin de Civitat. Dei lib. 15. c. 6 lib. 22. c. 8. 21. Arrian. in Epictet. lib. 3. c. 10 &c.*

QUÆSTIO XXVII.

De ocii & desidiæ Pœna, Mendicantibus validis, impostoribus, & Stellionibus, qui sub prætextu falso stipem corrogant, & hominibus imponunt.

SUMMARIA.

1 *Homines ab ocio, ad labores, præmiis & pœnis excitandi.*
2 *Ocio homines ad vitia incitantur.*
3 *Iudæi nullos ferebant mendicos.*
4 *AEgyptij morte affecerunt, qui singulis annis non monstrarent, unde viverent. Itemq. Athenienses: licet Soloni mitior pœna placuerit. num. 5.*
6 *Lis de ocio ἀργίας δίκη dicta: in quam protracti nonnulli, qui nominantur. nu. 7.*
8 *Homo piger, de furtivis manibus vivit.*
9 *Artem ignorans ligone fidere debet.*
11 *Mendicos Plato in Republ. non est passus: ut nec in Utopia Morus. nu. 11*
12 *Corinthij à splendidè viventibus, rationes exigebant.*
13 *In China Indiæ, mendici non feruntur.*
14 *Iure Civili, quid de mendicantibus reperiatur constitutum, Quid itidem Constitutionibus Imperij nu. 15.*
16 *Leges sine observatione, nihil prosiunt. Quarum abusus nunc temporis in mendicantibus: etiam natura robustis. nu. 17. Qui latrocinia nonnunquam, & furta committunt. nu. 19.*
20 *Pœna in tales impostores mendicantes, nonnunquam laquei; interdum, & frequentiùs, relegationis perpetuæ, cum fustigatione dictata, num. 21. & nu. 25. & nu. 27.*
22 *In quo multùm Iudicis arbitrium potest.*
23 *Delicta eiusmodi cum crimine furti & falsi sæpè concurrunt, & aliàs in stellionatus crimen & pœnam incidunt, num. 25.*

Semper

SEmper in benè constitutis imperiis ab ocio homines ad labo-
rem præmiis & pœnis excitati & compulsi fuerunt:neque sub 1
prætextu imbecillitatis virium mendicare licuit: quandoquidē.
& qui sumtuosè,absq; quæstu manifesto vivunt, suspicione cri-
minis alicujus haud carent:& per ocium homines ad vitia invi 2
tātur,& seducūtur:unde & pulvinar Sathanæ vocatur,*Bod de dai
mon lib 3.cap.3. Philipp. Cam. med histor. par.1.cap.15.& par.2.cap.
32.cum seqq.* Hinc itaq; in illa omnium optima & antiquissia Iu 3
dæorum politia nulli ferebantur mendici:& unaquæq; tribus su
os pauperes sustinere cogebatur *Levit.25.v.35. Deut.15.v.4. Eccles.
Syrac c.40.v.28.* In Ægypto *Amasis* Rex legem tulit,ut singulis 4
annis apud provinciarum præsides omnes demonstrarent,unde
viverent,& qui aut hoc nō faceret, aut non demonstraret,unde
legitimè viveret,is morte afficeretur *Herod.lib.2. circ.fin.pa.* 156.
ubi subjicit,eandem legem *Solonem* mutuatū ab Ægyptiis,Athe
niensibus quoq; tulisse,& probat *Diog.Laert lib.1.in Solone*:quan 5
quam ibidem & à Plutarcho etiam *Draconi* hoc tribuatur.cui &
capitale Ocii crimen fuisse refertur:Soloni autem mitiorem pœ
nam placuisse, & omnibus accusandi potestatem fecisse:Unde&
lis de Ocio ἀργίας δίκη appellatur, Meminerunt etiam hujus rei 6
*Athenæ.dipnos.lib.4 c.20.lib.5.c.2. Cal. Rhodigi. lectio.antiq.lib.11.c.1.
c.3.lib.19 c.26.Aerod. rer. judic.lib.6.tit.2 c.1.Stephan.de jurisd Græ
cor.c.15.*Unde posteà Cleanthem,Menedemum & Asclepiadem 7
hoc nomine in judicium vocatos, sed quod quæstum manu se
facere probassent,absolutos legimus *Diog.Laert.lib.7.in Cleanth
Aerod.d.lo.*Et circa illa Solonis tempora *à Phocylide* scriptum re
perimus *vers.142 & se.*Hominem pigrum de furtivis manib. vi 8
vere:atq; eum,qui artem non didicit,fodere ligone debere:neq; 9
enim defuturum quod faciamus aut laboremus,si velimus.Hinc 10
Mendicorum delectum exigit *Basilius in Psal.* 14.& Mēdicos nul
los in Republica sua *Plato* esse passus est *lib 8. de Republ.& lib.11.
de legib.* & eosdem ex Utopia sua T.Morus expulit *tit.de artificiis.*
Proinde & *Camer.d lib.1.medit.cap.15.in prin.* recitat tria genera
hominū ex urbe expellenda,Leprosos , Cadavera mortuorum,

numo Scitè dictum: *De mendico malè meretur, qui ei dat, quod edat aut quod bibat: Nam & illud quod dat, perdit & producit illi vitam ad miseriam.* Ac sanè non rarò fit, ut ejusmodi impostores depræhendantur, & ad tribunalia tandem trahantur, ubi & de pœna quæri solet.

Animadverto autem, veteres Scabinos horum locorum,
tales impostores etiam, ut fures, laqueo punijsse, siquidem tan- 20
tam pecuniæ summam per imposturam illam corrogassent, quæ
ad furti pœnam sufficit, id est *in sententijs post* Weichbildt *tit.* Vō
Diebstall *fol. 153.b.* Interdum tamen in illos, & communiter qui- 21
dem, fustigatione & relegatione perpetua reperio animadver-
tisse: cum videlicet haud diu in eo vitæ genere rei degissent, &
falsis sigillis & literis usi essent: & possunt hæ species referri ad *l.*
eos 27. §. qui se pro milite 2. ad l. Corn. de fals. ubi videtur arbitrium 22
judici dari, ut pro qualitate admissi pœnam exaggeret. Furto e-
nim dissimile non est crimen, si quis falso utens diplomate, quasi 23
incēdio quodam oppidò consumto magnam pecuniæ vim col
ligat: ubi & pœna furti locum habere potest. Falsitatis imagi
nem habet, si quis pro fame explenda, & tegenda desidia mor- 24
bum simulans stipem quærat: in quem rectè fustigatione & rele
gatione animadvertetur, cujusmodi pœnam & nuper illi *dicta-*
tam † memini, qui linguæ defectum mentitus, posteà falsus fuis 25 †
se ita deprehēsus est: cum illi valdè esurienti panis in os immis
sus esset, quem statim is comminuit & deglutivit: ubi & judicis
minister statim, manu in os insertâ, linguam anteà abditam, rur-
sum protraxit. Tales etsi nō utantur literis & sigillis alienis, ne-
que falsi, aut quasi falsi, crimine teneātur: Tamen, ut Stelliones
& impostores, rectè puniuntur, quemadmodum in his lo- 26
cis, ut plurimùm, isti fustigatione & relegatione 27
plecti soleant: uti sæpiùs † *judicatum* scio. †

QUÆSTIO XXVIII.

Stuprum, in Sponsa aliena commissum, ad ad Legem Juliam de adulteriis pertineat: aut pœnâ adulterii, aliave mitiori, puniri debeat.

SUMMARIA.

1 *Stuprum, in sponsa commissum, pœnâ adulterij puniendum videtur, & num: 2. cum seq. & præsertim num. 21. cum seqq. Et ita sentiunt nonnulli nu: 13. etiam autoritate sacræ scripturæ num: 24. & exemplorum num 25. sed, ex multorum præiudicijs, sententia contraria verior, ut mitiori pœnâ, fustigationis videlicet, utraq; pars sit punienda num 27. & nu: 58. cum seq. Idq; non tantùm de iure provinciali num: 28. & 55. sed & Civili num: 47. & num: 54. licet hoc jure non sit planè expeditum num: 30. Sed hæc pœna in stupratore tum demùm obtinet, quando scivit, stupratam sponsam fuisse nu. 63. quod in sententiis exprimendum nu: 65.*

2 *Quotidiana plenius attingenda.*

3 *Lex Iulia de adult: ab Augusto lata, de sponsa corrupta nihil comprehendit.*

4 *Severi & Antonini rescripto in l. si uxor. 13 § 1. & 6. de adult. posteà effectum, ut in sponsa hoc crimen vindicari, & ipsa, Iure mariti, à Sponso accusari posset, adde nu. 3[illegible].*

5 *Matrimonium, aut spes matrimonij, ut violetur, permittendum non est & num. 12.*

6 *Adulterium propriè non committitur in sponsa. & ubi spes saltem est matrimonij & nu. 29. licet Interpretatione Dd. committatur, nu: 22.*

7 *Desponsatos, veteres speratos & speratas nominarunt.*

8 *Mariti appellatione, sponsus: aut uxoris, vel nuptæ verbo, sponsa propriè non continetur: præsertim in Constitutionibus & statutis num. 53. Hinc licet interdum ita vocetur nu. 25. tamen impropriè nu. 29 & adde nu. 35.*

9 *Ce. sententia, distinguentium inter sponsalia (ut de futuro, sponsaliorum: de præsenti, matrimonij naturam sequantur) Veteribus auctoribus incognita,*

& à The-

& à Theologis quibusdam non aliter recipitur, quàm conditione adiecta num. 10.

11 Sponsalia de præsenti, verum & consummatum matrimonium dici non possunt.

13 Futurum proxime pro confecto habetur.

14 Vnde de uxore dicta, etiam in sponsa obtinent, & sponsus iure mariti utitur.

15 Statuta, de lucranda dote, in casum mortis uxoris concepta, etiam in sponsa obtinent.

16 Sponsus de adulterio agere potest, quando sunt sponsalia de præsenti: modus tamen vindictæ, & ad quam pœnam, iure Civili expressus non est nu. 31.

17 Matrimonia per adulterium, sponsalia per fornicationem solvuntur.

18 Scipionis factum, Sponsam illæsam, sponso restituentis.

19 Sponsæ contumelia ad sponsum pertinet.

20 Qui illius nomine iniuriarum agere potest.

28 Constitutiones Electorales de maritatis, & verò matrimonio loquuntur, & num. 51.

32 Cuiacij sententia refutatur, existimantis, posteriores constitutiones de adulterij pœnis, ad hunc casum quoq; pertinere: Ad cuius argumenta respondetur n. 41.

33 L. si uxor §. 1. vers. sed in ea &c. de adulter. declaratur, & nu. 2.

34 Stuprum cum sponsa, acrius puniendum, quàm simplex & n. 59. etiam extra territorium num. 61. Nisi fortè stuprator ignoraverit desponsatam: tunc, quo ad ipsum, pro simplici habetur, nu. 64.

35 Ad comparationem uxoris & sponsæ, distinguendum inter causas odiosas & favorabiles.

36 Pœna matrimonium contrahentibus imposita, non extendenda ad sponsalia saltem contrahentes.

37 Leges constitutiones, quo ad pœnā, extensio[n]ē non patiuntur, & remissive num 39.

38 Pœna raptus in stupro violento locum non habet.

41 Priores leges ad posteriores quidem interdum trahuntur, sed non, quo ad pœnam, nisi expressè ita caveatur.

43 Pœna gladij ex L. Iulia non alijs in casibus quàm in quibus disertè loquitur, locum habet.

44 Constitutio ius antiquum declarans, aut supplens, non obtinet, nisi in casibus, in quibus ius antiquum.

45 Lex nova, interpretans aliam, aut eius dispositionem extendens, non extendit pœnam legis expositæ, si e speciali expressione.

46 Lex aut constitutio declaratoria iuris antiqui, licet ad præterita trahatur, tamen, respectu pœnæ, in ea expressæ, non extenditur.

48 Sponsus ob stuprum ad dotem, quam sponsa allatura erat, agere non potest.

49 Dos sine matrimonio esse non potest.

50 L. quævis 39. C. de adult. & L. uxor 7. C de repud. loquuntur de vero matrimonio seu adulterio.

52 Constitutiones & statuta strictius, atq; jus commune.

56 Maritati. Iure provinciali, indifferenter gladio puniuntur.

57 Sponsa stuprata consensum accommodasse præsumitur.

62 Pœna ob qualitatem sæpe augeri solet.

1 AN in sponsa perinde, ut uxore adulterium committatur, & hujus, modò nominati criminis, pœna locum habeat, tàm inter veteres juris auctores, quàm recentiores Interpp. diligenter quæsitum est: & quia quæstio est quotidiana, pleniùs videtur attingenda.

2 Principio constat, lege Juliâ ab Augusto de adulteriis lata, de
3 Sponsa corrupta nihil compræhensum fuisse, sed rescripto Se-
4 veri & Antonini posteà effectum, ut & in Sponsa hoc vindicari, & ipsamet, jure mariti, à sponso accusari posset *l. si uxor 13. § 1. v. sed & in ea. & § si minor 6. D. ad l. jul. de adult. l. propter 7. C. eo. tit. Brisson. lib. sing de adult. Cujac. lib. 6 obs. 16. lib. 20. obs. 16.* & ratio e-legins *in d. vers. sed & in ea*: additur hæc: quia neq; matrimoni-
5 um qualecunque, neq; spem matrimonii, violare permittatur.
6 Neq; enim in ea adulterium propriè committi dicitur, quæ nondum est materfamilias, neq; alteri nupta, ubi non matrimoniũ, sed spes tantùm est matrimonii futuri *l fugitivus 225. de verbor. signif. l inter. 6. § 2. D ad l. jul. de adult.* quo respectu veteres Spera-
7 tum & Speratam desponsos nominarunt, *teste Nonio Marcello*, unde & in usu juris mariti appellatione Sponsus non continetur,
8 nec nuptæ verbo Sponsa *l. si quis officium 38. in princ. l. in eo. 45. § 2. D. de ritu nupt. l uxores 9. cum l. s. D. de his qui not infam l. 1. § 1. pro dote l. quod Servius 8 de condict. caus. da. l. 1. 2. de sponsal. l. penul. § julianus qu. d falso tuto aucto. l. sancimus 24. C. de nupt.* quod pluribus confirmant *Tiraqq. de LL. connubi. l. gloss 2. nu. 8. & se. Anto. Gutber. de sponsal. tit. quid sint sponsal. num 1 & seqq. Cujac. ad Med slin. different lib 4. in princ. Roland. à Valle in tract de Lucro dotis quæstio 12 num. 1. & seqq. Phannuc. de Phannuc. eo. trac. gl 2. nu. 1. & seqq.* Et quamvis à quibusdam ex sententiis Canoni-

ſtarum inter ſponſalia de præſenti,& de futuro,diſtinguatur, ut hæc quidem ſponſaliorum,illa matrimonij naturam ſequātur: 9
tamen veteribus juris auctoribus incognita ea diſtinctio eſt, &
à Theologis quibuſdam aliter non recipitur,quàm ubi conditio 10
Sponſalibus adjecta eſt. Denique de ipſorum Cc. ſententia,
ſponſalia de præſenti, ante concubitum, non dicuntur verum 11
matrimonium, quoad plenum ſignificatum *gloſ. in c. ex publico ex. de converſ. conjuga. c. debitum de bigami. Tiraq de gloſ. 2. nu. 20. Phannuc. d. gl. 2. nu. 30. 32. 34. 38.* Nihilominùs rationem habet,
quod dixi ſuprà,à Severo & Antonino reſcriptum, *neque ipſam* 12
ſpem matrimonij futuri violare permitti. Nam ſpei effectus in jure
noſtro hic eſt,ut quod proximè futurum eſt, pro confecto habe- 13
atur *l. pen. ubi Bart. & Dd. de milita. teſtam. Tiraq. d. gl 2. num. 2. & ſeqq.* Et novum non eſt in jure noſtro,ut quod de uxore dicitur,
in Sponſa quoque locum habeat,& ſponſus ipſe mariti jure uta- 14
tur *l. ſi ſponſa 74 de jur. dot. l. lex Iulia de fundo. dota. l. item apud 15. §. Sponſum 19 de injur. l. non ſine 5 C de bon. quæ lib. l. Titio centũ §. Titio genero de conditio. & demonſtrat. Tiraq. d. gloſ. 2. nu. 1. & ſeqq.* &
huc pertinent omnia illa argumẽta,quibus quidam moti exiſti- 15
mant, Statuta de lucranda dote,in caſum mortis uxoris conce
pta,habere etiam locum,etſi ſponſa antequam traducta & nupta
ſit,moriatur *Rolan. & Phannuc. d. locis. And. Geil. lib. 2. obſ. 80. num. 3. & ſeqq.*

Proinde Interpp. juris,quo caſu deſponſata,ante traductio- 16
nem ſeu ſolennes nuptias ab alio corrumpitur, tradiderũt unanimiter: de adulterio per ſponſum & maritũ futurũ agi poſſe,&
hoc dubio omni carere, ſi Sponſalia fuerint de præſenti, etſi in
iis,quæ ſunt de futuro,aliter ſe res habere putetur *gl. Bar. & communiter Dd. in d. l. ſi uxor. § divus Anton. Gomez. ad LL. Tauri in l. 80. num. 47. verſ. dubium tamen eſt,* ubi *communiter* * id receptũ *
ait, idemq; ſequuntur *Iul. Clar in prac. Crim. in §. adulterium nu. 8. per gl. in c. diſcretionem verbereatum de eo qui cognov. conſangui. uxor. Covarr. de Sponſalib. par. 1. c. 1. in princ. num. 7. & ſeqq. Eman. Soarez. in theſau recep. ſent. lit. S verbo Sponſa num. 158. Lancelo. in*

trac. de

trac. de officio prætoris in cau. criminal. tit. de adulteriis num. 21. am-
17 *pliat. 3.* Et quemadmodum per adulterium Matrimonia: ita & per fornicationem sponsalia solvuntur *c. quemadmodum ubi Dd. ex. de jureju. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de nupt. tit. quim. solvan. sponsa. num 9.*
18 Laudatur comprimis *P. Scipio*, quod, Carthagine captâ, cum milites virginem pulcherrimam ad ipsum adduxissent & is desponsatam esse nobili adolescenti intellexisset, eandem illæsam Sponso restituerit: Et refert *Pausanias*, cum Aristodemus Aepytidam filiam, Messenio cuidam desponsam, Diis immolandam obtulisset, Sponsum ex sponsu agere instituisse: quod
19 & ad sponsum sponsæ contumelia pertineat, unde & injuriarum
20 illius nomine agit *d. l. item apud § sponsum Aerod. rerum judicatar. lib. 4. tit. 14. c. 1.*

Veruntamen ut maximè hæc omnia ita se habeant, superest nihilominus dubitatio ista: An videlicet is, qui Sponsam vi-
21 tiavit, eâdem pœnâ, quâ adulter fieri solet, puniẽdus sit. Et id quidem superioribus consequens omninò videtur, ut ubi jure mariti procedit Sponsi accusatio, & pœna adulterio imposita, de-
22 cernatur. Quorsum enim Interpp. adulterii crimen in ejusmodi conjunctione esse dicerent, nisi & hunc Sponsæ alienæ corru-
23 ptorem pœnis adulterii subjugandum putarent? ideoq; expressè hoc traditum est ab *Eman. Soar. d. verb. Sponsa 158.* post *Anton.*
24 *Gomez. d. num. 47. vers. dubium &c.* Imò Lex divina Stupratorem Sponsæ alienæ, perinde ut adulterum, morte puniendum esse ait
25 *Deuteronom. 22. v. 22. 23.* ubi nominatim additur in sponsa, uxorẽ alterius subjugatam esse, veluti alibi quoque Sponsa uxor, & Sponsus gener vocatur *Gene. 19. v. 8. 14. Matth. 1. v. 20. c. institutum c. genuit 27. q. 2. Hier. Zanch trac. de Matrimon. tit. de Sponsalib. the-*
26 *si. 2.* & si alia exempla, quærere juvat, posteriorum Græcorum Imperatorum ætate ei, qui sponsam alienam volentem compresserat, nasus amputabatur: qui invitam corruperat, tertiam etiam bonorum suorum partem stupratæ dare cogebatur. *Constanti. Harmenop. lib. 6. tit. 3. in fin. Synops. Basilικῶν lib. 60. tit. 37. c. 75. pa. 526.*

Sed

Sed in contrarium extant *praiudicia* † *multa* Scabinorum †
in his & vicinis locis, in quibus pœnam fustigationis & relega- 27
tionis, tàm corruptori, quàm corruptæ dictatam animadverti-
mus. Et mihi quidem sententia hæc mitior pro certa retinenda 28
videtur. Etenim *Constitutiones Electorum Mauricij & Augusti in-
ter Provinciales fol. 31. & Constitutio 19. par. 4.* dum gladii pœnam
imponunt, apertè de maritata uxore loquuntur Von einem Ehe-
weibe/ & refert *Matth. VVesenbec. in parat. D. ad l. Iul. de adulter.
nu. 7.* hoc in casu hodiè pœnam mitiorem decerni, quod re ve- 29
ra uxor non sit sponsa, neq; thorus alienus violetur. Sanè quod
ius commune attinet, ex eo nondum planè liquet, an pœna le- 30
gis Iuliæ ordinaria, stuprum in sponsa commissum, fuerit puni-
tum & *ex d. l. si uxor §. ver. sed in ea &c.* vindicta quidem in ge- 31
nere sponso conceditur, sed vindictæ modus nō exprimitur: &
apertè ad illum locum *Anton Guiber. d. trac. de sponsal. tit. quid
sint sponsal nu.* 19. non legis Iuliæ, sed alia pœna facinus punien-
dum, ne sit impunitum, scribit. Et quamvis *Cuiac. d. lib. 6. obs. 16.
in fi.* pœnam adulterij capitalem posterioribus Constitutionibus 32
effectam, ad hanc quoque speciem pertinere, & rescriptum Se-
veri ad Constitutionem Constantini trahi debere putet: tamen
haud ego credulus illi: Primùm enim constare oportebat, an & 33
ex rescripto Severi & Antonini stuprum sponsæ, adulterij pœ-
na, ex lege Iulia, coherceri potuerit, id quod *ex Guiber.* modò ne- 34
gavi, neque verisimile videtur: licet concedam, graviùs, quàm
simplex stuprum puniendum esse, Atq; ut in multis uxori Spon- 35
sa comparetur, & Sponsus mariti jure utatur: tamen benè mo-
nent, qui inter causas favorabiles & odiosas distinguendum cen- 36
sent. Itaq; si matrimonium contrahentibus pœna imposita sit à
jure, eandem non subibunt sponsalia saltem cōtrahentes. *d. l. in
eo 45. §. 2. l. si quis officium 38. de ritu nuptia. l. solet. 10. de his qui not.
infam. gl. in clem. 1. verb. contrahere de consang & affinit. Ever. in
Top. in loco à ratio. leg. larg. ad extensionem nu. 7. Tiraq. de LL. con-
nub. d. gl. 2. num. 18. [illegible] de lucro dot. d. gl. 2. n. 3. [illegible] Covar. de*

Sponsal.

Sponsal par.1 cap.1 num 6.8.cum aliquot seqq. & par.2.c.6 in princ. num.22. cir. med. post *Panor. in c 1.cir fin.de postul.prælat. Ias. in l. cum quidam num.11. & seqq. de lib. & posth.* ubi notabiliter tra-
37 dunt, quod Lex, vel Constitutio Civilis, quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquam tamen extendatur respectu pœ-
38 næ. Exemplum esto stuprum violentum: In quo certè, quamvis puella ad libidinem rapiatur alterius, per vim & violentiam adhibitam: tamen raptus pœna locum non habet. *Alberic.de statut. par 4.q.31.Hippol.Marsil singul.65.* & ne pluribus exemplis, regu-
39 lam per se manifestam & minimè dubiam, declarare necesse sit, videantur ad ejus corroborationem porrò *Stephan.de Federic. de Legum interpretat par ult.vers.sed dubitatum est circa fin.pag.261. & seqq. Alciat.de verbor.significat lib.2.num.45.& seqq. Nicola. Everar.in Top.d lo.à ratio leg. larga ad extensionem num.54. & seqq. Cravet.de antiq.tempor. par.4.in princ num.146.& seqq. & § videas*
40 *mus pag.176.& seqq.* Et ut simul his, quæ *Cujacius* adducit, respon-
41 deatur, non inficior, quandoque priores ll. ad posteriores trahi, sed & in pœnis, præterquam nisi apertè caveatur, locum habe-
42 re, nego. & proinde licet rescriptum Severi & Antonini stuprū Sponsæ ad legem Iuliam extenderit: & Constantinus aut alius
43 Imperator, pœnam gladii legi Iuliæ subrogaverit: non tamen hæc legis Iuliæ, aut gladii pœna, in aliis casibus, quàm in quibus Lex Iulia disertè loquitur, locum habebit. Unde proditū est ab
44 Interpp. pro regula tenendum esse. Constitutionem, quæ jus antiquum declarat, aut, quod illi defuit, supplet, non habere locum, nisi in illis casibus, in quibus jus antiquum locum habet. Item, ubicunque lex nova, veniens ad interpretationem alterius
45 legis, extendit ipsam dispositionem vel legem, per hoc tamen non videri extendere pœnam legis explicatæ seu declaratæ, nisi id quoque nominatim exprimatur. *secundum glos in l. fin. de in jus.vocan. gl in c.ut circa. verb.appellari de electio.in 6. glos.in clem. 1.verb.de cætero de usur. Alciat.d lib 2.num.41.Everar.d.lo.num.67.*
46 ubi inter cætera notatur: constitutionem antiqui juris declaratoriam, licet ad præterita trahatur, respectu tamen pœnæ, in ca-

c. pres-

expressæ, non extendi. Quapropter, ex his & similibus. non 47
dubito concludi rectè posse: pœnam legis Iuliæ primævam, aut
posteà auctam seu interpolatam, ad hoc stuprum, in sponsa cō-
missum, nō pertinere, multoq; minus sponsum ad dotem, quam 48
sponsa stuprata allatura erat, agere posse: quia spes tantùm est
matrimonii in sponsalibus, & sine matrimonio vero dos nulla 49
intelligitur. *d. l. si uxor § 1. vers. sed in ear & c. l. 3. de jure dot.* Sed 50
& confirmat hanc sententiam, quod in posterioribus legibus,
ubi capitalis pœnæ circa adulterium mentio fit, talia verba usur-
pantur. quæ matrimonii & nuptiarum potiùs, quàm sponsaliō-
rum violationem respiciunt, *l. quamvis 30. in fin. C. ad le. Iul. de
adult. l. uxor 7. C. de repud. §. Item lex Iulia. Instit. de public. judit.*
Atque his consequenter affirmo, quamvis *novellis constitutioni-
bus Dominorum Electorum Saxoniæ*, pœna gladii, in soluto, rem
cum maritata habente, ex jure Codicis retenta sit: tamen eam
in vero & proprio adulterio saltem locum habere; nequaquam 51
verò ad hanc speciem illicitæ conjunctionis, interpretatione
rectè produci. Nam præterquam, quod *ut supra dixi*, verba
constitutionum de maritatis loquuntur, receptum est inter o-
mnes, verba Constitutionum particularium & Statutorum stri-
ctiùs accipi, quàm solent juris communis Constitutiones ut vi- 52
delicet in his, nomine uxoris sponsa, aut mariti Sponsus, non 53
contineatur, *Roland. à Valle d. tract. q. 12. q. 106. & seq.* itaque vel
ideò minùs hic pœnam ordinariam repetitam videri debere. 54
Alciat. d. lib. 2. num. 59. & seq. quemadmodum & recepta his lo
cis interpretatio, violatores Sponsarum non gladio, sed fustiga
tione & relegatione punit indifferenter. In maritatos verò, si 55
intra provinciam hanc deliquerint, gladio animadvertit: quo
niam hi, etsi cum solitis rem habuerint, similiter puniuntur, *d.* 56
Const. 19 par. 4.

Ipsas porrò sponsas stupratas, quod attinet si consensum ac-
commodaverint, ut præsumitur plerunque, nisi de coactione 57
doceatur verisimiliter. *l. 2. C. de his quæ vi metúve causa Alciat. de
præsumt. reg. 3 præsumpt. num. 1. & seq.* de quo porrò videndus

Francisc. Viv. Aquilan. decis. 299. nu. 6. 7. lib 2. (uti & Lex divina *Deut. d. c. 22. v. 24. & se.* distinguit.) virgis publicè cædi & relegari solenne est, atq; ita parem cum stupratoribus pœnam sub-
58 ire, neque etiam in hac provincia atrociùs puniri: cum si pro adulterio concubitus iste haberetur, gladio feriendæ essent.

Observare autem in proposito licet, corruptores, minori,
59 quàm adulterij: majori, quàm stupri, & media quadam inter utrumq; crimen pœna, fustigationis & relegationis puniri. Ipsas
60 stupratas autem, extra hoc territorium, ea pœna affici, quam adulteræ ibidem sustinere solent, & ita acriùs in iis hoc crimen,
61 quàm simplex stuprum, vindicari: quia plerumque stupratis sola relegatio dictari solet; cui virgarum cæsio, ob stuprum hoc qualificatum, additur: quemadmodum in aliis multis caussis,
62 ob qualitatem additam, pœna ordinaria augeri solet. *l. aut damnum 16. D. de pœn. Tiraq. de pœn. in præfation. nu. 18. & se Aerod. rer judic. d. lib. 8. tit. 1. c. 4. cir. fin.*

63 Veruntamen hæc omnia ita demùm ad puniendum stupratorem valere debent, si modò is sciverit stupratam desponsam fuisse. Nam si ignoraverit propius vero est, ut excusetur, & tanquam simplex stuprator puniatur. *arg. l. si ignorans 50. D. Locati.*
64 *Tiraq. de pœn. caus. 13.* itaq; hæc qualitas scientiæ in *sententijs* † u-
† bi pœna dictari solet, plerunque exprimitur.
65

QUÆSTIO XXIX.

Adulterium quid: quæ eius pœna ex L. Romulia, Iulia, & Principum Romanorum decretis & Constitutionibus: An in nuptam, quæ meretricio more vivit, committatur.

SUMMARIA.

1 *Adulterij crimine nil gravius est, & sacrilegio fœdius.*
2 *Adulter, fur proprij corporis, & sacrilegus.*
3 *Leges securitati maritorum, & humanæ societati valdè prospexerunt.*
4 *Maritus modestius ferre filij mortem, quàm uxoris adulterium, potest.*
5 *Adulterium crimen duorum, num. 33. & quæ eius pœna, nu: 37.*
6 *Adulterium in nupta propriè committitur, non in soluta, in qua dicitur stuprum, & nu: 20. & duplicatum dicitur, si coniugatus cum alterius coniuge num 22.*
7 *Adulterium à stupro distinguendum, & nu. 9. & nu. 12. licet impropriè unum pro alio nonnunquam accipiatur nu. 10.*
8 *Adulterium ad eam iniuriam pertinet, quâ alterius familiæ stirpes adulterinæ inseruntur.*
10 *c. nemo 32. distinct. 4. explicatur & nu. 15.*
11 *Mulieres maritum reum Iure Rom. Postulare, aut in pudicitiam eorum inquirere non poterant num. 13.*
16 *Secus de jure Canonico:*
17 *Et Constitutionibus iisdem Imperij, quibus perinde uxori, atq; viro, accusatio de adulterio permittitur, & nu. 19.*
18 *Pœna stupri & adulterij: ubi differentia inter virum & uxorem recepta n. 21.*
23 *Adulterium an cum meretrice, etiam conjugata, committatur num. 26. num. 27. nu. 77. scillicet quoad ipsas, non quoad maritatos, nu. 28. & 33. pura ratione pœnæ, dùm hi mitiori afficiendi, nu. 30. & nu 78. adeò, ut hîc remissioni sit locus nu. 31.*
24 *Stuprum cum meretricibus Iure Civ. impunitum.*
25 *Quæstus ex lupanaribus olim honestus:*
29 *Ubi nullus thori pudor, ibi nulla violatio.*
34 *Mulier sola nonnunquam de adulterio accusari potest.*
36 *Adulterij crimen interdum esse potest, absq; adulterij accusatione.*
38 *Pœna Adulterij, quo-ad legem divinam: Et quoad alias gentes remissive nu. 39. Iuris Rom. varia nu. 40. Lege à Romulo lata, etiam mors n. 41. licet contradicat Cuiac. qui reprehenditur nu. 92.*
43 Ζημία vox quid denotet.
44 *Uxor in adulterio comprehensa, à marito impune apud Romanos occidi potuit.*
45 *Divortium apud Romanos diu inauditum.*
46 *Simplex tamen adulterium capite non vindicarunt, ut exemplis probatur.*
47 *Augustus tandem Imp. L. Iuliam de adult. sanxit, quæ sæpè tùm dormitare visa est nu. 52. & etiamnùm multis in locis Germaniæ nu. 75.*

48 Pœna relegationis olim dictata, & nu. 60. quæ variis exceptionibus sæpe elidebatur, nu. 61.

49 Sed exasperata aliquando fuit.

50 Impp. sequentes capitalem quandoque, ad pœnam mortis imposuerunt & num. 62. Fuit tamen ordinaria, in paganis relegatio: in mulieribus, deportatio num. 63.

51 Pœna adulterij ante & post legem Iuliam arbitraria manserit & nu. 64.

53 Severus Imp. severam de adulterijs legem tulit, & tria millia adulterorum punivit.

54 Macrinus Imp. Reos adulterij viros simul incendit.

55 Alexander Imp. capitalem pœnam esse voluit, ut & Aurelianus.

56 Valentiniani & Valentis tempore quidam securi percussus fuit.

57 Theodosiani Constitutionibus, pœna in omnibus capitalis facta.

58 Legi Iuliæ, multi Impp. multa subrogarunt.

59 Augustus Imp. plus æquo fuit indulgentior.

61 Pœnæ & accusationi adulterij præscribitur quinquennio.

65 Constans & Constantinianus adulterium demum capitale fecerunt: Ante eos fuisse, expressa lege lata, non constat nu. 69.

66 L. quamvis. C. de adulterijs explicatur.

67 Gladij ambigua significatio.

68 Pœnas legibus ipsis, ex quibus crimen primum descendit, adscribere, novum in Iure nostro non est.

70 Pœna gladij, post Const. Imp. diu mansit & à Iustin. in fœmina mutata est.

71 In fœmina turpius, quàm in viro, adulterium.

72 Pœna Iuris Saxo. in maribus capitalis, in fœminis fustigatio cum relegatione.

73 Constitutionibus Elector. Saxon. & Palatin. etiam in fœminis gladius.

74 In Gallijs, quæ pœna remissivè.

75 Pœnæ Iuris Civil. multis in locis Germaniæ remissæ, & in pecuniariam transmutatæ.

76 Uxores interdum, plus vitio & exemplo maritorum, quàm sponte peccant,

79 Adulterij convictam, potest hodie maritus retinere absq; probro.

80 Hinc & in adulterio hodie transactio licita.

81 Leges & mores habent suum omen & fatum.

82 Quod uti quando inhonestum videtur honestum post fieri potest.

83 Principi nihil honestius, quam ut domestica eius infortunia non cognoscantur.

Esse

ESse adulterii crimen longè gravissimum; & multis de caussis detestandum convenit inter omnes, adeò ut quidam nihil 1
æquè gravius esse existiment. Nam *de Philonis senten. in lib. de Ioseph* gravius Sacrilegio ipso est: & *secundum Euphron. & Dionem apud Stobæum* nullum majus malum videri debet: quod *ex Clemente* confirmatur *in c. quid in omnibus 32. q. 7.* Et ratio istorum judiciorum non potest esse in obscuro: Testis *D. Paulus 1. Cor. 7. v. 3. 4. & c. 6. v. 18. 19.* adulterum furem esse proprii corporis, quod 2
uxori subtrahit; imò eundem in proprium corpus peccare, & sibi injuriam facere. Deniq; cùm corpora nostra Deo sint consecrata, sacrilegum esse, qui illud suum, Deo consecratum, alii mãcipare conatur. *Salomon Prov. 2. v. 7. Syrac. c. 23. v. 31. & seq.* adulteram, juventutis suæ ducem, primum maritum deserere, & fœderis divini oblivisci, pronunciat. Videntur etiam legislatores profani, securitati maritorum, proli, educationiq; liberorum, itaq; 3
humanæ societati valdè consuluisse. Hinc Interpp. nostri *in l. Lucius 85. §. matre de leg. 2.* modestiùs maritum filii proprii mortem, 4
quàm uxoris adulterium, pati scribunt; & *Hieron. in Amos c. 7.* libentiùs ipsum audire uxorem interfici, quàm pollui. *Coras. lib. 2. Misc. c. 1. n. 1. 2. Aerod. rer. jud. lib. 8. tit. 1. c. 4. Anton. Padilla in l. transigere n. 72. & se. C. de transactio. Tiraq. in connubial. l. 13. nu. 26. & seq. Wesenb. ad tit. D. ad l. jul. de adulter. in princip.*

Tàm grave facinus cum sit, pœnam quoq; non levem habere putandũ est, de qua sic commodè dicetur, si priùs, quid sit adulterium, explicetur. Est autem, ut propriè loquar, alienæ matrisfa- 5
milias corruptio. *l. fugitivus 225. de verb. signif.* Unde apparet, in 6
nuptam tantùm adulterium committi. Nam quamvis inter Canonistas quidam adulterium esse putent, etsi cõjugatus cum soluta rem habeat *c. 1. 34. distinct.* idemq; defendere conetur. *Menoch. de arb. jud. cau. lib. 2. c. 420. n. 106. & se.* tamen repudiata crebriùs hæc opinio est, & non tantùm Civilis juris, sed & divini, & decem tabularum interpretibus antiquissimis, illa stupri & adul- 7
terii confusio displicet, & econtrà placet, respiciendum esse ad personam patientem, non agentem, & agere dicendum virũ, &

fœminam pati. *Aristot. de animal. lib. lib. 15. Cuiac. ad tit. C. ad L. Iul.*
8 *de adult. & in Nov. 22. pa. 160. VVes. d. lo. nu. 4. 5. 8.* ubi nomē ipsum,
ait, indicare quæstionem adulterij ad eam injuriam pertinere,
qua alterius familiæ stirpes adulterinæ inseruntur, *per l. inter 6. §*
1. l. stuprum. 34. §. 1. ad L. Iul. de adult. l. 1. C. eo tit. ubi glos. & S. Lyc.
9 & indubitatam esse hanc sententiam, patet *ex Claro in pract. Crim.*
in §. adulterium, n. 2. Placa de delict. c. 41. nu. 35. Cov. de spons. par. 2.
c. 8 §. 5. nu. 15. Paul. Gryll. de pœn. omnifar. coit. lib. 3. §. 6. nu. 12. Soccin. cons. 148. Everar. cons. 179. n. 2. 4. Rolan. à Vall. cons. 74. n. 12. li. 1.

10 Neq; his obstat *c. nemo 32. distinct. 4.* Nam ut fateamur, καταχρηστικῶς
11 stupri & adulterij vocabula quandoq; sumi, ut & in ipsa
Lege Iulia factū ait *Papin. in d. l. 6. §. 1.* videtur; tamē *Ambros. d. lo.*
aliò respexisse, quàm ut discrimē adulterij & stupri tollere omninò
12 voluerit. Cum jure Romano de adulterio maritū reū postulare
mulieres nō possent. *l. 1. ubi Dd. C. ad L. Iul. de adul. Frid. Pruckm.*
Lin multis de statu hom. par. 1. mem. 1. art. 13. n. 5. (& sunt aliæ diffe-
13 rētiæ inter adulterū & adulterā, pe quibus *Cuia. lib. 20. ob. 15.*) imò
14 nihil uxoribus in maritos, ob eorū impudicitiā, liceret, etsi his, &
privata, & publica vindicta, permissa esset. *Gell. lib. 10. c. 23. Plaut. in*
Merc. Tiraq. ne legib. connub. in l. 1. n. 42. 43. & se. Petr. Godof. de amor.
lib. 3. c. 3. VVes. d. l. n. 11. Inter initia Ecclesiæ novi Testamēti ex his
15 qui Christo Salvatori nostro nomen dederāt, existimabant nonnulli,
maritorū delicta in hoc genere, secundū Leges Romanas
mitiùs reprehendenda, ac viro quidem, ob uxoris adulterium, ab
ea divertere licere: uxori autem ob viri stuprū, non idē permittēdum,
atq; ita duriori lege fœminas, quàm viros, *ut apud Plautū*
Syra queritur, vivere oportere. Hanc igitur perversam opinionē
reprehendit *Ambrosius*, non isto saltem loco, sed & *in Comment.*
epist. ad Cor. ubi ipsis etiā mulierib. fecit copiā nouarū nuptiarum,
si ipsarū viri infideles, cum ipsis nolint habitare, quamvis potiorem
viri, quàm uxoris, caussam in isto negotio fecisse videretur.
Idem probarunt *August. de adulteri. conjug. ad Pollen. lib. 2. c. 8. Hier.*
16 *in epist. ad Ocean. Lact. li. 6. Inst. c. 23.* & traditur *c. 32. q. 6. & c. praecipit*
13. q. 5. quēadmodū tradit *Pruck. d. lo. n. 6.* & observarūt. *Ant. Cont.*

lib. 1. lectio. c. 7. n. 5 Cujac. in d. nov. 22. Petr. Martyr. in loc. comm. class. 2. loco 11. n. 30. Hier. Zanch. de conjug. c. 5. th. 3. Godof. d. c. 3. Wes. d. lo. n. 18. Basil. Monner. de Matrim. Et rectè *Carolina Constit. de delict. c. 120.*
perinde uxori, ut viro, accusationem concedit, sic tamen ut in 17
criminibus, & pœnis, differentia recepta duret, & consequenter 18
stupri & adulterij distinctæ pœnæ, & animadversione nobis quoque (accusandi saltem facultate ampliatâ) retinendæ sint.

Non refert igitur, solutus, an uxoratus sit, qui cum alterius 19
conjuge commercium habet, & si cum virgine aut vidua, res sit, parũ interest, utrum vir solutus, aut conjugatus existat. latè *Basil. Monner. de Matr. c. 5. Ioach. Beust. eo. tract. c. 17. Mandel. Alban. cons. 37. n. 1. & se.* illud enim adulterium, hoc stuprum appellatur, ideoq; 20
hoc secundo casu stupri pœna saltē locum habet, ut solutus ducat aut dotet; Maritus verò qui id nō potest, fustigetur, stuprata 21
autem relegatur. *Wes. in par. ad l. Iul. de adult. n. 18. 20 Beust. d. lo.*
quamvis in primo genere si conjugatus cum alterius conjuge rē 22
habeat, adulterium sit improbius, imò duplicatum adulterium, ubi duplex thorus violatur. *Iul. Clar. d. § adulterium nu. 2.*

Multò verò minus adulteriũ illud vocabitur, quod cũ Meretrice, omnib. passim copiā sui faciente maritus alterius cōjugis cō- 23
suetudinē habet: cum in meretricib. & vilib. personis commissũ 24
stuprũ jure Civili sit impunitũ *l. qua adult. 29. C. ad l. Iul. de adulter.* & quæstus ex lupanaribus olim non inhonestus habitus fuit, *l. ancill. 27. in fin. de hered. petit.* imò permissum olim quibusvis matro- 25
nis tale flagitium, etiam ante Tiberium, publice profiteri. *Tacit. annal. lib. 2. cir. fin. latè Bernab. Brisson. de jure connubio. pa. 14. & seq.*

Verùm non injustè hic dubitatur, an etsi uxor alicujus impu- 26
dicè & meretricio more vivat, is qui cum ea rē habet, ideò, quod illa alterius conjugis vinculo adhuc tenetur, adulterium cōmittere dicatur: si præsertim fingas, diu absente marito, eam moræ impatientē, non Penelopes telam retexere, sed quibusvis se prostituere, vel à marito profugā hinc inde vagari, & corpore quæstum facere, neq; dum ob illicitam commixtionem, aut desertionem, apud judicem querelam interpositam, aut finitam esse.

27 Certè *Io.Vaud.li.2.quæst.21.* etiam in meretrice nupta adulterium committi existimat, *per l. si uxor. 13.§. sed & in ea ad L. Iul. de adul.* & refert *Amadeus in Syndicat. nu.174.* potestatem Recanati talem meretricē de adulterio damnasse, quemadmodū & *Capic. decis.44.n.44.* in meretrice nupta punibile esse adulteriū scribit.
28 Cæterùm ut hoc de meretricib. maritatis ita accipiatur & cōcedatur, ipsas adulterij pœna teneri, quia delicto suo fœdus cōjugii jam ante multipliciter violarunt, non tamen idem de his, qui cum illis cōsuetudinem habuerunt, dici potest: quia, ut scribit *VVes. d. l. n.6.* violasse thorum alienum non videntur, ubi nullus
29 est thori pudor, vel respectus, sed promiscua & vulgatis, conniivente interdū, aut nō persequente fugitivam marito turpitudo. Idemq; sentit. *Iul.Clar.d.§.adulteriū n.3.per l. si ea qua.22.C. ad L. Iul.de adul. Amade.de Syndica.d.n.174.Grillan.d.tr.de pœn.omnifar. coit.lib.3.§.6 num 12.ver. iterū quæro, &c. Riminal. cons.17. nu. 2.* & *communiter* * receptum scribit *Eman.Soarez.in thesau.verb. meretricis nu.139. Boss.in prac.tit.de Coitu damna.nu.23.24.*

Neq; obstat, quod contra communem hanc differit *Vaud. d. l.* Nam *d.§. sed in ea, &c.* non de vulgari uxore, quæ constante matrimonio pudicitiam rursus prostituit, sed ante matrimonium meretrix fuit, loquitur. *Dd.ibid Cui[illegible]lib.6.obs.16.* Proinde & *Scabini Lipsenses & VVitebergenses* jam olim consentientibus votis †
30 *decreverunt*, eum, qui cum meretrice nupta, & meretricio more vivente, rem habuisset, non adulterij pœna, sed mitiori, puniendum esse. *Ioach. trac. de Matrim. c.19.* & hoc casu similiter in-
31 ter conjuges remissioni locū esse, quæ alioqui non admitteretur, tradit *Moller.semest.l b.2. c.36.* Sanè cum Vestilia Titidij Labeonis licentiam stupri ad Ædiles vulgavisset, à Labeone Tibe-
32 rius etiam caussam exegit, cur in uxore, delicti manifesti ultionē legis Iuliæ omisisset *Tacit. annal. d. lib.2. Aerod. d. lib.7. tit. 1. c. 18.* & ab alijs fœminis, quæ ad evitandas pœnas legis Iuliæ lenocinium profiteri cœperant, pœnas eundem Tiberium nihilominus exegisse refert. *Suet. in Tiberio.*

Ex quo rursus efficitur, mulieres meretricio more in matri-

monio viventes, adulteriũ absq; adultero committere, licet regulariter crimen adulterij duorũ sit crimen. Sed hoc novum nõ
est, & scribit *Fabius* apertè, interdum solam mulierem adulterij 33
posse accusari, quemadmodum potest aliquando esse adulterij 34
crimen, absq; accusatione adulterij. & furtum absq; furti obligatione, & dos dotisq; actio in virgine. *l. ideò de ritu nup. l. inter o.* 35
mnes. 46. §. pen. de furt. Acrod. d. tit. 1, c. 5. 8.

His igitur de adulterij definitione præmissis, rectè nunc de pœ- 36
na ejusdem quæritur. Lex divina utrunq;, & adulterium & stu- 37
prũ puniri voluit. *Lev. 20. v. 10. Deut. 22. v. 22.* ab alijs gentib. quo- 38
modo in adulteros animadversũ fuerit, latè tradũt, *Alex. ab Alex.* 39
genial. dier. lib. 4. c. 1. Tiraq. in connu. l. 13. n. 6. & se. Ant. Guiber. de dotibus c. 6 n. 25. Godof. de amor. lib. 2. c. 3. Henr. Steph. de jur. Civ. fontib. in præfatio. & in præcepto divino de adulterio. Petr. Greg. lib. Synt. 36. c. 6. n. 21. cum seq. Iu Romano jure mira varietas & obscuritas nõ exigua occurrit, qd quoq; tẽpore circa animadversionis modũ
fuerit receptũ, vel etiã libera aut occupata Republica cõstitutũ. 40

Certũ nihilominus est, lege à Romulo lata, in more perpetuo
fuisse, ut de uxoribus adulteris vir ipse, adhibitis propinquis, 41
cognosceret, & domi, & morte vel alia pœna animadverteret. Morte, inquã, licet hoc neget. *Cuiac lib. 6. obs 25.* & hoc nomine reprehendat *Manutium d LL.* id scribentem. Cæterùm *Cuiacium* rursus reprehendunt. *Bodin. de methodo hist. c. 4. p. 78. & de Repub.*
lib. 1. c. 3. pa. 20. 21. Lipsius ad Taciti annales lib. 4. fol. 90. Nam vox 42
ζημιοῦν ab *Halicarnassæo lib.* 2. usurpata non multare significat, sed
quoquo modo punire & *idem Halicarnassæus* maritum ἐμμεγέθους 43
τῆς τιμωρίας κύριον fuisse scribit, adulterij & ebrietatis caussâ. Et ex Catone, *Gellius lib. 10. c. 23.* licuisse marito uxorẽ in adulterio deprehensam, sine judicio, impunè occidere, refert. Meminerunt
hujus & *Balduin. in LL. Roma. Prateus in LL. Romuli in l. 15. Anton.* 44
Quesada lib. 2. quæstio. jur. c. 17. Brisson. ad L. Iul. de adulter. c. 2. Acrod. d lib. 7. tit. 1. c. 4. ubi, quod adulterũ ipsum attinet, refert, se non meminisse, quenquam Romæ deprehensum, occisum esse: sed & vix putat inveniri, qui caussam de adulterio dixerint. Nã cum

ante annum 521. ab urbe conditâ nullum divortiũ Romæ audi-
45 tum sit, necesse esse opinatur, nullam quoq; adulteram fuisse, & si quis, vel quæ, posteà fuit, eos, qui omnes Leges & religione & pudoris observatione devinxerunt (ut elegantissimè scriptum est in Diocletiani & Maximiani Constitutione, relata à *Licinio Ruffo in collatione LL Mosaicarum & Rom. tit. 6.*) hoc etiam delictum
46 non omninò impunitum reliquisse. Veruntamẽ imitatione Solonis, si simplex adulterium esset, capite non vindicasse: quemadmodum exempla eorum, qui coram populo de stupro & adulterio caussam dixerunt, ibidem præferuntur ex Livio & Valerio.

47 Posteaquã verò apud unũ summã rerum esse placuit, & Augustus alias Leges retractaret, ex integro de adulteriis & impudicitia Legẽ sanxit: maximè, quod urbem civilibus dissidiis ad luxuriam abutentem, stuprisq; & adulteriis præclarissimas familias inquinatas videret, nec remediũ tanto malo aliunde, quàm à salutaribus Legibus, peti commodius posse existimaret, ipsis etiam maritis officiũ suũ non facientibus, & parvis juxtà ac magnis conniventibus, vigorẽ disciplinæ publicæ adversus impudicitiam corruere omnìnò necesse esset, nisi maturè subveniretur:
48 Pœnam igitur neq; mortem, neq; exilium irrogavit, sed relegationem, non capitalem, statuit, quod clarissimè ex *Cornelio Tacito annal lib 4.* ubi inclementia Tiberij notatur, quod Aquiliã adulterij delatam, & à Lentulo Consule lege Iuliâ damnatã, exi-
49 lio punivisset, & *ann. lib. 2.* ubi deprecatione; per simulationẽ clementiæ adulterij gravioris pœnæ à Tiberio factæ, nõ obstante, relegatio decreta legitur. Quã tamẽ, ut ipsemet Augustus, interdum nõ contentus fuit, dum filiæ & neptis adulteros morte aut
50 fugâ punivit, *Tacitus annal lib. 3. & lib. 4.* Ita nec Tiberius, aut qui secuti ipsum sunt, Relegatione tantum in adulteros animadver-
51 terunt, sed quandoq; capitaliter, & pœnâ mortis impositâ crimẽ istud vindicarunt, itaque pœnæ adulterij, ut antè, ita post Iuliam Legem arbitrariæ esse cœperunt. *Sueton. in Tiberio, c. 35.*

52 At, utcunq; sub Augusto mos, & Lex, maculosum edomuisset nefas, secundum, *Horat. lib. 4. Carmin. od 5.* nihilominus Lex Iulia posteà dormire sæpè visa est, querente *Iuvenali Satyra 2.* ac, crescentibus delictis, pœnæ exasperatæ; ita ut Imperator *Se-*

verus, cum in adulterijs coërcendis valdè occupatus esset, seve- 53
rissimam de ijs Legem tulerit, & tria millia adulterorum in ju-
dicium pertracta, acerrimè punierit. *Dione auctore lib.* 55. quæ
caussa est, quod *Papinianus* noster de iis tàm diligenter scripsit.
Sed *Macrinus* adulterij Reos semper vivos simul incendit, *teste* 54
Capitolino Quin *in l. castitati 9. C. ad l. Iul. de adult.* Alex. Impera-
tor adulterij pœnam capitalem esse innuit. & *Flav. Vopiscus* Au- 55
relianum Imperatorem, militem adulterum gravissima mortis
pœna punijsse, testatur: quēadmodum sub Valentiniano & Va- 56
lente Cethegus Senator adulterij reus, securi percussus est. *refe-
rente Marcell. lib.* 28. c. 2. & deniq; *in l. transigere C. de transf.* à Dio-
clet. & Maximia, adulterium inter capitalia crimina numeratur.

Neq; tamen ex Codice Gregoriano aut Hermogeniano ul-
la Lex prodita est, quæ adulterium capitale fecerit expressè, nisi
quod decretis quorundū Principum, in quibusdā capitaliter pu-
nitum, non obscura ex superioribus indicia colligantur: donec
tandem generalibus Constitutionibus, Theodosiani & Iustinia- 57
ni Codicis, in omnib. capitale factum est. Nā & præterea Con- 58
stitutiones Impp. sequentium multa legi Iuliæ subrogarunt. Di-
vi Adriani scilicet, Marci, Severi, & Antonini.

Ac ipsemet Augustus, ut *Cujac. in parat. D. ad l. Iul. de adult.*
placet, non tàm fuit severus adulterij & stupri vindex, sed indul- 59
gentior plus æquo, & isti vicio per semet obnoxius, & docet 60
idem *Dio in Augusto pa.* 183. *Sueton. c.* 34. 65. 68. 68. Nā & relega-
tionis pœnā tantùm cōstituit, quasi criminis excusabilis, quod
in persona quasi ejusdem *Ovidius de Ponto lib. 1. ad Mess. l. eleg. 8.*
(si modò verum est, quod de culpa illius quidam suspicantur)
fateri videtur:

Nisi, inquiens, *delicti pars excusabilis esset,*

Parva, relegari, pœna futura fuit. Et non est ex *l. Iulia*, 61
tàm acerba huius criminis executio quàm cæterorū criminum.
Itaq; & brevitate tēporis quinquennalis constringit accusatio-
nem, & variis præscriptionibus seu exceptionibus elidi patitur,
minores etiā 25 annis, aliàs ad excusandū habiles, repellit. *Cujac.*

lib.

lib.20.obſ.14.17.18 in fi. Et quamvis poſt Auguſtum ſæpè capita-
62 liter adulterium punitum legatur,(vide *Apulejum metamorph.oſ.*
63 *lib 3.p.160.*)nihilominus ordinariâ pœna in paganis fuit relega-
tio,in militib deportatio,quemadmodũ clariſſimè probatur ex
l. ſi quis viduam D.de quæſtion.l.2.§.miles 3.de his qui notã. infam.l.qui cum uno 4. § adulterij 7. de re milita l.miles 11.in pr. ad l. jul. de adult.Plin.lib.6. epiſt 31. facit l.Claudius de his quæ ut indig.l.eum qui 8. § qui teſtam. fac. poſſ. Cujac.d.lib. 6.obſ.11.lib.21.c.18.lib 21.obſ.17.Briſſo de adulter.c.2.Covarru.de ſponſal.par.2.c.7. §.ul.n.25.Hotto.illuſt.quæſt 23 Mart. Delrio in d.l.transfigere n.100.105. & ſeqq. Pet.Faber.Semeſtr.lib.2.c.5. Iuſt.Lipſ.ad Taciti annal.lib.4. Aerod. d.l. Tiraq.d.l. 13.n.16.& ſeq. Ant. Auguſti emendat.lib.3.c.8. Cumq; interdum ab ordinaria
64 pœna recederetur,quod & in alijs criminib.invaluerat.*l ordo de publ.jud.c.l.hodie de pœn.*Primùm Conſtantius & Conſtans, non
65 Conſtantinus,adulterium, lege latâ capitale fecerunt.*l.2.C.Theod.de indul.re.l.4.C.Theod.quor.appel.non recip.*

66 Neq; his obſtat,quod in *l.quãvis C.ad l.Iul.de adul.*in fine dicitur,ſacrilegos nuptiarũ gladio puniri & *in § item lex Iulia Inſt. de publ jud.* Nã legi,quãvis,id additũ ex codicis Theodoſiani collatione liquet:(& quod ex lege Iulia dicitur eſſe gladii pœna,id nõ
67 ex ambigua gladij ſignificatione,aut aliter ſolvendũ eſt,cum *Menochio de recup.poſſ.rem. conſ.352.& de arb.lib.2.c.290. n.3.& ſe.Muſcor.de juriſdi.n 40.& ſe.*
68 ſed quia novũ nõ eſt in jure noſtro,pœnas uſitatas,legib.ipſis, ex quib,crimẽ primùm deſcẽderat,aſſcribere,ut legi Pompeiæ, culeũ & ſerpentes:legi Corneliæ teſtamẽtariæ,deportationẽ. *Cujac d.lib.6.obſ.11.& ad Pau. Sent.lib.5. tit.23.& in d.§ Itẽ Lex Iulia,itẽ ad tit C.ad l.Cornel.de falſ.Covar.d.c. 7.§ ul.n.16.*)Fieri poteſt,ut ante Conſtantẽ & Conſtantiũ,& for-
69 tè ante Diocletianũ & Maximinianũ,pœna capitis ſuffecta ſit,ſed & de eo lege nominatim latâ quid conſtitutum,haud ita quemadmodum ex *Cod.Theodoſ.& d.l.transfigere* liquere poteſt.

70 Ut ut ſit,manſit deinceps gladii pœna diutiſſimè ac à Iuſtiniano in fœminis ſaltem mutata eſt,ut hæ virgis cæſæ, & in monaſterium detruſæ, pœnitentiam agant. *Auth ſed hodie C. ad l.*
71 *Iul. de adulter. § ſi verò Novel. Conſt.134.* quamvis in illa turpius, quàm viro, ſemper creditum ſit ab antiquis adulterium. *Tiraq.*

in d. l. n. 45. & se. Godefr de amor. lib. 2. c. 6. Manetque apud Saxones in maribus similiter capitalis ista vindicta, licet fœminæ, propter monasteriorum defectum, publicè virgis cæsæ, in perpetuum relegari soleant: Etiam quando cum solutis rem habuerunt *Fachs.* post *Specul. Saxon. tit.* Von peinlichen straffen. §. Aber zu dieser zeit. & in sententiis † *Lipsensium ibid. tit.* Straff umb Ehebruch. *Rauchd. in proces. Criminal. tit. de adulterio Modesti. Pisto. cons. 3. num. 65. & se.* licet *VVesenb. d. l. nu. 18.* inter solutos & maritos cum maritatis conjugibus, rem habentes, distinguat, quod non esse faciendum, sed ad patientis personam saltem respiciendum, suprà dictum est. In Electorum Saxoniæ ditionibus, tàm fœminis, quàm maribus adulterio inquinatis, gladii pœna imponitur. *Const. 19. par. 4.* ubi & alia quædam singularia in hoc crimine constituuntur. *Ioach. Beust. de matrim. c. 18.* & gladij pœnam similiter Constitutiones Palatinæ & Hassiacæ sequuntur. In Gallia licet vulgato *Fabri* testimonio impunita adulteria putentur. *in §. ex scripto. Inst. de jur. natu. Gent. & Civil.* tamen ab aliis refellitur. *Arnol. Ferro. ad Cons. Burd. lib. 2. tit. 10. §. 1. Anton. Guib. de dotib. c. 6. nu. 25. Godefre. d. c. 3. Boër. decis. 297. Corras. in arresto Tolosano annotat. 83.* 72 73

In multis prætereà Germaniæ locis lex Iulia dormire reperitur, & ut plurimùm pecuniaria pœna coërceri ab initio apparet ex *Ordinatio. Bavarorum, Tirolen: Argentin: Friburgens:* quod parum convenit antiquis Germanorum moribus, ubi *Tacito auctore*, olim paucissima adulteria, & eorum pœna præsens, maritisq; permissa. Sed videntur hi, ut alii, qui mitius cum adulteris olim quoque egerunt, aliquid in hoc crimine humani vicij versari, putasse, quod accusare aliquantò faciliùs sit, quàm vitare, ac interdum vix quenquã eo crimine offendi, quin sit quod in eo prius accusetur, & uxores plus sæpè delinquere vicio maritorum, negligentia, credulitate vel exemplo, quàm sua sponte, ut pluribus *Aerod. d. ti. 1. cap. 4. pa. 302.* docuit. Quæ tamen ego tanti non existimo, ut magistratum in hoc crimine 74 75 76

gravissi-

77 graviſſimo remiſſius agentem excuſent, ut rectè ſentit, *Clar. d. §. adulterium n.7.* Hæc de propria adulterii pœna.

At ſi meretricio more conjunx alicujus vivat, & ipſa quidē, ut ſupra dictum eſt, adulterii teneatur, qui tamē cum ea rem habent, *hu in locis* † ſolent virgis cædi & relegari, auctâ ex perſona
78 patientis ad aliquem modum pœnâ, & ita mediâ quadam viâ, inter adulterii & ſtupri pœnā, animadverſionis ſpecie electâ, cum ſimplex ſtuprum à ſolutis commiſſum relegatione; in marito fuſtigatione coerceatur. *Weſenb d lo. nu.* 20. in ſoluta verò carcere vel exilio temporali. *Weſenb. nu. 18.* Illud deniq; notandum; licere hodiè, extra lenocinii crimen, adulterii reàm aut damnatam, re-
79 tinere, reducere & ignoſcere, propter ſexus infirmitatem, & liberos communes, quod olim abſq; probro non licebat: unde *Dd. noſtri* hodiè in adulterio transactionem impunè fieri tradunt.
80 *Purpur. in d. l. tranſigere nu. 71. Clarus in § fin. q. 58. nu.* 11. *Soarez. in theſau. verb. adulterii nu. 90. 91.* adeò habent leges & mores ſuum
81 ævum & fatum, ut quod quandoq; inhoneſtum viſum eſt, dein-
82 de honeſtè fieri putetur. *Auth. ſed novo. C. ad L. Iul. de adult. l. crimen cod. tit. Nov. 134. § ſi quando. Plin d. lib 6. epiſt. 31. Boer. decis. 198. Grammat. deciſ. 3. Cujac lib. 6 obſ. 15. Weſenbec. d nu. 18. & de Iuſt. & Iur. n. 14 § autem hujus ſtudii. Verſ. Ex quo fit illud, & c. d. Conſtit. Elector. 19. par. 4. Aerod. d. c. 4. in fin. & c. 23.* maximè. *c. 2. 3.* ubi accuſare, nec neceſſe, nec utile interdum eſſe, tradit, Principibus præ-
83 ſertim viris, quibus honeſtiùs utiliusq; eſt, domeſtica infortunia non cognoſci; niſi cum ignorantia nullo modo obtendi poteſt, nec adumbrari patientia prætextu incredibilitatis, ubi virum eſſe oporteat.

QUÆSTIO XXX.

De Furti ſpecie peculiari, ubi aratrum quis abſtuliſſe aut corrupiſſe arguitur.

SUM-

SUMMARIA.

1 *Aratrum spoliantes, an fures sint improbiores.*

2 *Text.* Landtr. *lib. 2. art. 13. declaratur per constitutionem Electoralem. 23. part. 4.*

3 *Aratrum furantes hodie arbitrariè puniuntur, etiam extra provinciam, olim aliter, num. 7. cum seq.*

4 *Agriculturæ favore multa Iure Civili singularia sunt constituta.*

5 *Rusticorum instrumentorum pignoratio prohibita.*

6 *Rusticani ad obsequia devocari non debent.*

8 *Agriculturæ instrumenta violantes, & Iure Civili & Imperij variè puniuntur.*

9 *Furtum aratri acrius, atq; aliud simpliciter, de Iure Saxon. vindicatur.*

10 *Aratrum qui corrumpit ac frangit, eâ pœnâ puniendus non est, quâ is, qui abstulit. & nu. 15 & 17.*

11 *Inter ablatum & damnum iniuria datum, multum interest.*

12 *Statutum de furto loquens ad damnum datum non pertinet.*

13 *Statuta pœnalia, ultra propriam verborum significationem non extendenda.*

14 *Constitutiones Imperij de pignorationibus, ad res etiam corruptas & fractas, licet non ablatas, pertinent.*

16 *Constitutionum Imperij & particularium statutorum, diversa ratio.*

18 *Magistratui integrum est, præter æstimationem damni, læso persolutam, arbitrariè punire & mulctam exigere.*

19 *Ob quodvis delictum hodiè & criminaliter & civiliter agi potest.*

20 *Iudici etiam in privatis delictis licitum ex officio inquirere.*

21 *Pœnæ hodie omnes arbitrariæ.*

22 *Mandans corrumpere aut frangere aratrum convictus eâdem pœnâ, qua mandatarius puniendus.*

23 *Mandatarius in hoc crimine ad testimonium ferendum admittendus non est.*

VUlgò existimatum est, inter fures improbiores Iure Saxonici connumerandos esse eos, qui aratrum furati sunt aut rapuerunt, *per text.* Landtrecht. *lib. 2. artic. 13.* Verùm. *Constit. Elect. 35.*
part. 4. testatur, variè illum textum intellectum esse à peritis 2
Iuris Saxonici. *& glos. ad illum locum* interpretatur, qui equos ex aratro solvunt & abducunt, quo & *dicta Constitutio*

respi-

3 respicit *sub finem.* Qua de causa illos, qui aratrum tantùm furantur; *eadem Constitutio* arbitrariè, mulcta, carcere, aut relegatione puniendos statuit. Videtur ergò secundum hanc interpretationem Iuris Saxonici, ut ex consilio peritorum factam etiam extra provinciam ita pronunciandum esse, quemadmodum à Scabinis Lipsensibus ita aliquando *pronunciatum* † invenio.

4 Neque verò miretur quis, tàm acriter vindicari hoc furtum. Nam quis non videt, agriculturæ favore cumprimis hoc, ut & alia multa in Iure civili singularia constitutum esse: Sic in
5 Iure Civili pignoratio instrumentorum rusticorum prohibetur,
6 & ne rusticani ad ullum obsequium devocentur, sub gravi pœna interdicitur, *l. executores. C. quæ res pig. oblig. poss. 10. tit. C. ne rust. ad ull. obseq. devocen. lib. 11. Philip. Camer. in medit. lib. 1 cap. 5. histor. Menoch. de arbit. lib. 2. cas.* 378. *Peck. de arrest. c. 3. num.*
7 16. Ex *Legibus Georgicis Iustiniani tit. de furto*, furantes aratrum, vel vomerem, vel juga, in pholas duodecim puniuntur, pro numero dierum, ex quo furtum est factum, *ut testantur fragment.*
8 *post Harmenop. pag.* 645. Ex *Constitutione Imperatoris Friderici II.* violenter rapientes instrumenta agriculturæ quadruplo puniuntur, & infamiâ notantur, *Auth. agricultores, C quæ res pign. obl. possunt.* Et constitutionem integram retulit, *Francisc Hottom. lib. 2 comment. Feudal. pag.* 565 & in securitatem agricolarum extat etiam *Constitutio Imperij*, Anno 1432 promulgata, qua & ipsi & instituta illorum, etiam belli tempore à violatione vindicantur. Sic in statutis Mediolanensibus peculiaris pœna in pignoratores instrumentorum illorum constituta est. *Secundum Plot. de in lit jurand. §. 42. num. 10. & seq. Menoch d. c.* 378. Tanto igitur odio cum LL. posteriores agriculturæ turbatores prose-
9 quantur, non debet mirum videri, si Saxonicæ acriùs furtum illud vindicet.

10 Sed finge aliquem non abstulisse aratrum: sed corrupisse, fregisse & planè comminuisse, nihilque ex reliquiis abstulisse.

Nemo

Nemo opinor dicet furtum aut rapinam factam esse, quia nihil 11
ablatum, sed damnum saltem injuria datum est; inter quæ multum differt distatque, *secundum l. si servus 27. § si olivam 16. ad Leg. Aquil.* itaq; statutum loquens de furto, ad damnum datum 12
non pertinet, *Alex. Rom. in l. 2 de dam. infect. Plot. de in lit. juran. § 49. nu. 474* sicut nec aliàs statuta pœnalia, ultra verborum 13
propriam significationem, extenduntur, *secundum Hippol. in pract. in § expedita num. 75. in §. quoniam num. 22. 52. Boss. in pr. tit. de furt. num 23. tit. de damno dato num. 9. tit. de pœn. num. 13. & seq.*
Fateor, constitutionem Imperii Cameralem de Pignorationibus, extendi ad res corruptas, fractas, licet non ablatas, tradita à 14
Geil. de pig. cap. 9. & 18. cir. princ. & magis, per Petr. Frid. Minds. lib. 1. de extrah. process. c. 36. num. 7. 8. 9. 11. quia videlicet in rebus peremptis eadem est ratio turbationis publicæ pacis & tranquillitatis. Et paria sunt rem meam mihi auferri, vel inutilem redditam relinqui, ut notat *Mind. d nu 9 in fi.* Sed hoc ad præ 15
sentem casum trahendum non est, quia alia est Constitutionum 16
Imperii universalium, & particularium statutorum ratio. Itaq; 17
secundum jus commune respondendum de damno injuria dato *ex cap 3. L. 15. Aquilia* istum, qui aratrum nocendi animo fregerat, teneri: constat enim non animo furandi id factum, sed tantùm nocendi.

At quærebatur præterea, an non magistratui integrum esset, corruptorum hunc extra ordinem arbitrariè punire, sic ut 18
æstimationem damni læso, & magistratui mulctam etiam persolvere is cogatur. Et hoc justum visum est, & *pronunciatum* mense Febr. anno 93. † quia videlicet ex quolibet delicto, etiam †
privato, hodiè & criminaliter & civiliter agi potest, & nihilo 19
minus solet magistratus etiam in privatis ex officio per inquisitionem procedere, ut monui *q. 39. par. 1. cir. princ. num. 5. & num.* 20
66. factæque sunt denique omnes pœnæ arbitrariæ, quod disertè etiam LL. nostris & Interpp. earum probatur, *l. ult. de priv. delict. l. interdum 56. §. 1. l. ult. de furt. l. ult. de injur. l. hodiè de* 21

pœnis, Boß. in pract. tit. quomod. procedat. per actio in delict. num. 1. 2. tit. de accusat. num. 12. tit. de fur. num. 58.

Erat etiam hoc loco, qui instrumenta sua ad corrumpen-
22 dum & frangendum aratrum accommodarat & persuaserat aliis, ut corrumperent, & hic eâdem pœna, qua & principales, puniendus videtur, *Secundum Clar. in §. fin. q. 88. 89. Menoch. lib 2. cap. 352. Landrecht. d. lib. 2. art. 13. vers.* Wer Viehe behauset, etc. Sed hoc ita, si convincatur legitimè: Nam mandatarios illos, si alia adminicula non concurrunt, in testes hic non
Iudici approbatam, aliquid valere debere: quomodo expressè disponitur *Constit. Electorali 42. par. 4.* & meminit *gloss.* Ania. *in Cod. Theod. ad d. l. 1. de famos. libel.* quæ hoc casu nihilominus pœnam fustigationis vult imponi: cum utique, etsi vera sint, quæ narrantur, non tamen ita propalanda fuerint, & ita *Freher. d. lib. 3. c. 9. num. 26.* etsi capitalem dicat pœnam in auctores fa- 44
mosorum libellorum statutam, tamen id limitat hactenus, si quis secundum *d. l. un.* nomen suum inscribere, palàm arguere, & totum accusationis ordinem legitimè implere velit, quasi hoc casu cesset capitalis pœna, & succedat mitior animadversio: quomodo & in his terris hoc casu pœna relegationis aut etiam fustigationis † *pronunciari* solet. †

Denique ut capitalis famosi libelli pœna habeat locum, necesse est, tale delictum alicubi imputatum esse, 45

quod

mentum, *secundum Plin. in Panegyrico, Tacitum lib. 3. annal. ubi Scot. col. 233.* Posteriores Principes ab hoc recesserunt, quemadmodum ex Trajani & Alexandri historia constat, *Plin. d. lo l. 1. C. ad L. Iul. maiest.* & rectè *ICtus in l. famosi D. eod.* scribit, hoc crimen à Iudicibus non in occasionem, ob principalis majestatis venerationem habendum esse, sed in veritate, & explicat *Cont. ibid. Hippol. Marsil. cons. 1. in fin. Elber Leoni. cons. 50. in princ. Apolog. Gall. cap. 3. in princip. Alciat in l 200. num. 5 de verb. signif. Freher. parerg lib. 2. c. 9 Ignatius Lopez in pract. Can. c. 66. nu. 7. ad verb protulerit. Iohan. Saruberiens. in polycrat. lib. 6. c. 25.* Et probatur eadem sententia *ex loco Taciti*, ubi ille apertè innuit, hanc speciem ad L. Iuliam non pertinuisse. Quin imò *ex tit. si quis Imp. maledixerit*, patet, quàm clementer Impp. cum hujusmodi hominibus maledicis agere voluerint: aliud longè facturi, si procacibus dictis majestatem suam tàm valdè lædi credidissent. Quapropter & verba, licet acerba, in Principem prolata, dicendum est, ad hoc crimen non pertinere. *Hieron. Gig. de crim. laes. maj. q. 40. Contius in d. l. famosi D. d. tit. Menoch. de arbitra. lib. 2. c. 377. Placa. de delictis c. 4. Contard. ad l. diffamari, & in princ. num. 29. & seq. C. de ingen. manum. Roland à Valle cons. 1 1. lib. 3. Bertazzol. cons. 28. & ibi Claud. Betti in addit. lib. 1.* Argumento sit porrò, quod inter casus 46. à *Lancelloto Conrado in pract. crim. tit. de laesa majest. reis*, & alias quæstiones ab *Hier. Gigan.* positas, hic casus non refertur. Denique, quod omnem dubitationem tollit, inter Decreta comitiorum Imperialium 52
sæpè hujusmodi Pasquillorum & famosorum libellorum, in vulgares & illustres personas sparsorum fit mentio: neque tamen peculiaris pœna ideò constituitur. Imò *in Decret. Erphurdiæ anno 1567. factis, in §. Demnach auch/ etc.* traditur: etiam in contumeliam Electorum, & ipsius Imperatoris editis libellis, recurrendum ad superiorum annorum constitutiones, & præcipuè comitiorum anni 48, ubi tamen nihil de crimine læsæ majestatis, sed libellorum famosorum agitur: Quapropter & hactenus nos civillioris animi fidem retinentes, istis nos terminis con-

4 *Pelagium à Conrado Kauffungo commissum*
5 *Duces belli necessariò non tenentur captivos sua redimere pecunia, & num. 7. ubi etiam,* Weichbild. *art. 1. declaratur.*
6 *Captivi apud Romanos sæpissimè non permutati, nedum redempti.*
8 *Diffidationis crimen gravissimè prohibitum, eiq; pœna capitalis & gladij, Iure Civili & Constitutionibus Imperij, atq; Electoralibus co stituta legitur.*
9 *Diffidatorum, & quid agant, delineatio: & exempla remissivè.*
10 *Receptatores, complices, & literarum diffidatoriarum & hostilium scriptores, eâdem pœna plectuntur & num. 14. 45. num. 55. cum exemplo ibidem addicto.*
11 *Delicto duplici, plures pœnæ imponi possunt, modò una alteram non tollat, aliàs fœdior eligenda.*
12 *Homicidij qualificati pœna exasperari solet.*
15 *Romani in investigandis delictis, etiam Reos indices, impunitate donabant.*
17 *Præmium pro iudicio accipere olim turpè non erat, etiam pro sanguine functis, nu. 21.*
18 *Præmia indicibus apud Romanos in gravioribus, & occultis delictis, sæpè proponebantur, ubi & exempla, & nu. 23. imo etiam impunitas dabatur nu. 20.*
19 *Indices, delatores unde dicti, & iudicium delatoris: præmia [illegible].*
25 *Leges immunitatem deferunt indicibus in crimine læsæ maiestatis: Falsæ monetæ, num. 26. In caussa fisci. num 27. In proditione latronum. nu. 28. In iudicis corruptione. num. 29. In conspirationibus eorum, qui carceres effringunt, nu. 30. In delicto de ambitu. num. 3 . In transfugis, nu. 34.*
33 *Confitentes sponte, & seipsos pœnæ subijcientes, mitigationem merentur, & nu. 45. ubi ita iudicatum dicitur. & num. 52.*
34 *Sic qui socios detegunt, & num. 53.*
35 *Impunitatem absolutam concedere, non est Iudicis, sed Principis.*
36 *Leges dare, & easdem solvere, ad iura pertinet maiestatis.*
38 *Fides hosti data servanda.*
39 *Multa facta jure tenent, quæ ab initio non valent.*
43 *Pœnitentia non extinguit delictum.*
44 *Confessio spontanea in vinculis facta, non imminuit pœnam.*
46 *Pœna gladij, honestior gentis mortis, vel reliquis generibus.*
47 *Condemnato, aut in vinculis coniecto, eam ob caussam, quod revelare velit ad salutem Principis aut reipubl. spectantia pœna non minuenda aut differenda, & nu. 50. sicut num. 49. exemplis declaratur.*
8 *Pœnæ eludendæ, & creandi alijs periculi caussâ, multa multi simulant.*

Accidit

1 ACcidit aliquando res silentio neutiquam transmittenda. Delati fuerunt apud Magistratum & in vincula conjecti duo rei, quod nobilis cujusdam filium blandis verbis pellectum abduxissent, & patri denunciassent, siquidem vivum recipere natum vellet, aliquot millia Ducatorum numeraret. Hoc factum & Plagium, & Diffidationem in se continebat. Plagii pœna ex divino jure mors est. *Deutero.24.v.7.* Ex lege Constantini hodiè est
2 gladii *l.ult.C.ad L.Fab de Plagiar.* & si olim alia fuerit pœna, *d.l.*
3 *ult.l.ult.D eod.Duar.lib.1.Disp.c.*20. quâ gladii pœnâ etiam in *Conradum Kauffungium*, olim Ducum Saxoniæ Ernesti & Alberti plagiarium, à *Friderico Placido* Electore animadversum fuisse le-
4 gimus; ut pluribus commemorat *Petrus Albinus Commentar. Misnic. par.1.c.21.*

Ubi (ut hoc obiter addam) notandum: non rectè *Conradum* illum precium redemptionis suæ à militiæ Duce *Friderico* postulasse, & hunc prætextum tanto facinori obtendisse: Nam præterquam quod *Petrus Albinus* ait, extraneum illum & stipendiarium militem fuisse, non vasallum: constat etiam, non habere
5 necesse militiæ duces, suos captivos redimere suâ pecuniâ. Cur enim, qui vitam pretio addicunt, captivitatis damna postulent sibi resarciri? Et quis demùm in hostem fortitudinis documentum aliquod insigne statuet, ubi & salvum se fore, & precio liberandum, sperabit? Rectè q; *Ennius*, referente *Cicerone*, non cau-
6 ponandum bellum, sed belligerandum, canebat. Ipsi Romani in hac quoque sententia fuerunt, ut non redimendos, imò ne quidem interdum permutandos captivos existimarent, quod nos docere nobilis *Attilij Reguli* historia potest, & tractat hunc locum pluribus. *P. Aerod.rer.judic.lib 10.tit,2.c.1.* ex quo judicari potest, quàm injusta fuerit *Kauffungij* postulatio; & quantum tribui
7 debeat ei, quod legitur Weichbild. art.1. *in fin.* jure Saxonum provinciali, ab Alexandri temporibus, invaluisse morem redimendorum captivorum: Nisi quis istud, omissâ de historiæ veritate inquisitione, arbitrii saltem & voluntatis, non necessitatis, fuisse dixerit: quod est probabilius.

Alterum

Alterum in superiori delictum erat Diffidationis, quod variis Constitutionibus Imperij hinc inde coercetur. Hos etiam latrones, grassatores viarum publicarum, appellare licet: & si mare infestum habeant, piratas. Ac ferè in hos gladio animadversum & capitalem pœnam statutam reperimus, *l. capitalium 28 §. grassatores 8. de pœnis.* Extant *Friderici II. apud Radevicum lib. 3., Caroli IV. & sequentium Impp. & hujus Saxonicæ provinciæ, Constitutiones permultæ,* quibus grassationes & diffidationes istæ prohibentur: & nominatim *decretis Comitiorum Augustanorum, anno 1548. celebratorum, & Criminalibus constitutionibus Carolinis c. 128. 129.* gladij pœna in hos, ut publicæ pacis violatores, statuta reperitur. Ac solent isti hostes non tantùm 9
minari his, quibus cum inimicitias gerunt: sed & comprehensos miris modis compellere, ut prægrandem pecuniæ summam se daturos, neque quicquam hujus proditaros, juratò promittant, vinculis ad hoc artificiosè comparatis, & in collum, aut alias corporis partes, conjectis: Cujus rei exempla commemorat *Bossius in pract. crim. tit. de pluribus violent. num. 77. 78.* Eadem 10
gladii pœna *d. Constit. Imperij, anno 1548.* ad receptatores, & complices, adhærentesque, & *Comitiis Ratisbonensibus. Anno 1594.* ad scriptores literarum diffidatoriarum, seu hostilium, extenditur, ut pari animadversionis genere hi quoque puniantur.

Quæ cum ita se habeant: quæri poterat, an non duplici concurrente delicto, exasperari pœna hîc debeat: & est quidem 11
hoc tralaticium: quando cumulativè uni delicto plures pœnæ imponuntur, ut omnes nihilominùs imponantur, si modò se invicem mutuò non tollant: alioqui turpiorem & fœdiorem pœnam eligendam, quemadmodum in *pronunciando* † suspendij †
pœnam gladio præferre, in concursu solemus. *Bart. & Salicet. in Auth. imò C. de oblig. & Act. & in l. placet. C. de SS. Eccles. gl. in c. relegantes 33. q. 5. Bald. Salicet. Dyn in l. qui sepulchra de sepulch viol. arg. l. si in duabus 103. de Reg. Iur.* Sic & in homi

12 cidio qualificato, in personis, quibus reverentia debetur, commisso, pœnam exasperari patet ex *d. Const. Carol. c. 137. & l. capi-*
13 *talium 28. §. signif 9. de pœn.* Veruntamen in proposito, istis duobus plagiarijs & diffidatoribus, sola gladij pœna dictata fuit, in quo non tantùm exemplum Kauffungij illis temporibus secutum *collegium* fuit, sed & quòd posteà, in simili facinore, à *Lipsensibus* Scabinis, non ultrà gladii pœnam, processum constabat.

14 His duobus tanti facinoris ducibus, operam suam addixerat auriga quidam, qui illos vexerat, & abductum puerum in ædibus suis occultaverat: neq; dubium, quin & socius criminis, eâdem pœna puniri debuerit. Verùm accidit, ut, antequàm duo isti plagiarii comprehenderentur, & facinus apud Magistratum deferretur, auriga hic conscientiâ sceleris, & metu supplicii excitatus, pœnitentiaque ductus, dum omnia adhuc integra sunt, & nihil minus plagiarij sperant, Civitatis, ubi domicilium habebat, consules accederet, & facinorosos, locumq; ubi puer detinebatur indicaret. De hoc igitur indicio, & reve-
15 latione complicum, quæstio movebatur, an ad excusationem, vel mitigationem pœnæ, quicquam momenti habere posset. Sanè ut delictorum auctores innotescerent, Romani veteres
16 studiosè laborarunt, non tantùm his qui participes delictorum non fuerant, præmiis illectis, sed & reis ipsis quandoque impunitate proposita. Sic pecuniam pro indicio, id est, pro indicando fure & fugitivo, accipere, olim haud turpe erat, *l. 4. §.*
17 *si tibi 3. cum l. seq. de condic. ob turp. cau. l. solent 15. de præscript. verb. Cuiac. lib. 11. obs. 18. Covarru. in cap. peccatum par. 2. §. 3. nu. 3. & seqq. de Reg. Iur. in 6. Cassiodo. lib. 2. varier. c. 35. ubi Fornerius* notat, idem Athenis usitatum fuisse, ex *Suida. Peren. var. lic 2. cap. 13.* ubi licitè quidem, minùs tamen honestè, pro indicio præmium capi, scribit.

In

In gravioribus Reipub. Romanæ motibus, & occultis 18
conspirationibus, hoc modo, propositis scilicet indicibus præmijs, multis malis obviam itum fuit, ut in Bacchanalibus, Catilinaria seditione, & alijs periculosis temporibus, exempla apud *Livium* extant passim, & meminerunt *Pomponius in l. 2. §. initium. de origine Iuris. Ant. Cont in l. quisquis §. ult. Cod. ad L. Iul. majestat. Aerod. rer. jud. lib. 1. tit. 2. c. 12.* Hinc 19
indices delatores, & indicium, ipse delationis actus vocabatur: & indicia præmia, quæ Græci μήνυτρα dicebant *Apuleius lib. 6. Asini.* indicinæ præmia appellabat *l. 97. de verb. sign. l. 3. §. nunciatores ad SC. Turpil. l. 1. D. ad L. Cornel. de sicar l. falsus §. 4. de furtis, d. l. 4. §. 3. de condict. ob turp. cau.* Meminit *Asconius in Cicer. Verrina 1. num. 71.* certa fuisse indicia, in 20
quibus indici etiam impunitas data, ut in causa proditionis, majestatis, & similibus, certas etiam fuisse personas, quæ indices fieri potuerint: atque ideò excipi repetundarum crimen, & personas Senatorias. At *Charondas Catanaeus*, cujus politica 21
dogmata *Aristoteles* recenset, inter alia statuit, ne indicare homines, etiam sanguine conjunctos, alicui probro esset: quoniam, ubi de Reipub. salute agitur, omnes omnium charitates, patria una complexa creditur, ut ait Cicero: quo & spectat *l. minimè de relig & sum. fun.*

Atque ut ista admittuntur, in his, qui non sunt delicti 22
participes: ita dubitari potest, an & in reis ipsis procedere debeant, & an his quoque, ob indicium impunitas indulgenda sit. Et hoc suadent non tantùm exempla historiæ Romanæ, sed & loci quidam juris nostri: Exempla commemorantur à *Contio d.* 23
loco, & insigne est illud, quod de Corocotta pirata memoratur, qui apud Augustum Imp. semetipsum exhibuit, & præmium, indicibus suâ gratiâ propositum, meruit, de quo *Dion lib. 56. Aerod. rer. jud. lib. 6. tit. 12. cap. 3. Bodin. de repub. lib. 5. cap. 6. pag. 900.*

Ita Theodoricus Rex, edicto publicè proposito, indicibus [illegible] iam sociis [illegible], etiam [illegible] præmium & impunitatem proposuit, *secundum Cassiodorum lib. 2. vario. c. 26* non, ut *ibidem* scribit, quod commissa placeant, sed quia delectet principes esse munificos in amore vindictæ. Rhamphinetus Ægypti Rex non impunitatem tantum reo, semetipsum prodenti, proposuit, sed & posteà filiam suam illi uxorem dedit, de quo *Aerod. lib. 9. tit. 5. c. 1.*

24 Secundum leges Civiles impunitatem in crimine maje-
25 statis merentur, qui rem scelestam, nondum cognitam, profe-
26 runt in lucem, *l. quisquis §. ult. C. ad Leg. Iul. majest.* Accusatoribus in falsæ monetæ crimine immunitas promittitur *l. 1. §.*
27 *accusatorib. C. de falsa mone.* Quibus in fraudem fisci aliquid relictum est, si se deferant, partem ex relictis capiunt, *l. edicto 13.*
28 *de jure fisc. l. uni. C. de his qui se deferunt lib. 10.* Latronum & desertorum proditores immunitate donantur. *l. unic. C. de deser-*
29 *torib. lib. 12. l. 1. §. cum qui latrones 18. de quæstionib.* Qui se judicem corrupisse fatetur, veniam consequitur, *Auth. novo jure. Cod. de pœna iud. qui malè judic.* Qui conspirationem
30 eorum, qui carcerem effingere cogitârant, detexerunt, à pœna relevantur, *l. in eos 13. D. de custod. & exhib. reor.* Damna-
31 tus de ambitu, si alium convicerit, in integrum restituitur, *l. un. D. ad L. Iul. de ambit.* Qui transfugit, & posteà mul
32 tos latrones apprehendit, & transfugas demonstravit, huic parci posse, Hadrianus Imp. rescripsit, *l. non omnes. 5. §. ultim de re milit.*

33 Ex quibus omnibus & similibus locis non malè quis inferret, in criminibus huic parcendum, qui non tãtum semetipsum obtulit, pœneque subjicit, *l. edicto 13. de Iur. fisci, l. 1. §. ult. de alien. jud. mut. caussâ fact.* & per alia *add. à Tiraq. caussa 30. num. 25. & nu. 9. Iacob. Novell. tr. ad defens. tit. respons. Reo. num. 10. 11. fol. 459. stat. artic. 14. lib. 2. Landr.* sed & qui socios criminis detexit,
34 non ut semper pœna illi ex toto remittatur, sed ut mitigetur.

Nam

Nam impunitatem absolutam proponere, non est judicis aut 35
inferioris magistratus: sed Principis, *latè Prosper Farinac. de Inquis. quæst. 6. num. 2. cum sequentibus.* ut & olim senatus Romani, de quo *Aerod d. lib. 1. tit. 2. cap. 12. lib. 6 tit. 4. c. 4. tit. 12. cap. 3.* quomodo & interpretes nostri sentiunt: cum leges dare, & easdem 36
solvere, ad jura pertineat maiestatis *l. 1. §. 1. & l. nã ut Papinianus ad SC Turpil. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 69. & lib. 2. c. 367. Gomez. de probat. delic. num. 6. Covar. lib. 1. resol c. 12. num. 16. Cagnol. in l. ea est natura 66. num. 17. & seq. de Reg. Iur. Boss. in tit. de confess. num. 9. & seqq.* Ex quibus constat, si rectè promissio immunitatis facta sit, 37
eam omnimodò servandam esse: Nam si dare talem licet fidem, & servare utique convenit, quemadmodum de fide hosti data servanda scribit. *Bodin. de repub. lib. 5. c. 6. pag. 893.* & sera nimis est 38
quæstio utrum servare fidem necesse sit, ubi dare eam nemo dubitavit: cum multa in jure etiam nostro facta teneant, quæ ab 39
initio non valebant. Ita & David Rex impunitatem Semei pro- 40
missam ad tempus servavit, *2. Reg. 2. vers. 8. 9.* & malè *Alexander III. Pontifex* promissionem Episcopo Simoniaco factam, violavit, *Menoch d. lo num. 8.* Affinis superioribus casibus est species *Baldi in l. 2. §. post de Orig. Iur.* de eo, qui voluit subripere arcam, 41
credens eam pecuniâ plenam, & in eadem fuit inventa litera tractatus contra Principem: quod veniam mereatur, si hoc principi revelaverit, *Par. de Puteo de Syndic. verbo pœna cap. 2. num. 1. Ludov. Carrer in Pract. Crim. in tract. homicidij §. circa itaque secundum num. 12.*

Atque hæc de revelationibus & indicationibus delictorum 42
intelligenda sunt, antequam reus in carcerem compingatur: nam si ob spontaneam confessionem ejus, qui in carcerib. est, pœna minuenda foret, multa delicta impunita manerent: & sibi blandiuntur, qui ex spontanea confessione, in vinculis clementiorem se habituros Iudicem opinantur: licet nonnulli interpretes ex hoc pœnam mitigandam censent, quos alij rectè 43
improbant: cum ne quidem pœnitentia extinguat crimen perpetratum *l. qui eâ mente, ubi Bart. D. de Furt. Tir. q. de pœnis d.*

cau. 10. num. 10. adeoque Iudices parùm curant huiusmodi spon
44 taneas confessiones, ut proptereà nihil de pœna remittant. *Iul. Clar. in prac. crim. §. fin. q. 60 col. non desunt. Bertazzol. cons. 356. num. 4. & seq. lib. 2.* quemadmodum nec offerenti se ad pœnam, semper ea remittitur: nisi sponte quis carcerem ingredi-
45 atur, ante inquisitionem, capturam & cognitionem magistratus: quod gravissimis conscientiæ testis vulneratì quandoque faciunt: quibus ideò, etsi non plenam immunitatem quidam
† largiuntur: tamen aliquid ex pœnæ gravitate, *per 5. add. & alia,* remittendum, harum regionum Scabini olim † *judicârunt*, ut videlicet remisso rotæ supplicio aut furcæ, gladio isti feriantur, quod esse honestius mortis genus, cæteris comparatum
46 supplicijs, existimatur. *Cuiac. lib. 16. cap. 1. Tiraq. de Nobil. cap. 37. nu. 143. Cagnol. in l. imperium nu. 229. cum seq. de jurisd.*

Quod si quis, dum aliam ob caussam in vinculis tenetur, aut condemnatus est, polliceatur, se aliquid ad salutem principis pertinens revelaturum, non est ideò semper executio diffe-
47 renda, multò minus pœnæ gratia facienda: cum multi eluden-
48 dæ pœnæ, aut creandi alijs periculi causâ, id fecerint, *teste Ulp. in l. si quis fortè 6. in pr. D de Pœnis arg. l. omnes delictum §. fin. D. de re milit.* ubi dicitur, non esse parcendum delinquenti, quod
49 promittit, se transfugas demonstraturum, *Pariis. de Puteo d. c. 2.* ubi exemplum est de eo, qui Papæ expetens colloquium, eidem coràm multa probra ingessit, *Felin. in c. si quando de rescri. Ludovic. Carrer. d. d. §. circa nu. 12.* Ac de Cifronij cuiusdam supplicio & Carolo Duce Burgundiæ scribit *Cominaus lib. 7.* Ita *auctor fabula Reineckiana,* vulpem, commento thesauri, in arce malè parta reconditi, suspendij imminens periculum evasisse,
50 memorat. Quapropter non est hisce extremis allegationibus tantum tribuendum, ut proptereà vigor justiciæ relaxetur, quod & prudenter cavetur *in l. ult. C. de accusat. vers. nemo tamen sibi blandiatur, &c.*

Atque hæc de indicibus, indicijs & revelationibus per occasionem oblatam, eò prolixiùs tractare volui, ut uno loco multa intueri liceat, & de rebus & caussis similibus, deinceps faciliùs judicari possit: Ex quibus etiam tandem 51
in superiori caussa, ad hanc discessum est sententiam, ut *pronunciaretur* † in prædicto casu, Aurigæ isti suorum socio- †
rum indici, & denunciatori voluntario, pœnam gladij remittendam, & solâ fustigatione, junctâ relegatione perpetuâ, in ipsum animadvertendum esse. Ita *Wesemb. in parat. D. de Pœn. in fi.* spontaneam confessionem, & sui indicationem, pœ- 52
nam minuere ait: & pulchrè *Alberi. de statutis par. ul. q. 60.* si quis post receptationē banniti pœnitens, eum prodiderit præ- 53
sentaveritque potestati, mitigandam huic pœnam censet, de quo & *Tiraq. de pœnis cau. 60.* ubi generaliter tractat delinquentem, si statim pœniteat, omniaque in pristinum statum reponat, mitiùs puniendum esse.

Superioribus delinquentibus subjunjamus & alium. Is 54
quidem plagio non interfuerat; sed cum plagii, & diffidationis auctoribus, posteà tacitè de extorquenda pecunia consilia agitaverat, partemque pecuniæ quandam sibi, ex precio redemtionis, stipulatus fuerat: receperat etiam in se, ut cum abducti pueri patris mandatarijs, de pecuniæ solutionis modo tractaret: quæ omnia cum spontè fateri nollet, & miris modis vacillaret, quæstioni subjectus planissimè edisseruit. *Inventa in ædibus ipsius sunt literæ, quibus consilia cum plagiariis communicaverat, quemadmodum & hujus rei gratiâ domo abiens ad illos profectus fuerat.* Iam verò ut non dicamus, quæ in jure nostro, de con- 55
sciis & complicibus tractantur: in proposito certè quod attinet diffidationis crimine, cautum est *decretis comitiorum Augustanorum anno 55. in §.* Solches alles abzustellen/etc. non tantùm diffidatores, sed & horum receptores & complices, æquè gladio feriendos, & in *ordinat. provincialib. fo. 66* traditur, constitutione

 Ducis

Ducis Sax. Georgij auxiliatoribus, & consultatoribus, diffindantium eundem pœnã dictandam esse. Imò *novissimis decretis Comitiorum Ratisbonensium* cavetur, etiam illum, qui tantùm literas diffidatorias scripsit perinde, ut diffidatorem ipsum, puniendum secundum quæ, ubi *sententia prolata*, ea executioni fuit demandata: adeò ut tres ex ijs gladio, puniti, quartus ob indicium factum, remissâ insuper fustigatione, relegatus fuerit.

QUÆSTIO XXXIII.

Parricidia, utrum heres parentis sui, seu capax paternæ hereditatis esse poßit: Et cui portio illa, coheredibus, iam verò Fisco, sit deferenda.

SUMMARIA.

1 *Parricidio nullum delictum atrocius. Quod perpetrari non posse, multi arbitrati fuerunt. num. 2.*

3 *Parricida parentis heres esse non potest. & num. 4. & nu. 7. Sed vide num. 6. & num. 8. & num. 10. & nu. 18. Et bona ab ipso ablata, coheredibus deferenda videntur nu. 5. & nu. 7. maximè, si occidenti sint in pari gradu, & ita extantibus fratribus num. 21. Sed quod veriùs Fisco. num. 6 & num. 8. cum seqq. & num. 18. eiusq. rationes num. 16. cum seq. etiam fratribus, extantibus num. 23. quod ampliatur nu. 24. & qui ita teneant remißivè num. 26.*

9 *Discrimen est inter incapaces succeßionis. & inter indignos.*

11 *Occidens aliquem, cui erat successurus, succedit eidem sed sine effectu.*

12 *Delicta non absorbent Iura sanguinis & succeßionis.*

13 *Commodum ex suo flagitio nemo reportare debet.*

14 *Parricidis elementorum usus denegandus.*

16 *Bona ablata ab indigno, fisco applicanda.*

17 *Indignitatis quæstio competit soli fisco.*

17 *Bona ab occidente ablata. Fisco deferuntur.*

23 *Fratris factum, an fratri nocere possit, ubi de intell. l. 2. § 1. si quis aliquem test. & num. 22.*

24 *Occidentis filij, ad successionem occisi, in praeiudicium fisci, non debent admitti.*

25 *Quaesita scelere, heredi non relinquenda.*

27 *Hereditas non adita, transmitti non potest: sed limitatur in suis heredibus num. 30.*

28 *Privatio praesupponit habitum.*

29 *Fiscus ut succedat, adita ut sit hereditas, requiritur, quod declaratur, num. 33.*

31 *Sui heredes non adeunt hereditatem, sed retinent: & continuant dominium.*

32 *Hereditas & legitima non adita, potentiâ suitatis transmittitur.*

34 *L. Parricidij, de parricid. declaratur.*

35 *Accusato, accusatione pendente, non adimitur bonorum administratio.*

36 *L. si quis ab hostibus 1?. §. 1. sol. matr. declaratur, & nu. 38. cum quo convenit Ius Saxon, nu 40.*

37 *Marito uxorem occidenti, lucrum dotis aufertur, & heredibus uxoris conceditur, & ratio nu. 39. & nu. 42.*

41 *Constit. Electora: 16. par 2.*

43 *L. un. C. de parricid. & Constit. 3. par. 4. an tollat confiscationem.*

44 *Inclusio unius, non excludit quae ex alio delicti capite veniunt.*

45 *Bona alicui, etiam praeter poenam corporis afflictivam, auferri possunt.*

46 *Auth. Bona C. de bon. damnat. allegatur: eius utilitas num. 49. illaq. declaratur & restringitur nu. 50.*

47 *Confiscatio, secundum Clarum, per totum mundum abrogata, quod negatur nu. 53. & contrarij auctores referuntur num. 55.*

48 *Constitutiones Imperij criminales art. 135. & 218. & Adde nu 51.*

52 *Casus, in quibus confiscatio obtineat, remissivè allegantur.*

54 *Assertioni unius, aut alterius Doctoris, de generali consuetudine, contra ius scriptũ inducta, non est statim credendum:*

56 *Poena l. un. C. de parricid. an sit in totum abrogatum.*

INter alia delicta atrocia, quibus genus humanum affligitur, nonnunquam nullum parricidio videtur asperius, magisque truculentum: Quid enim horribilius, quàm si filius parenti, cui honorem, pietatem & obedientiam debet, contra divinam prohibitionem, *Deut. 5. vers. 16. Exod. 21. ver. 15. Levit. 20. ver. 9.*

Proverb. 10. *verſ.* 20. *Matth.* 15. *verſ.* 4. maledicat, atque ita maledicendo manus violentas inferat? Quid abominandum potiùs, & naturæ contrarium, atque ubi eum, à quo vitam habet,
2 vita privet, cujusque fata properet? Ut non immeritò Solon, *teste Cicerone*, & Persæ, *referente Herodoto*, aliique arbitrati fuerint, tàm impium ſcelus in cor hominis cadere non poſſe: quòd & apud Romanos Sexcentis annis fuit inauditum. Et utinam nunquam exauditum eſſet, & non exaudiretur ampliùs: Perpetrari ſubinde & ſæpiùs, non ſine ſtupore cognoſcere cogimur inviti.

Hinc, ubi non ita dudum, Anno 94. filius parentem ſuum,
3 leviſſimam ob cauſſam, quod ipſum à ludo dehortatus fuiſſet, gladio transfixum interemerat, ventilatum fuit: an nihilominùs parenti ſuccedere poſſet: Et ſi non poſſet, cui portio illa paterna, coheredibúſne, an verò fiſco eſſet deferenda? In quo du-
4 bio, licet alibi reſponſum fuerit, Parricidam illum interfecti parentis heredem fieri non potuiſſe, & idcircò quotam illius, poti-
5 ori jure ad coheredes, & reliquos patris liberos, quàm ad fiſcũ, devolutam eſſe: Placuit tamen collegis meis, in aliam, & qui-
† dem in eam *deſcendere* † ſententiam, quâ ſtatueretur, illum qui-
6 dem heredem permanſiſſe, ſed hereditatem ab ipſo, tanquam ab indigno, auferendam & Fiſco tradendam eſſe.

7 Etſi verò illa opinio quandam veri ſpeciem præ ſe ferat, & multis abſurdum videri poſſit, aliquem heredem eſſe, aut dici debere illius, quem occidit, ac durum, quod coheredes à
8 fiſco excludantur: Hanc tamen juri & rationi magis conformem, ex ſubjectis haud dubiè conſtabit, modò prius diſtinguatur, inter inhabiles omninò, & incapaces ſucceſſionis, adeoque
9 qui neque re, neque ſpe, nec Iure, nec effectu, ſuccedere, valeant: & eos, qui de facto ſaltem ſe ſucceſſione indignos faciunt, ita ut capere quidem hereditatem dicantur, ſed ſine effectu capiant: Inter quos multùm intereſſe, patet ex traditis à *M. Ant. Peregr. de Iure Fiſci lib. 3. tit. 1. num. 1. cum ſeqq.* Ad quam poſte-
10 riorem claſſem nos parricidam remittendum exiſtimavimus,

moti

moti, quod tralatitium apud nostros sit: ut occidens aliquem, 11
ipso Iure non excludatur à successione ejus, quando aliàs successurus erat, sive ex testamēto, sive ab intestato: sed succedat, non tamen efficaciter. Fit ergo heres, & actiones hæreditarias exercet, sed quatenùs avocata ab ipso fuerit hereditas, cum effectu enim eandem, quā lex eum indignum declarat, retinere non potest, sed alij statim relinquere tenetur, per *l. Lucius 9. de Iure fisci. l sororem 10. C. de hiis quib. ut indig. l. cum ratio 7. §. præterea 4. de bon damn. l. si non militabat 78. §. fin. de hered. instit. l. si is 11 de vulg. & pupill. subst. l. his consequenter 18. §. 1. fam. ercisc. ubi Bl. Salic. Alex. Dd. in l. 4. C. de hiis quib. ut indign. ubi Bl. nu. 10. Ias. num. 10. Idem Bl. in l. ex facto 43. §. Iulianus de Vulg. subst. & in l. eam quam 14. nu. 10 C. de fideicom. Cagnol. in l. fin. C. de pactis num. 124 Dec. in l. 1. num. 13 C. de secund. nupt. Petr. Ant. Anguisola Cons. 76. lib. 6. num. 5. Boër. decis. 25. num. 1. & 5. Peregr. lib. 2. de Iure fisci tit. 2. nu. 6. 7. & tit. 3. num. 1. Boss. de hiis quib. ut indig. num. 16. 17. Clar. §. homicidium num. 22. ubi ex Butrio de communi attestatur, Gomez. to. 3. c. 3. num. 51. in vers. Item etiam, & ei ubi etiam communem vocat.*

Utriusque membri ratio non potest esse in obscuro, quandoquidem rectè docet *Bl. d. l. 14. num. 10. C. de fideicom.* quod jura 12
sanguinis, & per consequens successionis, per se non absorbeantur per delicta sicuti nec jus agnationis, per pacta, *l. ius agnationis de pact. Dyn: in c. indultum de Reg. in 6 num. 19.* Deinde quod 13
pudendum sit, & exemplo perniciosum, ut quis ex suo flagitio commodum & lucrum reportet, & sic hæreditatem habeat, quam scelere adquisivit, contra *l. si ab [illegible] 10. §. 1. sol. matrim. l. in hæredem 5. de calumn l cum falsi [illegible] Leg Corn. de fals. l. releganlur in fin. de interd. Cuiac. in tit. Cod. de his quib. ut indig. Hippol. de Marsil Cons. 93. num. 3.* ubi *num. 9. post. Br in d. l. 9 de iure fisci*, extendit, ut talis neque heredis occisi successione gaudere debeat.

Quod

Quod cumprimis obtinere debet in parricidio, ob facinoris im-
14 manitatem, in quo delinquenti etiam Elementorum usus dene- gandus est, per *l. un. C de his qui par occid.* Et superiora *Ius Saxon.* probat *lib. 3* Landrecht. *art. 84.* ubi dicitur: Tödtet ein Man seinen Vater / des Eigen oder Lehen er wartend ist / Alle seine Anwartung und ... hung hat er verlohren etc.

15 Quæ cum ita sint, ex consequenti colligitur facilè, here- ditatem illam paternam, non coheredibus, sed fisco rectiùs ad-
16 judicari; Idque etiam ex communi Theorica, quæ habet, quod ab indigno ablata, fisco sint applicanda, *l. 1. ad l. Lucius 9. de iure fisci d. l. in heredem 5 de Calumn. l. Papinianus 8. §. meminisse de inof- fic. testamento ubi Br. Castrens. & communiter Dd. Petr. Greg. lib. 42.*
17 *Syntag. cap. 14. num. 1.* Hûc spectat, quod indignitatis quæstio- nem, tàm per modum actionis, quàm exceptionis, nemo, præter- quam fiscus, movere & opponere queat, ut est *gl. singul. à Iuris in- terpp. communiter approbata in d. l. his consequenter* 18 *§ 1. famil. er- cisc.* & tenet *Ias. in d. l. sororē* 10. *C. de his quib. ut indig. & in d l. ex facto* 43. *§. Iulianus de vulg. subst. Boer. d. decis. 25. in fi. Cagn d. l. fin. num. 123. C de pact. Peregr. d. tit. 2. num. 8. Fern. Vasq lib. 2. de success.*
18 *resolut. §. 20 num. 17.* Quod facit ad notabilem doctrinam, & effe- ctum, quem tradit *Ias. in d. l. ex facto 43. num. 2. inquiens,* si Fiscus nollet adire hereditatem & à delinquente auferre, ille ipso Iure
19 manet heres, Denique Dd. uno veluti ore, bona ab occidente ablata, Fisco duntaxat deferunt, *in l. 1. C de his quib. ut indig. Br. in d l. ratio 7. §. 4. de bon. damn. & in d. l. Lucius. l. Imp. 34. num. 6. 8. de Iure Fisci Bl. Novell. in tr. de dote 31. specia Bl. Ias. Bossius. August. Cagnol. Boer. Peregrin. Gomez in locis supra add. ubi & plures alle- gant.*

20 Certum quidem est, quod *Bart. in d. l. 7. §. 4. de bon. damn. ex l. 2. §. 1.* in quo dicitur, fratris factum fratri non nocere, *si quis*
21 *aliq. test. prohib.* statuat, Fiscum pares cum occidente in gradu non excludere, & proinde si adfuerint fratres & consanguinei inculpabiles, eos in locum fratris, excluso Fisco, admittendos esse: Quod etiam tradit *in l. fin. num. 10. si quis aliq. test. prohib. &*

in l.

in fin. num. 11. *vers. & legatum videtur, &c. de his quib. ut indig.* secundum quam sententiam pronunciatum asserit *Boër. d. decis.* 25. *nu.* 14. & noviss. complectitur illam *Pancirolus cons.* 163. *num.* 8. 9. nec ab ea recedere videtur *Decian. tract. crimin. lib* 9. *c* 26. *nu* 27. Sed illud incertum, quod *hæc Br. opinio ex illo* §. 1. corroboretur. Imò hoc magis *ex eo.* §. 1. probatur, quod frater suo delicto & facto, fratri neque nocere, neque Ius illius deterius 22
reddere posit. Quare & ad ratam delinquentis applicari 23
sive extendi haud debet, ut benè declarat *Rom. sing.* 461. Unde neque fisco, quominùs, extantibus etiam consanguineis & fratribus præferatur, obesse potest, uti per alleg. Iura decidunt *Dd. in d. l.* 4. *C de his quib. ut indig.* & aliàs *contra Br.* militat communis Dd. Schola, attestante *Boss. d. tit. de ÿs quib. ut indig. num.* 16. ubi ita judicatum asserit, & *Peregrin. d. c.* 3. *nu.* 2. hanc veriorem, *Vasq. d. lib.* 2. §. 20. *num* 14. veriorem & receptiorem, *Gomez d. c.* 3. *num.* 51. *cir. fin.* communem, veriorem & tenendam 24
vocat. Quam sententiam in tantum multi exaudiunt, & locum habere satagunt, ut nec subsequentes occidentem in gradu, atque ita filij ejus, ad successionem occisi, in præjudicium fisci, 25
sint admittendi, *per d. l. ratio* §. 4. *de bon. dam. Hippol. d. cons.* 93. *num.* 10. *Peregrin. d. tit.* 3. *num.* 3. quando scelere quæsitum, nec heredi sit relinquendum, *l. si quis* 4. *l. cum falsi* 12. *ff. de fals. d. l.* 5. *de calum l. pen. de sepulch. viol.* Denique quod hereditas à par- 26
ricidà ablata, à Fisco, & rectè, vindicetur: tenent, post alios, *Ludov. Carrer. in sua pract. de homicid. vers. Nonò quare de occidente num.* 37. *fol.* 121. *Placa de delict. cap.* 22. *nu.* 9. *in fin. Vasq. d. lib.* 2. §. 20. *nu.* 12. Quibus assentire videtur *Rauchd. in processu par.* 2. *art.* 7. *tit. parricidiam fol.* 165. ubi, post expositionem pœnæ, parricidio Ils præfinitæ, seu consuetudine introductæ, adijcit hæc verba; Und seine Haab gemeinem Nutz zugetheilet würde.

§ Planum ergò ex hisce, & expeditum existimo, nullum hic patrocinium exhiberi parricidio, neque quicquam consanguineos ex Iure habere, quod conquerantur Fisci caussam, quam suam, potiorem esse. Quod haud dubiè magis futurum erit pla

num.

num, si paucis visum fuerit de ijs, quæ huic assertioni videbuntur refragari: in quibus tamen referendis, aut refellendis, non
27 adeò multùm elaborandum. Dubium ergò reddere aliquem posset, quomodo parricida ille potuerit paternam illam hereditatem, quam nondum adiit, sibique quæsivit, ad fiscum devolvere, quando non entis nullæ sint qualitates, & privatio præsup-
28 ponat habitum, & aliàs nisi aditâ hereditate, transmissioni locus non sit, *l. si ex pluribus, de suis & legit. l quomodo C. de Iure delib. l. un. §. in novissimis C. de cadnc. tollend. Gomez. latè tom. 1. cap. 9.*
29 *num. 1. cum seq.* Et in specie, ut fiscus audiatur, aditam hereditatem esse oportere, traditur *in l fin. ff. d. his quæ ut indign Cephal. cons. 321. num. 2. vol 3.* Verùm quivis animadvertit, hìc minùs nos sollicitos esse debere de adquisita jam, aut acquirenda here-
30 ditate, cùm vigore suitatis, ipso jure, tàm ex testamento, quàm ab intestato, filij heredes existant, ij enim non adeunt, sed reti-
31 nent hereditatem, & Iuris interpretatione ejus dominium continuant, *l. in suis 11. de lib. & posth. ubi Dd. Valent. Forster. lib. 2. success. cap. 4. num. 11. 18. 21. cum seq. Alex. cons. 126. lib. 7. Bursat.*
32 *cons. 374. num. 2. lib. 4.* Ideoque potentiâ suitatis tàm hereditas, quàm legitima, nunquam possessa, præparata & agnita in suos transmittitur. *Gomez. d. c. 9. num. 7. Claud de Battand. tr. legit. c. 14. num. 15.* Quinimò licet ageretur hìc de successione alicujus extranei, tamen ista, quæ de nondum delata hereditate, vel lu-
33 cro fisco non applicando, dicuntur, saltem obtinent, quando indignus, antequàm capere posset, mortuus fuisset, ut est casus *d. l. fin. in fin. de his quib. ut indig.* Quod si supervixerit, sive agnoverit, sive non, Fisco locus erit, etiam tùm, si forsitan spontè & expressè repudiaris hereditatem, & adire noluerit, *l. 2. de his quibus ut indign Vasq d. lib. 2. §. 2 num. 12. & 37. Alex. num. 3. d l 4 C. d. 1.* Et communis est opinio, *Ripa in l. 1. num. 155. de Vulg. substit.* Et verior. *Peregrin. d. tit. 2. num. 27.*

34 Ejusdem farinæ est, quod dicitur *in l. parricidij 8. ad L. Pompon.*

pon. de parricid., videlicet, parricidam & testamento sibi heredes scribere posse, &, si intestatus decedat, eos heredes habere, qui 35
lege vocantur, quod dici aut esse non possit, si fisco prærogativa concederetur: Quia satis apparet, non æquè de eo casu, atque nos, sed de alio loqui, & quidem de postulato saltem parricidii, eoque suspecto. Hinc in genere traditur à Dd., accusato de eo flagitio, vel inquisito, pendente eâ accusatione aut inquisitione istâ, regulariter non adimi bonorum suorum administrationem, *l. aufertur 48. §. in reatu de Iure fisci l. post contractum de donat. Robert. Lancell. de attent. par. 2. cap. 5. num. 1. cum seqq.* Quod probat *Decia. d. lib 9 cap. 26. num* 33. addens, quod postulato, si in reatu decesserit, si mortem sibi consciverit, Fiscus succedat.

Majoris ponderis videtur esse *L. si ab hostibus 10. §. 1. solut. matrim.* in qua lucrum dotis, quod marito uxorem occidenti, 36
aufertur, non Fisco, sed legitimis uxoris heredibus, applicatur. 37
Verùm rem altius consideranti haud difficulter apparet, nec inde quid firmi adduci posse, cum & *ibid.* longè diversus à nostro 38
casus proponatur: quippe in quo non agitur de successionibus hereditariis, à lege purè & simpliciter delatis, sed de lucris nu- 39
ptialibus, quæ, ex conventione præcedente, facta sub conditione, vel expressa, vel tacita, debentur: puta *si matrimonium unius ex coniugium delicto solutum non fuerit.* Quocircà non inconveniens est, ut talia lucra legitimis concedantur heredibus, *Peregr. d. tit. 3. num. 7. 8.* Quod & Iure Saxon. receptum, ut appa- 40
ret *ex sententiis post* Weichbild. *sub tit.* Vff den Echenherrn fallen bisweilen/ etc. *fol.* 116. Et *Constit. Elect. 16. par. 2.* in qua extendi- 41
tur hoc ipsum ad coniuges, qui se malitiosè invicem deserunt, & eo modo alterius successione indignos se reddunt, idque etiam ob conditionem, quæ tacitè inesse intelligitur, *si videlicet* 42
coniunx suum officium faciat, quod tunc demùm promissa & illata lucrari debeat,

43 § Præterea nihil negocii nobis facit, quod *in l. pen. ad L.
*Pompej. de parric. in l. un. C. de his qui parent. in constitutione Crimin
Imp. art. 131. in constit. Elect. 3 par. 4. in gl. lib. 2. Landr. *cap. 14.* præter
pœnam *ibid.* constitutam, nihil de bonorum privatione insuper
44 tractetur: Quandoquidem inclusio non potest aut debet ex-
cludere id, quod in consequentiam ex alio culpæ atq; delicti ca-
pite venit: & infrequens non est, ut præter pœnam, corpori illa-
45 tam, bona alicui auferantur, *Constitut. Crim. Imper. art. 218. cir. fin.
Constit. Provinc. sub tit. Von Unkosten der Peinlichen Rechtfertigung.
cir. fin. ubi dicitur: Wo auch die vorhandlung dermassen geschehen/ das
dem Thäter seine Güter *confisciret* worden/ etc.

46 Denique movere neminem debet, quod *in Auth. Bona C.
de bon. proscript. & ex Iure, unde desumpta est, confiscatio bono-
rum delinquentium, (excepto crimine læsæ majestatis tàm di-
47 vinæ, quàm humanæ) sublata sit. Imò quod non desint, qui tra-
dant, confiscationem per totum mundum, præterquam in casu
jam dicto, abolitam esse, *Clar. in pract. crim. q. 78 num. 1. Boer.
*decis. 264. num. 15. Soarez in tract. com. opin. lit. B. num. 40. Hippol.
48 *Bonac. eod. lit C. ver. Confiscari nequeunt.* Quod & videtur pro-
batum *Constitut. Criminali Imperij art. 135. & art. 215.* in quibus
& contraria consuetudo, & statuta de confiscandis bonis delin-
quentium, extra casum criminis læsæ majestatis & similium,
49 reprobantur & tolluntur. Nam ad *d. Auth bona, &c*, quod atti-
net, certum est, illam non sine ratione, sed utiliter constitutam.
Unde in terminis, in quibus loquitur, sarta tectaque conservan-
da est, nec ei quicquam derogandum. Verùm ex ejusdem ver-
50 bis evincitur evidentissimè, nihil *ibid.* de iis tractari, aut novi
quid statui, qui facto suo, vel culpâ, se indignos hereditate alte-
rius faciunt, uti etiam jam dudum, post *Bl. in d. l. 4 C de his qui-
bus ut indig. animadvertit, & *d. Auth. Bona, &c*, in indignis lo-
cum non habere statuit *Chass. n. in consuetud. Burgund. tit. de
confiscat. rubr. 2. § 1. vers. Tertiò non habet locum, &c. & post *Lau-
dens. tr. de fisco q. 5. Lucan. eod. tract. tit. de publicat. bon. num. 10.

Boss.

Boss. eod. tit. num. 2. Peregr. d. lib. 1. tit. 2. num. 21. & lib 5. tit. 1. num. 19. De qua indignitatis quæstione, nec *prædicta Constitutiones Imperii* loquuntur, sed accipiendæ magis de illis casibus, de quibus agit *d. Auth. Bona, &c.* & quando intuitu commissi, delicti, vel corpora & bona simul, vel corpora saltem (ut *ibidem* proponitur) confiscantur. Et sanè plures adhuc hodiè extra delictum læsæ majestatis, superesse casus, in quibus confiscatio ipso Iure obtinet, testatur *Bernh Diaz. regula 165. lim. 5.* Et innuit *d. Const. crimin. art. 218. ibi,* Vnd sonsten in andern Fällen: Et *provincialis Constit. sub tit.* Von Vnkosten der peinlichen Rechtfertigung. cir. fin. Et exemplum refertur *d. lib. 3.* Landtrecht *art. 84.* Rauchdorn *præd. loco in §. Incestus num. 2. Beust. de matrim. q. 6. cir med. Borch. in c. un. quæ sunt regal. num. 8. in fine Gomez ad l. 80. tauri num. 32. cir. princ. & in fin. Ioan. Bapt. Plot. de in lit. jurand. §. 6. num. 44. Battand. pr. crimin. regula 70. num. 5. Francis. vivi decis. Neapol. 244. num. 1. lib. 2. Valent. Forst. lib. 9. success. cap. fin. num. 2. Decian. d. cap. 26. num. 33.* Ut ea propter non tàm facilè iis credendum, qui de generali consuetudine abrogatæ confiscationis scribunt. Nam præterquam, quod ad probationem consuetudinis generalis sive universalis non sufficit paucorum Dd. testificatio, etsi sint celeberrimi, maximè quando ea est contra Iura scripta *Rach Curt. in c. fin. de consuetud. sect. 8. nu. 9. Paris de Put. in tract. Syndicatus ver. Doctor cap. 2. num. 9. 10.* Insuper *Claro Boer. aliisq́;* contradicunt Rauchdorn, *Borchold. Gomez, Plotus, Battand. Vivius nu. 6. in loc. præd. Arnold. itid. Ferron. in consuetud. Burdegal. lib. 2. tit. 12 de furib. arbusto. fol. 314. Chlassan de consuetud. Burgund. tit. de confiscat. rub. 2. § 1. vers. septuagesimo secundo, &c. Battan. pr. crim. regula 20. num. 5. & alij.* Ut certè tantum fidei videatur illis adhibendum, atque is, qui *in d. l. un.* constitutam pœnam, non amplius alicubi in usu esse, sed similiter in totum abrogatam, referre audent, uti post *Bl. Salic. in d. l un. Petr. Greger. d. cap. 24. lib. 36. in fin. Clar. ver. parricidium. num. 5. Decian. d. lib 9 cap. 26. num. 20.*

51 52 53 54 55

QUÆSTIO XXXIV.

LIBERI, VTRVM PARENTIS OCcisi necem vindicare teneantur, eoq; non facto, an se indignos hereditate paternà reddant.

SUMMARIA.

1 Liberi non vindicantes mortem parentis occisi, hereditate paternâ privandi non videntur. Idq; probatum videtur Constitutionibus Imperij. nu. 8. & qui ita teneant, nu.9. Sed contrarium verius, nu. 10. etiam Iure Saxon. num.13. & nu.23. limitatur in pauperibus, nu.34. Respondetur ad Constitutiones Imperij. num.36. Et ad dissentientes, nu. 42. & nu.44.

2 Ad accusandum nemo invitus cogi potest, sed vide speciale num. 24.

3 Transactiones, ob delicta commissa, quotidiè fieri solent, & ob eas factas nemo punitur, nu. 6. Sed vide num.25. & nu. 31.

4 Pœnam non meretur, quod fit lege permittente, & econtrà, num. 33.

5 Observantia communis fori, habenda est pro lege.

7 Accusatio de Iure Saxon. filijs & agnatis saltem permissa, & num.14. quod descendit ex Iure Longobard. num.15. sed vide nu. 16. ubi confirmatur, quod in subsidium etiam fœminæ, ordine tamen successivo, & nu. 20.

11 Heredibus mortem defuncti non ulciscentibus, tanquam ab indignis aufertur hereditas.

12 Sive extranei sint, sive sui.

17 Art.6 lib.2. Landrecht declaratur.

18 Correctio iuris non præsumenda.

19 Filiæ non minùs, atq; filij, tenentur vindicare iniuriam parenti illatam.

21 VVergeldum ex singulari Iuris Saxon. provisione, vindicantibus conceditur,

22 Saxonicæ LL. præsumuntur Iuri communi, ratione VVergeldi, magis quid addere, quàm detrahere.

26 Transigendo declarat quis, se animum ulciscendi habere.

27 Transactio non fit, nisi aliquo dato, vel retento.

28 Transigens dicitur in caussa vicisse.

29 Transigendi licentia de criminibus, iure nostro provinciali valdè restricta.

30 Specialiter concessa, in consequentiam non retrahenda.

31 Principis est minuere, vel remittere pœnam, & in itegrum restituere.

32 Transactiones, in maioribus criminibus, videntur prohibitæ.

Const,

37 *Constitutio Imperij criminalis 135. & 218. declaratur.*
38 *Constitutiones novæ strictè accipiendæ, nec extendendæ.*
39 *Casus referuntur, in quibus indignis adhuc hodiè bona auferuntur, Marito (veluti) quando deserit uxorem, & contra, nu. 40. Matri, si non, petitis tutoribus, liberos deserat, num. 41.*
43 *Consuetudo modò alba esse potest, modò nigra.*
45 *Doctori, asserenti abrogatam consuetudinem esse, non facilè credendum.*

IN superiori facti specie, in qua quis parentem occiderat, dubitabatur: Utrū reliqui liberi & coheredes, si necem patris occisi non vindicârint, se quoq; indignos hereditate paternâ fecerint. 1

Quod dicendum non videtur: Quandoquidem nemo ad agendum aut accusandum cogi potest, *to. tit. C. ut nemo invitus L. Divi de accuset.* ubi judex defuncti heredem ad accusandum 2 impellere non potest, eamque sententiam refert, & sequitur *Iacob. de Belv. in pr. crim. lib.* 3 *c.* 18. *num.* 13. Et confirmant illam transactiones, quæ ab heredibus, cum delinquente parte, penè quotidiè iniri solent, quemadmodum fieri posse constat ex traditis *à Dd. in l. transigere* 18. *C. de transact. ubi Padilla. num.* 1. 2. *Delrio num.* 34 *cum seqq* Et jure nostro provinciali (*modò cum approbatione superioris*) *sub tit.* Das peinliche Sachen dardurch/etc. Quod 3 sanè haud concedendum, si præcise tenerentur ad accusandum, sive vindicandum mortem defuncti, & in consequentiam hereditate privandi essent, contra *Grachus C. ad L. Iul. de adult.* Quod 4 & ita expresse tradit & decidit *Gomez to.* 3. *c.* 3. *n.* 62. Unde ex communi & quotidiana fori observantia, quæ pro lege meritò habetur, 5 & à qua neq; in judicando neq; pronunciando recedendum est, *arg. l. minimè cum seqq. de LLs. l. observandum de Iudic. l. fin. C. de Injur Goden. cons.* 13. *nu.* 10 vix unquam reperimus aliquem, vel propter concordiam illam celebratam, vel propter ultionem 6 criminalem omissam punitum fuisse. Facit prætereà. quod vindicta illa & accusatio, de jure nostro Saxonico, saltem filijs & adgnatis, 7 non æquè filiabus & cognatis competat. Landrecht. *lib.* 1. *art.* 43 & 64. *lib.* 2. *art.* 16. *Fachs. differentia* 63. *Reinh. differentia* 46. *Schneidvv. in §. actio in pr. nu.* 4. *de act.*

8 Quibus accedunt *Ordinat. Crim. Imperij artic.* 135. *&* 218. in quibus expresſè deciditur, quod delinquentium bona heredibus ſint concedenda, non obſtãtibus quibuſcunq; conſuetudinibus & ſtatutis, contrarium diſponentibus, quæ revocata & abrogata eſſe debent, quod etiam teſtatur *tex. jun. gl. l. lat. & germ. lib.* 2. *Landr. art.* 31. Denique expresſè tradit & tenet. *Clarus q.* 79.
9 *nu.* 8. *post Foller. in pract. Cano.* quod pœna privationis hereditatis, ſeu confiſcationis bonorum, contra heredes, non vindicantes necem defunctorum, de Iure Civili conſtituta, hodiè prorſus in deſuetudinem abierit, & ab aula receſſerit.

10 Verùm hiſce & ſimilibus, quæ pro hac negante ſententia pro qua *Lipſenſes* reſponderunt, adduci poſſunt, non obſtãtibus, *determinatum* † à collegis meis fuit: quod liberi, necem parentis vindicare recuſantes, ſe hereditate paternâ indignos conſtituant. Eſt enim clari juris, quod ab heredibus, tàm ab inteſtato,
11 quàm ex teſtamento ſuccedentibus, non ulciſcentibus mortem defuncti, tanquam ab indignis, hereditas cum fructibus percepris & percipiendis ſit auferenda. *l. heredem* 17. *de his quib. ut indig. l.* 1. *l. minoris* 6. *cum l. ſeq. l. cum fratrem* 9. *cum l. ſeq. C. d. t. l. cum fiſco* 9. *l. ſi ſequens* 15. *l. Gaius* 22. *cum l. ſeq. l. fin. ad Syllan. l.* 1. *de jure fiſci & ibid. paſſ. Dd. Gom. Z. Reſ.* 3. *cap.* 3. *n.* 63. Nec refert
12 ſive extranei ſint, ſive ſui: quos vel maximè propter pietatem, reverentiam, & honorem debitum, decet: præſertim cum illegitimi adhoc teneantur. *per trad. à Petr. à Placa de delict. c.* 41. *per*
13 *tot.* Et ab hoc jure civili non diſcrepat Saxonicum, ut conſtat
14 ex *d. art.* 43. *&* 64. *lib.* 1. *& art.* 16. *lib.* 2. Etſi verò non deſint, qui inter Ius Civile & Saxonicum in eo diſcrimen conſtituendum cenſent, quaſi illo omnes tàm agnati, quàm cognati, admittantur, *l. ſororem* 10. *Cod. de his quib. ut indign. l. propter.* 21. *§.* 1. *ad Syllan. l. mater. C. de calum. l. uxor. C. de his qui accuſ. non poſſunt. l. ſi; Iures ubi gl. de accuſ. Menoch. lib.* 2. *præſ.* 52 *nu.* 2. *Schneidvv. d. §. actio. nu.* 3. hoc filii & agnati tantùm, non etiam filiæ & cognati, *per d. jura, & præſertim d. artic.* 16. ubi dicitur, S. hereidmiggen mögen alleine jhrer Freunde vnglück klagen / etc.

Et facit *sententia post* Weichbild *tit.* Mangeldt nehme das geschrei/
fol. 48. *& post* Landrecht. *tit.* Todtschlage ohne vorsatz *fol.* 521. Quod 15
descendit ex jure Lombardico. *Boer. decis* 121. *num* 3. & post eum
Placa cap. 46 *nu.* 12. *Tiraq. de LL. connub. par.* 1. *gl.* 1. *nu* 61: Tamen,
quia *textibus illis Iuris Saxonici* in specie, & nominatim fœminæ 16
& cognati, non excluduntur, neque omninò à vindicta illa pro-
hibentur: Et particula, Allein. *in d art.* 16. pro subjecta materia, ex-
tantibus videlicet masculis accipienda, non ita facilè illud & in 17
universum asserendum videtur: præsertim cum ita corrigatur
Ius commune, quod præsumendum non est: & naturæ, & ratio-
nis respectu, filiæ non minus, quàm filii, ad injuriam & mortem 18
parenti illatam vindicandam, invitentur, *l.* 1. §. *etsi de injur.* Imò 19
& æquum sit, ut illis nonnunquam in solatium parentis amissi
& occisi quid concedatur, *argumento l. capitalium,* 28. §. *pen. de
pæn.* §. *fœmina Instit. de adopt.*

Satius ergò ut fœminæ non omninò ab ultione illa exclu- 20
dantur: sed in defectum masculorum, aut si necem hi, parentis
ulcisci nolint, ordine successivo, admittantur, per trad. *à Placa d.
cap* 46. *num.* 11, etiam Iure nostro Saxon. quod probat *sententia
post* Weichbild. *tit.* Von Todtschlägen vnnd verwundung aus zufall.
fol. 145. Et *in Novell. constit. Elect. tit.* Des Todten Mangeldt/wem es
folgen sol. &c. quæ textus Iuris Saxonici declarat, additâ clausulâ
comminatoriâ, Das alle, welche das Mangeldt haben wollen, des Er-
schlagenen todt gebürlicher weise rechen vnd verfolgen sollen. Idem tradit
Beust. ad l. admonendi nu. 1197. *rubr.* VVergeldum *an solis agnatis,
&c. de Iurejur. Zobel. differentia* 32 *nu.* 2. *par.* 4.

Neque hæsitantem quem facere debet, quod in modo di-
ctis locis non hæreditatis, sed Mangeldi, sive VVergeldi saltem 21
fiat mentio: Quia cum VVergeldum ex singulari Iuris Saxoni-
ci provisione vindicantibus concedatur, *d. loc. & constitutione*
11. *par.* 4. & de hereditate nihil novi speciatim introductum le-
gatur: meritò res hæc secundum dispositionem Iuris commu-
nis erit determinanda: maximè, cum præsumantur ll. Saxoni-

22 cæ, juri communi, per Mangeldũ, aliquid addere potiùs, quàm detrahere voluisse, *argumento l. furti. §. pactus de his qui not. infam. Ang. in l. 7. § si pacisicar. num. 1. de pact.*

23 Manet ergo & nostro jure firmum & ratum, quod liberi, hereditate paterna frui cupientes, teneantur eo, quo dixi, modo, necem interfecti patris vindicare: etiam inviti, contra *tit. C.*
24 *ut nemo invitus.* qui hoc in casu restringitur, *ut per Socin. regula 7. fall. 2. add. l. . C. de his quib. ut indign.*

25 Neque hoc transactiones, si quæ iniuntur, mutant, sed magis corroborant: Quando per eam ipsam declarat quis,
26 se animum ulciscendi habuisse, & per concordiam illam, planè inultam necem defuncti relinquere non voluisse: aliud quippe est, omnem vindicandæ necis curam omninò abijcere: & aliud, delinquentum legitimis remediis eò impellere, ut de remedio salutis expediendæ cogitet, priusquàm dubiam litis aleam ex-
27 periri cupiat. Neque nihil omninò fecisse intelligendus est, qui super lite criminali se exorari tandem passus, aliquo dato transegit, *l. transactio 38. C. de transact.* Unde & vicisse dicitur, qui
28 caussa concordata à lite discedit, *gl. fin. in l. fin. Mand. & in l. un. C. de suffrag. & in c. statutum §. assessorem ver. communiter de rescrips. in 6. fac. Contard. in l. un. C. si de moment. poss. lim. 8. num. 2. Peck. in c. imputari num. 1. & cum non stat. 66. de R. I. in 6. Guido Pa-*
29 *pa decis. 102.* Et hic transigendi modus, in criminalibus, Iure nostro provinciali valdè limitatus est & declaratus, adeò ut sine
30 principali approbatione, transigere licitum nõ sit. Quod si factũ fuerit, ad exemplum tamen illud, sive in consequentiam, atq; in consuetudinem, aut communem observantiam, trahendum non erit: maximè cum Principis sit, delicti pœnam vel minue-
31 re vel remittere, aut etiam delinquentem in integrum restitue-
32 re, *l. Divi de Pœnis.* Imò ex hoc ipso argui potest, si quis sine speciali dispensatione, ob tale enorme crimen transigat, illud vel remittat, quod pœnam LLs juris Civilis præfinitam. quæ câ constitutione sublata non est, sed magis confirmata, haud effu-
33 giat. Quod enim prohibente fit lege, pœnam certè meretur

A qu-

A qua tamen excusandi sunt qui propter inopiam à vindicandi manere desistere, illudque magistratui committere coguntur. 34
Taceo, quod & jure Civili, in casibus qualificatis & atrocioribus, accusatores negligere, accusationem, & caussam amicabiliter componere nequeant, *l. fallaciter § fin. C. de abolit. Hieron. Gigas de crim læsæ majest tit. qualiter in crim. læsæ majest. proced. q. 17.* post *Cyn. Fabr. aliósque in d. l. transigere. Padilla num. 96. 99. Delrio n. 43. & 53. cum seq Placa de delict. cap. 39. num. 25.* 35

Porrò in Constitutionibus Imperii criminalibus, in quibus consuetudines & statuta, confiscationes bonorum approbantia tolluntur, tractatur de iis, quorum vel corpora, vel bona simul confiscantur, & ita incapaces ipso jure fiunt, vel quorum corpora tantùm, cujus respectu & servi pœnæ efficiuntur, ut illo casu publicatio locum habeat, hoc secus, quod & juri novo convenit, de quo etiam *Auth. Bona C. de bonis damnat.* Unde scopus ordinationis planè is, atque juris novelli, & finis, ut eas duntaxat tollat consuetudines, quæ aliud contra ea jura, ex jure vetustissimo introducunt, non æquè ut alia jura civilia, præsertim, secundum quæ bona ab indignis sine aliqua corporis pœna, auferunt, & fisco concedunt, de quibus *ibid.* nihil: Quapropter non extendendæ, cum novæ sint, sed strictè accipiendæ, ne jus aliquod lædant, maximè, cum semetipsas restringant *in verb.* Und in diesen und dergleichen fällen/etc. Sanè reperiri adhuc hodiè casus, in quibus bona ab indignis capiuntur, vel ex *unica Constit. Elect. 26. par. 3.* (quæ regulatur secundum *l. 3. de his quib. ut ind.* & confirmat *Valent. Forst. lib. 9. c. 3. nu. 13 & in fi.*) constat, licet eo in casu, secundum jus commune, successionem, sive dotis petitionem, non fisco, sed legitimis deferat heredibus, per *l. si ab hostib. 10. § 1. solut. matrim. ubi moderni Clar. § homicidium num. 22. Forst. d. c. 3. n. 4.* & dixi *quæst. præced.* Sic matrem, quæ non petitis tutoribus aufugisset, & liberos planè deseruisset, à successione, per *d. l. 3. de his quibus ut indign. & l. 2. § si mater 23 ad Tertyllian.* per sententiam *Lipsiæ* Anno 62. exclusam refert *Modest. Pistor. in scriptis annot.* 36 37 38 39 40 41

Quæ cum ita sint, nihil momenti habet, quæ *supra ex Cla-*
42 *ro & Follerio*, quem etiam sequitur *Peregrin. lib. 2. tit. 5. in fi. de iure*
43 *fisci*, de generali desuetudine allegatum fuit, quando & consue-
tudo modò alba, modò nigra esse potest, ut per *Rom. sing.* 367. Et
illi de locali magis sive provinciali desuetudine, certo in loco
44 Italiæ obtenta, loquuntur, quæ alias leges non tantùm, sed &
multas constitutiones in Germania abrogaret, quod, nisi evi-
denter commonstretur, concedendum non est. Imò uni, atque
45 alteri Doctori, de consuetudine aut desuetudine asserenti, com-
primis generali, præter & contra Ius inducta, haud ita facilè
credendum: doctè *Roche. in c. fin. de consuetud. sect. 8. num. 9.* Et
* ex *communiori* * atque veriori, post alios, concludit. *Mynss. cent.*
6. Obs. 68 Coler. tract. execut. par. 3. cap. 11. nu. 67. Mascard. conclus.
426 nu. 3. vers. contrarium in hac, cum seqq.

QUÆSTIO XXXV.

In crimine veneficii inquisitis vel accusatis, an & quomodo copia indiciorum dari debeat.

SUMMARIA.

1 *In caussis veneficii, captivis indiciorum copiam dandam non esse, placuit multis: Quod & Constitutio Electoris probare videtur nu. 5. Sed de eius intellectu vide num. 32. Et contrarium probatur num. 7. & num. 10. & num. 21. Et Carolinis Constitutionibus firmatur num. 9. Et licet superius, in quibusdam iudiciis observetur: tamen sine iure num. 18.*

2 *In delictis atrocioribus & exceptis, reis indicia communicanda non sunt: & ex quorundam sententia idem in vulgatis nu. 6.*

3 *Ad minimum tamen ipsis prælegenda; sed vide num. 19. & inprimis num. 31.*

4 *Quod omne, alii, iudicis arbitrio relinquunt.*

8 *In veneficij crimine ordinarius processus observandus, non secus, ut in aliis enormibus num. 2.*
11 *Copia indiciorum Reis concedenda, in crimine hæresis læsæ maiestatis, num. 12. fractæ pacis, num. 13. in crimine notorio. nu. 14. Et ubi Iudex ex officio procedit, num. 15. Etiam quando Reus mala fama, & deploratæ conditionis reputatur. num. 16. & adde num. 27.*
17 *Reo vel de maximo crimine delato, defensio deneganda non est.*
19 *Imo & dilatio danda, quantumvis indiciis nihil opponat.*
20 *Etiam tùm, quando Iurisperitus est.*
22 *Copia indiciorum in hac caussa Reo dari debet cum termino competenti, & adiuncta comminatione, ut, si se non purget, quæstioni sit subjiciendus.*
23 *Cunctatio nulla, de morte hominis longa est.*
24 *Periculi ubi plus, ibi cautius agendum.*
25 *Di'ciani verba examinantur.*
26 *Princeps ad solemnia iuris, non ita præcisè, ut alij, est adstrictus.*
28 *Regula tàm diu statur, donec contrarium probetur.*

IN caussa Veneficii, an copia indiciorum dari inquisitis & captivis reis debeat, non leviter quandoque dubitatum est: proptereà, quod & Magdeburgi & Lipsiæ Scabinis constitutis †*placuisset*, danda non esse, aut saltem prælegenda esse inquisitis, & ex illis quærendum, an in continenti haberent, quæ indicia elidere possint, aut valeant. 1

Et videntur sententiæ illorum niti eo fundamento, quod quibusdam placet, in caussis magnis & delictis atrocioribus indiciorum copiam dandam non esse: & quod *Alex.* quandoque judicem, qui reo indicia prælegi saltem voluerat, excusavit, *cons. 65. lib. 1. ubi Natta in additio. notat. num. 9.* Et quod in ejusmodi magnis & exceptis criminibus arbitrio judicis relinquatur, an indiciorum copia dari debeat, *Pet. Ioan. Anchora lib. 3. quæst. 46. nu. 15* & quod constitutio scripta in his terris, negat, ejusmodi disputationes, per quas processus differtur, permittendas esse, & probat *Bodin. de Dæmonom. lib. 4. c. 2. pag. 554.* Imò quod in cæteris etiam vulgatis criminibus inditiorum copiam quidam reo denegant, aut certè eo saltem casu, permit- 2 3 4 5 6

runt, ubi hoc petitur, vel reus caussam exprimit, ex qua indicia illa elidere tentat, aut contrarium se approbaturum confidit, *Hippol. de Marsil. in pract. Crim. §. nunc videndum num. 1. & seq. pag. 92. & seq. Boss. in pract. tit. de Confess. num. 15. 16. & tit. de indiciis & considerat. nu. 97. Ioan. Zang. de Tortur. cap. 3. nu. 2.*

7 Verùm istis omnibus non obstantibus, *visum fuit* Dn. collegis, debere judicem, etiam in crimine veneficii, indiciorum
† copiam reo dare: propterea, quod in ejusmodi crimine, ubi nihil specialiter contra cautum invenitur, processus ordinarius
8 observari debeat, quemadmodum in specie tractat *Ioan. Georg. Gidelman. tract. de Magis Venef. & Lam. lib. 3. c. 1. num. 19. & seq.* post
9 *Ioan. Fichard. consil. 105 & l. 16. C. de pœn.* quod ipsum & *Constitutionibus Carolinis art. 47.* confirmatur, & privilegio, tractatui *Dn. Godelmanni* ab Imp. Opt. præmisso, (ubi Imp. queritur, in hoc
10 crimine processum ordinarium non observari) consentaneum est: & in specie, quòd in hoc crimine indiciorum copia reo dari debeat, probat idem Godelman. *d. lib. 3. c. 8. num. 19. 20. 21. & seq.*
11 Sic in crimine hæresis hoc idem probat *Clarus in pract. §. fin. q.*
12 *49. nu. 3. Bald. consil. 95. lib. 1.* Et in crimine læsæ majestatis *Boss. d. tit. de indic. & consil. ante tortur. num. 78 Hieron. Gigas tract. de crim.*
13 *læsæ majest. lib. 2. q. 19. num. 2. cum seq.* & in caussa fractæ pacis
14 *Andr. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 7. num. 8.* imo & in crimine notorio, indiciorum copiam dari debere, testantur relati à *Claro in pract. §. fin. quæst. 9. num. 7. & q. 8. num. 3 vers. item quæro, &c. Alphons. Villag. in pract. Crim. Canon. lib. 3. cap. ult. concl. 3. pag. 291.*
15 *Gail. d. loco. Lancel. tit. de notor. crimin. num. 1.* Traditum insuper est, & eo casu, ubi Iudex ex officio procedit, copiam indiciorum reo dari debere, secundum *P. Ioan. Anchor. d. quæst. 46.*
16 *num 14. Clar. d. q. 49. num. 4.* atque etiam tùm, cum reus ex fama laborat, & alioqui malæ vitæ, & conditionis deploratæ reputatur, *Lancell in tract. de offic. præto. in caus. crim. tit. de Negat. Crim. num. 8 Boss. d. t. de indiciis num. 76. & num. seq.* ubi inquit: etsi

etsi quis de maximo delicto esset delatus, tamen non esse illi negandam defensionem. 17

Et quanquam in judiciis quibusdam contrarium usurpatum fuerit, uti testantur *Boss. d. t. nu. 78. in fin. Hieron. Gig. d. q.* 19. 18
num. 4. *pag.* 160. *Clar. d.* §. *fin. q. 64. num.* 28. tamen id nullo jure usurpatum dicimus, quomodo *in l. injuriarum* 14. *in fi. de injur.* ICtus loquitur, & proinde *Bossius d. lo. num.* 80. non simpliciter probat *Alexandri* sententiam, subijciens, se putare illa scripta, 19
ad defensionem judicis, re non integrâ existente, & quòd, si res fuisset integra, non solum dedisset unam dilationem, sed etiam plures ad indicia purganda. Imò licet reus expressè non dicat, 20
ex quibus caussis indicia elidere velit: tamen illi dilationẽ dandam esse, non tantùm, si idiota, sed & si jurisperitus sit, *inquit.* pulcrè *Alciatus in l. verba Criminalia circa fin. C. de edendo*, & tractat pluribus *Francisc. Bursatus Cons.* 201. *num.* 70. *cum mult. seqq. lib.* 2. *Alphons. Villag. in pract. Crim. Cano. lib.* 7. *tit. de Tortura cap.* 2. *concl.* 1. *pag.* 370. *& seq. Boss. d. lo. num.* 80. *in fin. Gomez. resol.* 3. *tit. de tortur. num.* 21. *Clar. d. q.* 49. *nu.* 5.

Proinde etiam in proposito casu rectissimè Iudex faciet, 21
si reo copiam indiciorum dederit, cum termino competenti, ad illa purganda, cum comminatione, quod si illa non purgaverit, quòd tùm ad torturam deveniri debeat, *Ang. tract. malef. verb. fama publica in princ. Hippol. de Marsil. in pract.* §. *nunc videndum nu.* 1. *Lancell. d.* 11. *de Negat. crim. & torment. num.* 5. *Villag. d. conclu.* 1. *circ. fin.* Zanchern *in pract. crimin. par.* 1. *cap.* 27. 22

Nam certè nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est, & si hæc solennitas in aliis criminibus valet, multò 23
magis in hoc ipso, ubi ideò cautiùs agendum, quia periculosiùs in eo versamur, *Cacheran. decis.* 79. *num.* 1. *Alciat. d. loco in fine.* 24

Et

25 Et quanquam *Decianus conf.92.num.*131.*vol.*2. scribat denegari posse reo copiam indiciorum: tamen quæ *ibidem* subjicit requisita, conjunctim accipio, videlicet ut hoc non tantùm obtineat in criminibus occultis & secretis, sed & si agatur de processu Principis, qui ad hujusmodi solemnia non ita præcisè a-
26 stringitur, *Aff. ict. decis.* 391. *num.* 8.9.10. Et præterea si reus sit ma-
27 læ vitæ & famæ, alioqui regulariter etiam in crimine veneficii
28 indiciorum copia danda est, cum regulæ sit standum. quoad de fallacia probetur *l.* 1. *ubi Dd. de R. I.* cum nulla ratio suadeat, cur etiam in enormibus criminibus, ubi de veritate delicti inquirenda agitur, neque dum constat, an captivus reus, sit tàm enormis
29 criminis, processus consuetus omitti debeat, ut latè & pulcrè tractat *Hippol. de Marsil in pract. §. diligenter num.*157. *& nu.* 169. *& seq. pag.*190. *& seq. Moller, Semest. lib.*3.*c.*17.

30 Etsi verò non ignorem, *Constitutione speciali Electoris Augusti*, negari reis copiam indiciorum, præterquam, si quis in casu homicidij defensionem inculpatam, aut aliam legitimam exceptionem opponat: Tamen suum habet intellectum, & etiam atq; etiam videndum judici est, ne per speciem juris innocens oppri-
31 matur. Ac solent nihilominus judices reis indicia prælegere, ut *in Lipsensium* † *Scabinorum sententiis* apparet.

QUÆSTIO XXXVI.

DE HIS QVI SIBI MORTEM consciverunt.

1 Mortem sibi inferre licitum esse, multi arbitrati sunt, nu. 2. & quidem impunè, nu. 9. & nu 22. præsertim Stoici Philosophi, num. 12. & nonnulli etiam in Ecclesia, num. 43. Et probatur, 1. exemplis tàm apud Romanos & alios num. 5. num. 7. num. 9. 11. II. nu 15. & nu. 17. (ad quæ respondetur num.

59

56.) quam in Ecclesia num. 51. (quibus respondetur num. 52. cum seqq.)
2. Dictis veterum num. 5. Verùm contrarium placuit olim Thebanis & Atheniensibus num. 18. & Philosophis saninibus num. 19. & Poetis num. 22. confirmatur Ils. & rationibus num. 26. cum seqq. Et nu. 61. maximè autoritate sacræ scripturæ nu. 38 cum seqq. authoritate conciliorum num. 63. Hinc ad ea, quæ videntur sacris contraria, respondetur nu. 57. eiusq; delicti pœna num. 31. cum seq. & num. 63. & apud Saxones num. 64. quæ pœna ob quam caussam retinenda nu. 66.

3 Honestiùs videtur morti ebriam ire, quàm eam expectare: Caussæ præsertim quando iustæ adsunt, puta tædium vitæ, sinctum, &c. nu. 4. quæ etiam Iure Rom. attenduntur nu. 8.

14 Tiberius Imp. αὐτοχειρίαν & probavit & improbavit.

15 Pro patria mori honestum. Et eius rei exempla.

21 Pythagoras & Plato voluntariam mortem improbarunt; & pœnam in facientes statuerunt, Iustâ præsertim mortis caussâ non apparente, nu. 21. Romanorum tamen ius caussam non videtur exactè requirere. nu. 23.

24 Ius, in quibusdam etiam per se illicitis, dissimulat.

25 Ius, non omnibus pravè factis, pœnam imponit.

25 L. sed si 9. §. si ipse 6. de pec. cum l. cum autem 22. §. 3. de Æd. ed. conferuntur.

27 Nemo suorum membrorum Dominus.

28 Iniuria proprio corpori illata, improbanda.

29 Confitenti delictum non creditur, nisi de eo constet.

31 Perire festinans non admittendus.

31 Mortem voluntariam inferenti olim sepultura denegabatur, & qui non potuerat facinus perficere, Lege Corn. de S. car. puniebatur: Hodiè arbitrio iudicis.

32 Quod si conscientiâ sceleris, eius bona publicabantur; & cadaver suspendebatur.

33 Publicatio ista bonorum, approbata Constitut. Imperij, non Saxonicis, nisi crimen ipsum publicationem importet.

34 Nemo in dubio, præsumitur sibi manus intulisse, etiam in carcere mortuus, & num. 67.

35 Heredibus ergò eius defensio ista non deneganda.

36 In feudis speciale, quod ab heredibus aut agnatis semetipsum occidentis, ea non auferantur. Nisi & ipsum crimen hoc importet. num. 37.

39 Homines secundum scripturam non sunt sui iuris, sed Deo vivunt: Ergò & ipsius voluntati & iudicio acquiescere, nec mortem accelerare debent, nu. 41. & num. 46.

40 *Naturæ effectus est, ut nemo carnem suam odio habeat.*
43 *Mors pœna peccati: & naturæ contraria, licet interdum ipsâ vitâ præstet, num. 45.*
44 *Insaniæ species, in semetipsum sævire.*
47 *Præceptum non occides, & alienam & propriam cædem prohibet.*
49 *c. quidam 24. q. 3. inducitur.*
52 *Samsonis factum, qui typus fuit Salvatoris, quomodo defendatur: Sacrarum item Virginum, num. 53.*
54 *Quid de Malchi Monachi facto statuendum.*
55 *Exemplis non est judicandum, quæ non derogant juri manifesto.*
56 *Razis factum, quale.*
57 *Origenis itidem, & aliorum Ethnicorum, num. 59.*
60 *Mala omnia sunt patienda potiùs, quàm peccato consentiendum.*
62 *Vita nostra domus mercenaria.*
64 *Saxones ejusmodi cadavera è fenestra deijciunt, & ignominiosè sepeliunt: nisi fortè ante piè vixerint, aut circumstantiæ aliud suadeant, num. 74. & 77. ubi & Lutheri judicium & præjudicium refertur.*
66 *Morte ignominiosâ deterrentur homines, ne sibi manus inferant, quod exemplis probatur.*
68 *Pij & boni nonnunquam ad αὐτοχειρίαν seducti: sed in consequentiam hoc non trahendum, aut temerè de his judicandum, & num. 72.*
69 *Quisque Domino stat, caditq́.*
70 *Iudicia Dei occulta.*
71 *Insontibus interdum accidunt digna sontibus.*
73 *Mors haud mala, nisi vita mala.*
75 *Ab eventu argumentari non debemus.*
76 *Stans videat, ne per imprudentiam cadat.*
78 *Magi conversi è Christianorum albo non expungendi.*

1 VAriè inter gentiles, & à Republica Israelis alienos, olim a-
gitata est quæstio: *An cuiquam mortalium fas sit sibi mortem
2 inferre.* Nam laborârunt eô animi morbo, tàm inter Græcos,
3 quàm Romanos, qui honestum & utile famæ ducerent, morti
4 potiùs obviam ire, quàm eandem domi expectare: præsertim
ubi caussa prætendebatur justa, tædium videlicet vitæ, valetu-
dinis impatientia, pudor æris alieni, aut alia; quam & priùs Se-
5 natui Romano, & Massiliensi approbare necesse erat: ut, hâc

morâ

morâ interjectâ, medicinam fortè aliquam morbo maturè afferendi, occasio non deesset. Unde *Quintilianus*: An, *inquit*, Lex ulla est, tàm inhumana, ut hominem innocentem ac invitum 6
detineat in luce. Ita *Seneca epist.* 70. Nihil interest, mors ad nos veniat, an ad illam nos. Et *Horatius*: Invitum qui servat, idem facit occidenti. Ita caussas obitus sui voluntarii, declarârunt *Cajus Alburius Silus*, & fœmina quædam in insula Cæa, cujus *Valerius* meminit. Sic *Euphrates Philosophus*, ab Adriano Imperatore idem impetravit, ob morbum & senectutem. Et ejusmodi caussarum momenta, etiam in jure nostro Romano attenduntur, adeò, ut quamvis Philosophus idem jactationis causâ faciat, impunè fieri existimetur, quemadmodum de Empedocle, Calano, Collixeno, Zarmaro, Peregrino, & aliis legitur. *l. si quis aliquid* 38. §. *ult. de pœn. l. ult.* §. 1. *cum seqq. de bon. eo. qui ante sent. l. si quis, filio* 6. §. *eius qui* 5. *de injusto. rup. ir. testamen. P. Aerod. rer. ind. lib.* 9. *tit.* 12. *c.* 3. *& seq. Alciat. parerg. lib.* 4. *c.* 4. *Tiraq. de nobilit. c.* 31. *num.* 12. *Petrus Placa de delict. c.* 23. *Alex. ab A ex. genial. dier. lib.* 5 *c. ult. Petr. Royz. Litvan. decis.* 1. *num.* 17. *cum mul. seq.* Probata eadem opinio fuit, vel maximè Stoicis, Philosophis, & ab horum doctrina imbutis primoribus urbis: quibus αὐτοχειρία in magna temporum acerbitate, & cùm omnia, sine spe allevationis, miseriarū plena essent, vehementer placuit. *Iustus Lipsius lib.* 2. *epist.* 26. Ita enim *Pomponius Labeo, Granius Martianus, Trebellianus Rufus, L. Vetus*, & alij præpoperè finem vitæ sibi attulerunt, teste *C. Tacito annal. lib.* 6.

7

8
9
10
11

12

13

In his tamen ipsis, Tiberio simulandi dissimulandiq; artifice maximo αὐτοχειρία variè & reprehensâ, & laudata est. Prohibuisse eam apertè constat: at rursus tacitè approbasse, ex eo liquet, quod eorum, qui se interfecissent, humabantur corpora; manebant testamenta, precium festinandi, & quòd mori volentibus, interdū vim adhibuit vivēdi. *Tacit. d. lo. Sueton. in Tib. AEro d. lo. c. ult. Phil. Camer. operar. succisiv. c.* 87. *Richar. Dinot. de reb. & fac. memorab. lib.* 5. *tit. de ijs qui sibi mortem consc. & lib.* 8. *tit. de pr. qui dolo ignom.* 14

15 Ita pro patria mori, & hostium manus spontaneâ morte e-
16 vadere, pulchrum ducebatur: quò *M. Curtij, Horatij Coclitis,
Deciorum, Catonis* Uticensis, *Bruti, Annibalis, Cleonbroti*, & alio-
17 rum, exempla referenda sunt. Ac memorabile est Lucretiæ fa-
cinus plus satis notum: quos imitatus fuisse Raizs Iudæus, ad ef-
fugiendam Antiochi tyrannidem, videtur *2. Maccabaor. 14. v.
41. & seq.*

18 Econtrà verò Thebanos voluntariam mortem nullo ho-
nore coluisse, ex eo verisimile est, quod proverbio agitatum, &
per Ironiam dictum legitur: Cur non suspendis te, ut apud The-
banos semideus fias *Eras. Chil. 2. Centu.* 8. *adag.* 15. quemadmo-
dum & Athenienses eandem improbasse, ex *Alexand. d. lo.*
constat.

19 Cæterùm secundum hos, inter eosdem veri Dei ignaros
populos, extiterunt & Philosophi saniores, qui mortem volun-
20 tariam maximè improbarunt & damnarunt. Nam antiquissi-
mus *Pythagoras. Plato in Gorgia, Phædone & de Legibus* 9. *Aristot.
Ethic.* 3. *c.* 7 *in fin. & lib.* 5. *c.* 11. *Cicer. l. Thusculan. in Somn. Scipion. &
Catone Majore*, sine jussu summi Imperatoris, ex statione no-
stra decedere nos posse negarunt, & mortem ejusmodi non for-
titudini, sed imbecillitati mentis, asscribendam putarunt, igno-
miniam adversus tales constituentes, quæ & in sepultura & in
posteris extaret. *Plato & Aristot d. lo. de Legibus* 9. *& Ethic. lib.* 5.
21 *cap.* 11. *Aeschines in Oratio. contra Ctesiphontem*. Præsertim ubi caus-
22 sa nulla justa mortis ejusmodi apparuisset *Pla. d. lo.* licet *Aristot.*
non destinguere videatur, *& Virgil. Aeneid.* 6. putat, ita mortu-
os, à beatorum conditione separatos esse:

Proxima deinde tenent mæsti loca, qui sibi lethum
Insontes peperere manu, lucemq; perosi
Projecere animas, &c.

Et *Martialis*, Catonem se occidentem, similiter damna-
vit, inquiens:

Noli

Nolo virum, facili redimit qui ſanguine vitam:
Hunc volo laudari, qui ſine morte poteſt
Rebus in adverſis facilè contemnere mortem:
Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.

Idem *Martialis* alio loco:

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit.
Hìc rogo, ne furor eſt, ne moriare, mori?

Ad jus noſtrum Romanum quod attinet, licet in eo de 23
cauſſa mortis quærendum dicatur, ac qui cauſſam habuit, impu-
nè feciſſe exiſtimetur: tamen exiſtimo, non ideò à ſummis Phi-
loſophis reprehenſum facinus, approbatum eſſe. Connivet e- 24
nim in quibusdam Lex civilis & diſſimulat, licet ea per ſe inho 25
neſtè, aut minus rectè, fieri ſtatuat, neque omnibus pravè factis 26
pœnam imponit, *l. non omne de reg. jur. l. & ſi quis* 14. §. *Divus* 13.
de relig. & ſumpt. fun. atque ideò quamvis *in l. ſed ſi damnum 9.*
§. *ſi ipſe ſervus* 6. *de pecul.* dicatur: licere etiam ſervis naturaliter
in ſuum corpus ſævire: tamen *in l. cum autem 23* §. *excipitur 3. de*
ædil. edic. benè ſcriptum eſt, malum credi ſervum, qui aliquid
facit, quo magis ſe rebus humanis eximat, tanquam nihil non
mali auſurum, qui hoc adverſus ſe facere auſus ſit: & *in l* 3. §,
ſic autem 2. *& c. de bon. cor. qui ante ſent. l. omne delictum* 6. §. *qui ſe*
4. *de re militar. L.* 1. §. *ſi ſibi manus* 11. *de S C. Syllania:* eodemque 27
pertinet, quod *in l. liber homo* 13. *in princ. ad l. aquil.* dicitur: ne- 28
minem videri dominum ſuorum membrorum: & quod *in l.* 4. *in*
fi. ſcriptum eſt: neminem ſe caſtrandum præbere poſſe: quibus
omnibus locis injuria, corpori proprio illata, omninò improba-
tur: & prodit latè *Fran. Zoann: t. in l. ut vim in princ. num.* 4. *& ſeq.*
de juſtic. & jur. Et ex hoc fonte oritur, quod non creditur con- 29
feſſis delictum, niſi re verâ conſtet, id perpetratum eſſe, etiamſi
reus mária & montes confiteatur, ut inquit *Ang. in tract. ma-*
lefic. verbo & veſtem. num. 26. latè *Boſſ. in pract. tit.* 1 *num.* 15. *& ſeq.*

Boër. decis. 139. & seq. Ioan. de Arno. cant. 8. Peck. de reg. iur in c.
sine culpa nu. 6. Nec enim audiendus est, perire festinans *l. 1. §. di-*
30 *vus §. quæstioni §. si quis ultrò de quæstio: l. nec si volens C. de libera.*
caus. Aerod. lib. 8. tit. 4. c. 19.

Porrò si quis sine caussa sibi mortem intulisset, veteri lege,
31 ut ex Pontificialibus libris retulit *Servius*, & meminit *Aerod.*
d. lo. c. 3. insepultus abijciebatur, & qui facinus absolvere non
poterat, lege Corneliâ de sicariis tenebatur, & arbitrio judicis
hodiè puniendus remittitur *Bar. in d. l. si quis aliquid §. miles,* la-
tè *Placa d. c. 23. nu. 19. Meno. de arbit. jud. qq. lib. 2. c. 284. nu. 22.*
& seq.

At, si quis conscientiâ sceleris, morte coactâ supplicium
32 anteverterit, etiam bona publicari solent, & cadaver suspendi
potest, si id immanitas criminis postulet, *d. l. 3. de bonis eorum,*
&c. Bal. & Dd. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. Menoch. d. lo. num. 14. de
33 quo & infra dicetur: Publicationem bonorum in hoc casu pro-
bavit etiam *Constitutio Crimin. Carolina cap. 135. & Franc. Viv.*
Aquila. decis. 244 nu. 1. 5. 6. lib. 2. licet jure Saxonum *lib. 2. art.*
31. heredibus bona relinquantur, & *Peregri. de jure fisc. lib. 4. c. 4.*
nu. 3. ita demùm ea publicari concedat, si crimen defuncto im-
putatum publicationem secum trahat.

Verùm & hisce casibus benignè nihilominùs cum defunctis
34 jura nostra agunt. Nam si verè non constet, aliquem sibi ma
nus intulisse, sed solus alicubi mortuus reperiatur: aut de crimi
ne adhuc non liqueat: non est præsumendum, aliquem sibi vim
attulisse: quinimò in carcere mortuus repertus, potiùs à custo-
dibus necatus, & in puteo inventus, istuc per imprudentiam il-
lapsus creditur. & non tantùm custodes purgare se debent, sed
35 & fiscum de crimine probare oportet, ita ut heredibus nihilo-
minùs defensio innocentiæ defuncti semper pateat, *arg. d. l. 1. §.*
si sibi manus 11. de SC Syllania. gl. in l. cum heres §. species de legat.
2. Par. Put. de syndica. in §. an potestas qui aliquem, &c. num. 5 Bal

in l. 1. q. penul. C. qui ad liber. perve. non pos. Decius in l. 2. C. qui testam. fa. poss. Menoch. de præsum. lib. 5. præsum. 13. num. 6. & de arbitr. lib. 2. c. 284. num. 36. Covarru. lib. 2. resolut. c. 1. in fin. Peregrin d. lib. 4. c. 4. num. 2. 12. Aerod. d. lib. 9. tit. 8. c. 6. Ac memorabile est, quòd in his casibus bona feudalia ab heredibus, vel agnatis defuncti, etiam ubi quis injustè se occidit, non auferuntur, secundum *Bald. in c. 1. quibus modis feud. amit. Peregrin. d. c. 4. nu 12. Ludol. Schrad. de feu. par. 9. c. 3. num. 62. 63.* ubi tamen id limitat, nisi crimen, cujus conscientiâ mors accelerata est, privationem bonorum merebatur. 36

Atque hæc sunt, quæ ex rationis suæ judicio, homines profani de morte voluntaria constituerunt: quibus nunc si placet 37
adjungamus Sacræ scripturæ album calculum. Ea certè non tantùm quod dictum est confirmat, sed & latiùs progreditur, & 38
tàm sine caussa factam cædem improbat, quàm nullo casu eam honestè fieri statuit. Hanc lucem clarissimam ad illam reliquæ 39
in nobis mentis sanæ faculam addere debemus. Docet eadem, nos non esse juris nostri; sed primùm quidem à DEO OPT. MAX. creatos, posteà in peccatum delapsos, restitutos, & quidem pretioso sanguine filii DEI redemtos *1. Corinth. 6. vers. 19. 20. & c. 7. vers. 23.* membra capitis gloriosi, quæ non sibi, sed ei qui pro ipsis mortuus sit, vivere debeant, *Ephes. 5. vers. 30. 2. Cor. 5 v. 15.* Dominus noster, vitæ & necis nostræ potestatem habet, quo Spiritum emittente recreantur universa, & revocante emoriuntur. *Sapient. Solom 16. vers. 13. 14. Psal. 104. vers 27 28.*
Naturæ etiam sanæ effectum notat *Paul. Ephes. 5 vers. 29.* nullum 40
unquam carnem suam odio habuisse scribens. Iubet eadem sacra scriptura, nos patienter Dei manum expectare debere, ut 41
vel mitiget nobis mala, vel ab iis liberet, neq; illi modum præscribamus, aut terminum mortis, aut vitæ, sed ista omnia ipsius judicio relinquamus. Et verò cum mors pœna sit peccati, & na- 42
turæ contraria, ad quam amoliendam ipsum DEI OPT. MAX.

44 filium mori necesse fuerit, quanta insania erit, si eandem affectantes scienter irruimus, nocituraq; poscimus arma. *Sapient. Solom.1.ver.13. Iob.10.ver.1.2. & c.14.v.5.6. Psal.39. ver. 5.6. Psal. 91 v. Paul. Roman.6. ver. 23. Philip.1.ver.22. & seq.* Fateor, in-
45 cidere interdum tempora, ubi mors vita sit præstabilior, & divini etiam favoris indicium sit, maturè esse mortuum: verum ista
46 omnia vivendi & moriendi momenta optimè dispensat Dominus; cujus nos hac in parte stare judicio oportet, ut qui in vineam nos vocavit, ex eadem avocet suo tempore. *Ecclesi. Solomon. 2.ver.18.19. cap.10.ver.4 c.3.ver.1.2.c.7.ver.1.2.18. Sapient. Solom. 2.c.22.23.c.3.ver.2.c.4.v.7.& seq. Iob.14.ver.6.* Itaque præceptum, primis & antiquissimis tabulis comprehensum: Non oc-
47 cides, non tantùm alienam, sed & propriam cædem prohibet.

48 Cumque hæc sint clarissima; non defuerunt tamen, etiam in Ecclesia, qui errore vitæ morte sibi inferendam dixerunt, & hoc ipsum pro dogmate sano venditare ausi sunt, Patriciani videlicet, & Circumcelliones *Augustin. in lib. de hæret.* & me-
49 mit *Gratianus ex Isidoro c. quidam 24. q.3.* martyrij ex eo ipso captantes laudem, cum affectata ejusmodi, non in virtute, sed vitio poni soleant. Neque hi se tueri illis locis possunt, quibus niti volebant videri. Nam quod dicitur *Ioan.12.v.25.* eum,
50 qui odit animam suam, custodire eam in vitam æternam, non ad istam odii speciem pertinet, quâ ante tempus custodiæ definitum, filum vitæ injussu imperatoris abrumpitur. Non exempla illos defendunt
51 *Samsonis sacrarum virginum, Razis Iudæi, Melchi Monachi, Origenis,* seipsum castrantis, aut aliorum. Nam priora duo non dubium est, instinctu Spiritus sancti accidisse. Samsonem certè typum nostri Salvatoris, & ex mortuis primo-
52 geniti, fuisse constat: & de hoc itidem legimus, & ad salutem nostram credimus, & verè statuimus, cum animam suam pro nobis sponte deposuisse & reassumsisse. *Ioan. cap.10. vers.17.18.*

Sacras virgines, ex Sardanapali fuga præcipites in aquam se dãtes, ea catalago Sacrarum virginum non expungit *Augustinus* (utcunque Razis factum damnet:) quemadmodum nec Malchi 54
Monachi conatum *Hieronymus* reprehendit. Nam in ejusmodi 55
exempla anxiùs inquirere, non est nostrum. Intueamur virtutis amorem, & fidem & miremur: cætera non rimemur, ut alibi
Ambrosius inquit. Exempla non derogant juri manifesto. Et *Razim* gentiles imitatum, (ut alia ab Ethnicis per contagionem Iudaismo irrepserant,) satis liquet. Idem verò etiam sub finem vitæ Dominum precatus est, ut sibi Spiritum redderet, & hoc ipso, veniâ sibi opus esse, agnovit. Origenis castratio à Patribus 56
severè reprehensa est. Neque tales Eunuchos Salvator noster, 57
Matthæi 19. v. 12 intellexit, & hoc dictum malè acceptum, errori 58
caussam præbuit, contra quem eodem loco idem Salvator munire nos voluit, ut vires nostras prius exploraremus, an capaces tantæ rei esse possimus, ut & *Paulus* inquit. *1. Corinth. 7. v. 7.* 8. *& seq.* Quod attinet ad exempla Ethnicorum, malè illa huc detorquentur, & pugnarunt adversus ea primitivæ Ecclesiæ Patres 59
Augustin. de Civitat. Dei lib. 1. c. 17. 19. 20. & se. & de lib. arbitr. lib. 1. c 4. 5. Lactant. lib. 3. Instit. c. 18. Euseb. histor. Eccles. lib. 8. c. 12.

Proinde male *Onciacus*, qui adhuc Lucretiæ facinus, quod illam neq; fortem, neq; pudicam præstitit, excusare conatur *quæstio. juris Philos. c. 38. num. 5.* & rectior est sententia *Augustini*: potiùs quem omnià mala pati, quàm peccato consentire debere *c. itâne 32. q. 5.* neque est effugiendum etiam peccatum, aliud 60
peccatum perpetrandum esse. Nemo igitur suæ neci occasionem præbeat, habeat imò honorem corpori, carnemque suam 6
foveat, neque prius migret ex domo mercenaria, quàm locator velit, ut *in Gnomologia Stobæi tit. 88. de morte* Bioni Ethnico placuit, non discedamus injussi ex hoc carcere, quo materiali 62
etiam Socrates captivus, licet aperto, sponte noluit exire: & malè illi, qui spontaneâ morte martyrii laudem captant, aut morti etiam destinati tempus constitutum antevertunt, de quo

pluribus agit, *Covarruv. resolut. lib. 1. c. 2. num. 8. 9. & seq. & de sponsalib. par. 2. c. 3. §. 4 num. 5. & se. Francis. Petrar. de remed. fortu. lib. 2. c 118.*

63 In conciliis veteris Ecclesiæ hæc quoque res non est neglecta. Namque *Aurelianensi 2. can. 14. Antisiodoren. cap. 17. Bracaren. 1. can. 34.* placuit, ita defunctorum oblata, non recipienda: & *Bracarensi nominatim*, ne illorum cadavera cum Psalmis sepeliantur, quod & repetitur *in c. placuit 23 q. 5.* cumq; textum singulare notat *Rom. sing. 264.* & tradit *Covarru. resol. lib. 2. c.*
64 *1. cir. fin.* & servant adhuc Saxones † istum morem, ut talia cadavera ex fenestra deijciantur, vel subter limina domus extrahantur, & ita educta per carnificem in locum infamem, & bestiarum cadaveribus destinatum, proijciantur, de quo est *gloss. marginalis ad gl. Germanicam.* Landrecht. *lib. 2. art. 31. num. 3. lit. b.* & meminerunt hujus ignominiosæ sepulturæ *Sneidvv. in §. religiosum num. 9. Instit. de rer. divisio VVesenb. ad Sneidvv. in §. juris præcepta nu. 5. Instit. de just. & jur. Menoch. d. lib. 2. cap. 284. num. 36.*
65 Estq; hæc pœna Canonica & Politica non immeritò retinenda: quando hoc modo homines ab eiusmodi voluntariis cædibus absterreantur, uti & Milesios, invalescente furore virgineo: & Tarquinium, plebe Romanâ cloacarum parandarum opus spontanea morte effugere conante, fecisse, legimus apud *Gellium lib. 15. c. 10. Plinium Secundum lib. 36. cap. 15. Aerod. d. lib. 9. tit. 12. c. 1. 2.*

66 Ac utimur quidem hâc pœnâ hodiè, quamvis nulla manifesta caussa extet tàm probrosæ cædis; cum nullam honestam esse posse sacræ literæ testentur: præsertim ubi verè constat aliquem sibi manus intulisse: nam in dubio præsumtio benignior
67 capi debet, ut supra dictum est. Fieri quidem potest ut pii, & boni etiam inclementiùs de se cogitent, & vitâ hinc quoquo modo exire aveant. *Iob. c. 7. ver. 14. Actor. 16. v. 27. 28. 31. & se.* Imò ut denique aliquis ita à Spiritu tristitiæ superetur, ut adversus se aliquid duriùs statuat, ac perinde jugeletur, ac si quis à latrone interimatur; quod viris etiam doctis, & minimè malis.

ad

ad desperationem cogitatione calamitatum publicarum & privatarum, quandoque adactis, accidisse legimus *Cal Rhodigi. antiq. lect. lib. 23. c. 23.* ipso Diabolo ad hoc instrumenta idonea, in maximis animæ & desperatis tentationibus, subministrante, vel exequente etiam infirmiorem, nocere sibi volentis, conatum.
Atque de his non temerè judicandum: quia suo Domino quis- 69
que stat & cadit, cujus judicia interdum occulta sunt, neque no- 70
vum est, insontibus accidere digna sontibus *Romano 11. ver. 33. c.* 71
14. ver. 4. 5. Ecclesias Solom. cap 8. ver. 14. Neque ideò, quia Saul, 72
Ahitophel, Iudas, suâ manu perierunt, & vivi descenderunt in tartara, & à seipsis pœnas exegerunt, credendum est, semper damnatos illos, qui talia faciunt, fore *1. Regum 31. v. 4. & 2. Reg.*
17 v. 23. Psal. 55. v. 15. Matth. 27. v. 5. Nam illorum vita, turpiter 73
acta, meliorem exitum habere non debuit; aliorum, si sit probè acta vita, & sine maleficio confecta, benigniùs judicare convenit; non est mors enim mala, aut infamis, nisi vita talis sit *Lactant. Instit. lib. 3. Lipsi. de Constant. lib. 2. cap. 19. Franc. Vivius decis. 244. num. 4. lib. 2.*

Unde traditum, neque hos sepulturâ privandos, qui furore, 74
melancholiâ, morbo, aliáve animi impotentiâ se occidunt, de quibus etiam benè sperare debemus *Covarru. d. lo. cir. fin. Damhoud in prac. Crim. c. 88. num. 5. & seq.* ubi pulchrè: præsertim cum 75
in domo etiam Domini, ab eventu, de felicitate, vel infelicitate piorum, non esse æstimandum, *Ecclesiastes singulari libro* docuerit, neque etiam aliorum infortuniis & pœnis insultandum,
sed continuò orandum ne & nos in tentationem seducamur, 76
& dum stare videmur, per imprudentiam aberremus *Luca 13. v. 2. 3. Ioan. 9. v. 3. Rom. 11. v. 20, 21. & ic. c. 14. v. 4. 10. & seq 1. Corint 4. v. 4. 5. c. 10. v. 12. 13.* Vide *Corn. Gemmam Cosmocrit. lib. 1. c. p. 7. 160. 6. c. 9. p. 224.* atq; ita sensisse ex Theologis *D. Martinum Lutherum*
reperio, Qui tamen & in hoc casu ceremonias politicas, pro- 77
pter exemplum, retinendas censet. Licet putem, interdum, ex factorũ circumstantiis, veniæ & arbitrio judicis locũ esse posse.

Nam ita quidem nuper, puerum annorum 12. n horreo mortuum, nulla manifesta culpa inventum, ephippiis equorum collo eiusdem insertis, ita, ut non humanâ, sed Diabolica ope id factum verisimile esset, *judicavimus* honestè sepeliendum esse: &, *referente Augusti. Lercheime de Magia cap. 2. in fin.* Magum ante obitum conversum, & peracta solemni pœnitentia à
78 Dæmone interfectum. Christianorum albo non expungendum saniores Theologi censuerunt.

QUÆSTIO XXXVII.

DE CADAVERIBUS REORUM aut damnatorum: & an ab his, aut brutis animantibus, rebusq; inanimatis, pœna exigi iure possit.

SUMMARIA.

1 *Cadavera mortuorum pœnâ aliquâ affici non debent: proinde inhumani videntur. qui in ea sæviunt, illisq; sepulturam denegant, nu. 5. quod & aliàs plenum est tristissimi eventus, num. 18. etiam tùm, quando criminosi ante executionem sibi manus inferunt, num. 13. sed vide num. 39. & num. 50.*

2 *Mors omnia solvit, & ultima est linea rerum, num. 4.*

3 *Iniuriarum agi potest, ob violatum cadaver.*

6 *Cadavera, an rectè in patibulis hodiè passim relinquantur, & in partes distributa, ostententur, adde num. 4.*

7 *In Iudaica politia, cadavera suspensa, sub vesperam ad sepeliendum cruce deponebantur.*

8 *Athenienses & Romani damnatorum corpora, ad sepulturam petentibus, non denegabant, quod & facere iudices debent, nisi in quibusdam casibus, num. 32.*

Lex

9 Lex civilis illud ex instituto D. Augusti, quod & posteriores Impp. secuti sunt, probat, sed vide num.35.

10 Uti & Canones.

11 Hinc consuetudinem, de relinquendis in patibulis & furcis criminosis, nonnulli damnarunt: & ob id reprehendunt Iudices, num.14. Sed quod hi excusandi sint, traditur, nu.24. & probatur ratione, nu.26. Et de consuetudine hodiè tales insepulti relinquuntur, num.34. quæ iustitia non caret, num.38. cum seqq. atq; temerè mutanda non est, num.41.

12 Sepulturæ communio eâdem ratione mortuis concedenda; quâ Sacramentorum usus viventibus.

15 In animal brutum pœna executioni demandari potest, & nu.22. & nu.43.

16 Delictum, sine discreta consideratione delinquendi, & non delinquendi, dici non potest.

17 Cadaver inhumatum relinquendum esse, quando legitur in sacris literis, quomodo accipiendum, & num.19. sed vide num.24. cum seqq.

20 In pœnis infligendis suppliciorum acerbitas dam̃ãda.

21 Ex pœnæ gravioris impositione, delinquendi materies non amputatur.

23 Pœna nulla Iure constituta reperitur, in proprias ædes diruentem; & res inanimatas corrumpentem.

27 In pœnis non corpora delinquentium, sed exempla inspicienda.

28 Exemplo ubi opus est, licitum est à regulis & iure humaniore recedere.

29 Parentum ob culpam, insontes liberi quandoq; puniuntur.

30 Pœnâ illatâ ut criminosi memoria damnetur, & bona publicentur. Rom. voluerunt, & nu.35. Quod restringitur eum ad casum, quando adversus Cæsarem, aut rempublicam, quid factum est, num.36.

31 Damnati cadaver, sine venia sepeliendum non est.

33 Iudex licet iustis de caussis reos, vitâ functos, ignominiâ afficere possit, tamen consultius facit, quando Principis voluntatem exquirit, num.37.

39 Consciscentibus sibi mortem, aut monachis pecuniam, quam vivi habebant, non revelantibus, sepultura deneganda.

40 Cadavera damnatorum, ut insepulta manerent, antiquissimis temporibus receptum fuit, & sacræ scripturæ testimonio corroboratur, nec non ratione & exemplo, num. 42.

43 Bruta animalia ob delicta, occisa olim & suspensa, nu.46. à quibus, Deus quoque pœnam necati hominis exigit, cuius rei ratio politica, n.45. cum seq.

44 Imò & res inanimatæ, si hominem occidissent, lege Draconis, exterminata fuerunt.

45 Bruta animalia, hominem fortè occidentia, minus rectè, ex quorundam loco-

rum consuetudine, cum rebus ipsis confiscantur, quæ etiam carolin: à Constitutione abrogatur.

49 *Brutum animal interficiens hominem, an à domino VVergeldo liberari possit.*

51 *Hæreticorum memoria post mortem eorum damnari solet.*

52 *Iniustè damnati, & mortui, restitui possunt.*

53 *Arces, urbes, ædificia, nonnunquam ob delicti enormitatem, ob æmulationem, &c., diruuntur, quod & antiquissimum esse authoritatibus probatur, nu 55.*

54 *Vrbes solo æquatæ, omnia privilegia amittunt, adeò ut restauratæ, ea non recuperent.*

1 DE Sepultura ignominiosa eorum, qui sibi mortem conscive-runt, modò dictum est: cui non inutiliter adjicias, quod de cadaveribus damnatorum *Interpp. nostri* meminerunt, an vide-
2 licet hæc quoque pœna aliqua attingere debeat. Etenim si Mors omnia solvit, & pro pœna ipsamet est, sufficiet istud, neque cum
3 larvis luctari conveniet. Injuriarum enim nomine, ob violatum cadaver, rectè agitur *l. 1. §. quoties de injur.* imò in cadaver desæ-visse, capitale fuit puellæ cuidam. *Dovarus in Herachio.* Mortuo
4 siquidem Leoni lepores insultant. Mors ultima linea rerum est,
5 & damnata semper à sanioribus illorum inhumanitas qui & in cadavera sævierunt, eisdemque sepulturam negarunt, & benè *Ovidius* canit:

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.

Et convenit, cum Virgilio, bono magistratui:

Parcere subjectis & debellare superbos.

Suntque hujus rei aliæ etiam rationes, mitiorem suadentes sententiam, de quibus *Aerodius rerum judic. lib. 9. tit. 15. cap. 2.*

6 Quæ cum ita se habent, cur hodiè passim in patibulis relinquuntur & in furcis, itemque alibi conspiciuntur damnatorum cadavera integra, aut hinc inde distributa ostentantur?
7 Sanè antiquissima Lex Dei suspensos sub vesperam cruce depo-

ni, & terræ mandari voluit. *Deutero. 21.ver.23. 24. Iosua 8.ver.29. c.10.ver.26. 27. & 4. Reg. 9.ver.34. Matth 7. ver.58. Paul. Galat. 3.v.13.* & laudatur *Tobias*, qui cognatorum corpora studiosè ad sepulturam quæsivit *Tobiæ 2.v.8.9.* fuitque id in politia Iudaica semper retentum. *Paul. Rick. de Thalmud. doctri. c.6. in fin.* Cognita eadem humanior sententia fuit Atheniensibus & Roma- 8
nis, apud quos, paucis exceptis criminibus, petentibus ad sepulturam damnatorum corpora non denegabantur; & *Plutarchus in Themistocle* templum Athenis fuisse refert, in quod cadavera, & vestimenta, & laquei damnatorum inferebantur. Inter alia probra *Cicero 5. Verrina* objecit Verri, quod mercedem faceret ex sepultura damnatorum, neque eam gratis alicui permitteret. Laudatur humanitas *Ciceronis*, quod neminem eorum, qui ob conjurationem Catilinæ damnati erant, sepulturâ 9
privasset. Tiberium prehendit *Tacit. annal.4.* quod conjuratorum Sejani sepulturâ cohibitâ sortis humanæ commercium intercidisset. Lex certè Civilis id fieri non prohibet ex instituto D. Augusti, quod posteriores etiam Impp. sunt secuti *l. 1, de cadaver. punito. l. obnoxios 11. C. de religio. & sumt. fun.* & quamlibet nocentibus sepulturam non negari, humanum & sanctum esse dicitur *in l. Marciani Imperatoris* restituta *à Cuja. lib. 12. obs. 30.* illis verbis: ὅσιον εἶναι λογησάμενοι τοὺς αἱρετικῶς ἐπιτρέπομεν θάπτεσθαι ταῖς νενομισμέναις ταφαῖς. Ita & in consilio Moguntiaco pla- 10
cuisse dicitur *in c. quæsitum 13. q.* suspensorum cadavera in Ecclesia sepelienda esse, quod & legitur *inter VVormaciensis Concilij decreta cautum.* ac permoverunt ista adeò *Petrum Raven. & Roch. Curt.* ut consuetudinem contrariam, de relinquendis in patibu- 11
lis aut furcis suspensis & latronibus, valere negaverint. Nam 12
quâ ratione illis Sacramentorum usus viventibus permissus fuit, eâdem & sepulturæ communionem concedendam esse, *argu. clem. 1 de pæniten. & remiss. c. 2. de furtis cap. super eo de hæret. in 6.* referunt *Covarru. lib. 2. resol. c.1. num. 11. Menoch. de arb. lib. 2. c. 285. nu. 1. & se. Petr. Binsfeld. de confess. malefic. mem: 2. conclu. ult. dubio 5. pa. 338.*

Porrò

13 Porrò quod ad eorum cadavera attinet,qui in reatu moriuntur,humanior est sententia, licet vel ante executionem sibi manus inferant: non tamen merito supplicio afficiendos esse, cum ut supra dictum est,delicta morte extinguantur. *l. defuncto*
14 *de public. jud. l.1.ubi Dd. C.si reus vel accusat. mor. fuerit.* Proinde reprehenduntur à nostris judices, qui damnatorum cadavera suspendunt *Ang.in l.1. C. qui testam. fac. poss. Par Put. de Syndicat.in verb.mortuus nu.1.Iul.Clar.in prac.Crim.§.final.q.51.num.12. & seq.& nu.15 & q.ul.Fernan.Vasq.illust.contr.lib.3.cap.96.num.& se.Covar.d.li.2 c.1.cir.fin. Menoch.d lib.2.cap.285.nu.1.Muscor.de jurisd.nu.47.& se.Cagnol.in l.imperium num.63.& se. de jurisd.Anton. Gomez. de delict. num.78. & se. Ludov. Carrer.in pract.tract.de homicid.§.circa secundum nu. 34.& se fol.128.*latissimè *Prosp. Farinac.in praxi Crim.lib.1.tit.1.q.10.nu.77.& se.*

Sanè non magis adversus cadaver executioni mandari sen-
15 tentia posse videtur,quàm si quis in brutum animal, ob damnū datum, merum imperium exerceat *l.1. D.si quadr paup.fecis.dic.*
16 abest enim delinquendi,vel non delinquendi, discreta consideratio,sine qua crimen,non esse crimen, constat *gl. in l. respiciendum §.delinquunt D.de pœnis Zas.in l.ejus qui §.quod si num.8. Si cerpeta. Muscor.in tr.de jurisd.nu.46.Eman.Soar.in thesaur.recep.Sent. lit.A.nu.379.Tileman.Hassellen.natural.Philos.lib.12.c.22.*

17 Quod si quando in literis sacris execrabilis damnationis mentio fit, hoc comprimis adjicitur, ut intelligatur, cadavera sepulturâ indigna,volucrum & bestiarum prædæ fore,ut & post mortem, & supplicium perpessum,pœna duret, quod tantùm in nefandis & enormibus criminibus,non etiam in communibus, furti, homicidii, delictis locum habere potest, & proinde non est ad omnia delicta,sine discrimine,trahendum *1.Reg.17.v.44. 46.3.Regum 21.v 23.& 4.Regum 9.v.34.& seq.Psalm.79.v.2.Esaia 14.v.19 20. Ierem.16.v 4.6. Ezech.39 v.17.& seq. Apocalip.11 v.9.*
18 Censet & *Matthæ. Wesenbec. in Oecono ad tit.D. de cadaver. punito.* vel hac de caussa, mortem hactenus receptum,de relin-

quendis

quendis in furcis suspensis cadaveribus, abrogandum, quod in 18
ejusmodi tetra spectacula mulieres gravidas visu incurrere sit
alienum & periculosum, plenumque tristissimi eventus. Ut taceam, multos abscissis pollicibus, laqueis & alijs ad incantionem abuti. 19
Et ut maximè, istis severioribus exemplis, à delinquendo fures & homicidæ deterreri posse credantur, non tamē eò minor sit flagitiosorum hominum numerus. Certè in pœnis damnanda est meritò suppliciorum acerbitas & carnificina, & 20
in hac re tota ab antiquis recentiores legumlatores superari jam olim visum est *Alciato in l. licet 103. in fin. de verbor. signif.* & questus est. *Arnol. Ferro ad Consuet. Burdigal. lib. 2. tit. 12. de furibus a. bust.* ex gravitate pœnæ, nunquam minùs delinquendi occasiones sublatas fuisse: imò sæpius ea committi, quæ sæpè vindicantur: & *Diodotus apud Thucydidem lib. 3. nu. 201.* pruden- 21
tissimè ad Athenienses: Ingenitum, *inquit*, naturâ est omnibus, & privatim, & publicè delinquere, nec ulla Lex tanti est, quæ istud prohibere possit: cùm per omnia sit itum supplicia, si quo modo his terroribus homines à facinorosis minùs læderentur, nec abs re olim maximis scelerib. mitiores fuerunt pœnæ constitutæ. Addit postremò & impossibile & ingentis vecordiæ esse credere, quoties humana natura ad aliquid agendum concitata impetu tendit, ulla prohiberi, aut legum vi, aut aliâ difficultate. Ita & *Cicero pro C. Rabirio*: Majores, *inquit*, nostri, expulsis Regibus, nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiæ retinuerunt, & libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. Idem in *Antoniana II.* P. Dolobellæ crudelitatem in C. Trebonium exaggerans, quod caput illius cervice abscissum & in pilo fixum gestari, reliquum corpus fractum & laceratum in mare projici jussisset, hujus crudelitate, ait, omnem barbariem superatam.
Et quemadmodum supra dictum est, à brutis animalibus, & ca- 22
daveribus, quod sensu careant communi, pœnam non exigi:
Ita & jure nostro negatur, puniri posse delinquentis protervi- 23
am, in diruendis ejusdem ædibus, aut alijs inanimatis rebus cor-

rumpen-

rumpendis & destruendis: unde hanc corruptelā in Romanis & Florentinis damnant *Paul. de Castr. in l. cætera § hoc Senatus C de legat.* 1. *not. Costal. in l. si is cum quo Commu. divi. Boer. decis.* 230. *n.* 1. 2. 6. *Molin. ad cons. Paris. tit.* 2. § 63. *nu.* 5 6. Ex quibus omnibus effici videtur, perperàm facere judices, qui vel in reatu mortuos damnant, vel damnatorum corpora insepulta relinquunt, vel denique à brutis & rebus inanimis pœnas flagitiorum exigunt.

24 Veruntamen non desunt judicibus, quæ & pro se allegent,
25 & quibus factum illud suum excusatius efficient. Nam ut maximè iuri Romano incognita fuerit ratio ista relinquendi suspensos, aut supplicio affectos, insepultos, & hîc mores posteriores traxerint Leges Romanas in potestatem suam; tamen nec absq; ratione, nec sine exemplo, id inductum esse certum est.

26 De ratione pœnarum omnium scriptum est benè *à Seneca de Clementia lib.* 1. *c.* 22. In vindicandis alienis injuriis videri Legem tria secutam esse, quæ Princeps quoq; sequi debeat: ut aut
27 eum, quem punit, emendet: aut, ut pœna ejus cæteros meliores reddat: aut, sublatis malis, cæteri securiores vivant. Unde colligitur in pœnis non tantùm eos considerari, aut corpora eorum, qui deliquêre, sed & ipsum παράδειγμα; & quamvis una ex his caussis, aut altera, cesset: tamen propter exemplum ni-
28 hilominus pœnæ locum superfore. Ubi igitur majore exemplo ac terrore opus est, absurdum videri non debet, si quandoque ab illis regulis, & humaniore jure recedatur. Etenim quid magis
29 iniquum aut absurdum, quàm, ob parentum culpam insontes liberos puniri? & tamen hoc antiquissimum, & omniū civitatum institutum esse *Cicero ad Brutum* scribit, ut nempè charitas liberorū amiciores parentes Reipublicæ redderet. Habet, ait *Cornel.*
30 *Tacitus*, aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur. Atq; ad hunc scopum respexisse putari debemus Romanos legumlatores, qui etiā post obitum criminosi memoriā ejus damnari & bona publicari voluerunt: ut quem mors quidem subtraxisset cruciatibus pœnæ ejus, cadaver tamen & λείψανα, cæteraq; bona planè impunita

non

non manerent, atq; ita rationibus, quæ pœnas istas induxerunt, plenissimè satisfieret. Proindè benè ab iisdem constitutum est, quamvis aliàs ad sepulturā petentibus (nam sine venia id facere 31 non licet: & interdum colligi ex eo, ad criminis perpetrationē, judicium solet *Ant. Gomez. res. lib. 3. c. ult. n. 8. Aerod. rer. jud. lib. 8. tit. 4. c. 20.* Imò si quis inscio magistratu damnati cadaver tollat, arbitrariè puniri potest *Bar. in l. nemo martyres C. de SS. Eccl. Nicol. Bellon cons. 43. n. 13.*) damnatorū corpora ea facilè judex aut prin- 32 ceps concedat: tamen in læsæ majestatis crimine id nō concedendū *l. 1. de cadaverib. damnato* quod & interpretes nostri in famosis latronibus & grassatoribus locū habere volunt, *arg. l. capitalium 28. §. famosos de pœn. gl. in l. 2. arbor. fur. cæsa.* itemq; si quis post latam de supplicio sententiā, veneno sumto mortem acceleraverit, secundū *Bal. in l. 2. qui testam. fac. poss.* ut aliàs conscientiâ sceleris mortem sibi intulerit. Nam hisce casibus cadavera in reatu mortuorum publicè suspendi, & insepulta relinqui debere convenit. *Cyn. Bal in d. l. 2. Par. Put. d. trac. in verbo Mortuus n. 1. & se. Meno. d. 1. c. 244. n. 4. 5 6. 14. 15. & c. 258. n. 5. 6.* ubi *n. 7.* ait pos- 33 se judicem, justis de caussis, ex suo arbitrio jubere, reos vitâ functos, vel laqueo suspendi, vel aliis ignominiis affici, ad coërcendam videlicet audaciam eorum, qui pluris faciunt ignominiam, & dedecus publicum, quàm vitæ præsentis usuram diuturniorē, ita eorum, qui relegati sunt, cadavera & ossa in locum interdictum, ne quidem post mortem, reduci possunt. *Cagnol. in l. veratius nu. 4. de reg. jur. Covar. lib. 2. res. c. 1. n. 11. Peregr. de iur. fis. lib. 4. tit. 5. n. 5.* per ea quæ tradit *Bar. in l. 1. de cadaver. punito.*

Quod autem ad eos attinet, qui damnati & supplicio affecti sunt, non Lex Romana, sed consuetudo passim induxit, ut da- 34 mnatorū corpora, ad exemplum insepulta relinquantur, quemadmodum Romanis ipsis, in caussa majestatis, id placuit, & in aliis criminibus bestiis obiici damnatos solemne fuit *d. l. capitaliū § famosos.* Notissimi præterea juris est, in quibusdam criminibus, 35 post mortē memoriam damnari defunctorū, & bona publicari, ubi crimē morte rei nequaquā extinguitur, de quib. latè *Peregr.*

de jur. fisc. lib. 4 tit. 5. num. 19. & se. Muscor. d. tract. de jurisd. num. 47. & seq. Clar. in pract. Crim. §. fin. q. 51. num. 13. & seq. Anton. Gomez. tit. de delict. n. 80. Veruntamen damnari memoriam mortui
36 tunc saltem convenit, cum adversus Cæsarem vel Rempub. quid factum est, & pœnam defunctis reis regulariter non imponi debere, veriùs est, nisi atrocitas delictorum, vel magnitudo exempli, id suadeat, quid boni judicis arbitrio relinquitur. Et repræhendendi meritò sunt judices, qui pœnã in defunctis ex-
37 equuntur: imò si majus ea res arbitrium postulet, quàm ut minor judex ei sufficiat, consultiùs faciet, si Principis voluntatem exquirat.

38 Illud igitur nunc videndum, an justa sit consuetudo, quæ damnatorum corpora insepulta relinquit. Rationem certè illam habet, de qua suprâ, ut exemplo tàm tristi deterreantur alii. Et ne novum putetur, sunt alij quibus jure sepultura nega-
39 tur, veluti si quis mortem sibi consciverit, ut suprà relatum est, si monachus moriens non revelaverit pecuniam, quam habebat vivus *c. placuit 23. q. 5. c. cum ad monasterium ex: de statu monacho:* Antiquissimum prætereà hoc constat ex eo, quod *Genes. 40.*
40 *vers. 17. 19.* scribitur, Pistoris Regii corpus ad Palum affixum, ab alitibus depastum esse: & *Proverb. 30. v. 17.* oculum, qui Patrem irridet, matrisque disciplinam spernit, effossuros fluviales corvos, & aquilinos pullos comesturos. Et quamvis alibi in piis & insontibus hominibus damnetur hæc inhumanitas *Psalm. 79. v. 2. Apocal. 12. v. 9.* tamen impiis & damnatis hominibus scriptura ignominiosam mortem minari solet, & hoc ampliùs sepulchro eos indignos pronunciare, & qui bestiis prædæ sint futuri *Proverb. d. c. 30. ver. 17. Esai. 14. ver. 19. 20. Ierem. 16. ver. 4. 6. Ezech. 39. v. 17. & se. 3. Regum 21. ver. 23. & Regum. 9. vers. 10. 34. & se.*

41 Fateor quidem durum esse ab initio hoc constitui, sed usu à tàm multis annis inductum non temerè mutandum existimo *l. in reb. novis de Constit. princ.* & rationem antiquos eam habu-

isse

esse puto, quam & alij habuerũt in caussis similibus, ubi in cadavera, in bruta & res inanimes sæpissimè animadversum legimus. 42
Ita alibi dictum, Milesiarũ virginum furorem ignominiosâ sepulturâ defunctorum repressum, & plebis Romanæ ardorem in morte acceleranda, paucorum publicâ suspensione cohibitum, 43
& meminit *Plinius lib. 8. ca. 16.* visos fuisse in Africa crucifixos leones, à quibus fuerant urbes obsessæ, quo cæteri metu pœnæ similis absterrerentur eâdem noxâ. Quidquod Lex Divina etiam in quadrupede cædem hominis morte punit: & propter bestialem concubitum ipsam etiam bestiam interfici voluit *Exod. 21 v. 28. & se. Levit. 20. v 15. & se. c. mulier. 15. q. 1.* Et quod in Concilio VVormaciensi jubentur interfici apes, quæ hominem occidissent. 44
Placuit idem antiquissimo legislatori Atheniensium Draconi, qui, præter bruta, hoc ampliùs animâ carentia urbe agroque exterminanda statuit, veluti ligna, lapides, ferrum aliaq; si ea delapsa hominem interfecissent: quemadmodum earum cognitionum caussa, Erechtheo regnante, Prythanæum potissimùm institutum. *Demosth. Orat. in Aristocrat. Henr. Steph. in Iur. Civil. font. & riv. Ioachim. Steph. de jurisdict. Græco cap 4. P. Aerod. Rer. ju. lib. 3. tit. 16. c. 1. Pardul. Prattæus in legib. Draconis in fin. & in LL. Solonis c. 44.*

Ex quo videri non potest, prava invaluisse quibusdam locis consuetudo in Germania, ut si plaustro rhedáve eversâ, homo occisus sit, equi, boves & plaustrum, quæque eo vehuntur, publicentur, & fisco, seu ei, qui in isto loco merum imperium habet, vindicentur, quæ tamen consuetudo abrogatur *Constitut. Crim. Caroli c. penul. §. 2.* & taxatur à *Stephano in Musa Principum Carm. 26. pag. 137.* 45
Ac testatur *Guido Papa q. 134.* vidisse se porcum, ob puerum interfectum, suspensum esse, idemq; jure fieri, ob utilitatem publicam, posse sentit, post *Sapiam in l. Imperium & Bolog. ibi. num. 36. de jurisd Hieron. Muscornus de jurisd num. 46 & se. Istelman. Hasellen d lib. 12 cap. 22. circ. fin* 46
præterquam enim quod Dominus necati hominis pœnam etiam à bestiis se exacturum promittit, & exigi jubet, carnẽ etiam comedi prohibet 47

Genes.9.v.5.6. Exod 20.ver. 28. & nefanda libido etiam in besti punitur, *Levit.21 vers.15. & Gen d.lo.* ratio additur violatæ in homine imaginis divinæ. Habet quoq; hæc severitas politicam considerationem: Nam cum ista fiunt, longè aliud agitur, quàm
48 simulatur, nempe ut recordatione periculi alieni, caveant alii: & horror inijcitur istiusmodi exemplis, ne quis velit in eo de liquisse, in quo & animal brutum impunitum non dimittitur; quanquàm cùm à grege porcorum Anno 1598. puer occisus
49 esset, à Lipsensibus Scabinis *Pronunciatum* † sciam per dominos,
† qui porcos recepissent, tantùm VVerigeldo satisfaciendum esse. *argumen. eorum qua tract. Fachs. dif. 62. 64. 68. Const. Elect. 7. par. 4.*

50 De mortuis in reatu & hoc cogitetur: Si mortuo corona interdùm adjudicatur, cur non etiam pœna? an non post mor-
51 tem hæreticorum memoria eorundem damnata est, & libri eorum pro accusatoribus habiti, quemadmodùm & mortui inju-
52 stè damnati restituti? cujus rei exempla sunt *in c. sanè 24. q. 2. Aerod. rer. judic. lib. 1. tit. 6. c. 22. 23. lib. 3. ti. 16. cap. 1. 2. 3. lib. 9. tit. 15. c. 2.*

53 Denique fieri posse, ut ob delicti enormitatem diruantur ædificia, & arces in æmulationem imperii majoris extructæ, aut materiam seditionis præbentes, aut etiam ob insignem alicujus contumaciam, constat satis ex *l. opus novum. 3. de operib. pub. l. si usufructus 21. quib. mod. usufr. amitt. l. si is cum quo 20. Commu. div. c. uni §. receptatoribus. de pace tenend. inter sub.* ubi apertè dirui domum delinquentis constituitur, etiam *in d. l. si is, &c.* quidam motum judicis vehementiorem reprehendant. Idem probat *c. felicis de pœn. in 6. Boër. d. decis. 230. circ. finem* & exemplum est de Carthagine in *d l. si usufructus 21. quib. mod. usufr.* sicuti alia exempla refert post *Br. & Bl. Gall. de pac. pub. lib. 2. c. 6. num. 28. & 29. Petr. Fab. lib. 1. sem. cap. 8.* & vidit nostra ætas non dissimile exemplum Anno 67; cujus & mentio fit in *Comitiis Ratisbonensibus eodem anno habitis, in §.* Wiewol wir nu nach solcher/
54 &c. Quo in casu civitas aut castrũ superioris auctoritate solo æ-

quatum

quatum, amittit omnia jura & privilegia, adeò ut reædificatum aut restauratum eadem non recuperet, *Gail. d. lib. 2. c. 9. n. 30. & latius lib. 2. obs. 61 nu. 1. 2. 3. Carol. Tapia ad l. fin. de constit. princip. par. 2. cap. 4. nu. 28.* & esse illud antiquissimum constat ex *Daniele 2. v.* 55
6. Dionys. Halicarnass. lib. 8. Cic. Philip. 1. Cujac. lib. 13. obs. 29. Her. Vult. discept. c. 9. Petrus de Vineis lib. 5. epist. 8. Aerod. lib. 2. tit. 13 c. 3. Iohan. Rober. Sent lib. 3. c. 4. Petr. Faber. d. cap. 8.

QUÆSTIO XXXVIII.

DE EXCELLENTIA RELIQVÆ in homine rationis: de perturbationibus mentis, & actionibus, actionibusq; eorum, qui insaniâ, furore, stupiditate, Melancholiâ, aut amore vehementi, laborant: quidq; de horum contractibus & delictis, ex Jure statuere oporteat.

SUMMARIA.

1 *Homini non tantum corpus & vitam, sed & Spiritum vitalem, & suæ imaginis notas Deus contulit.*

2 *Homo μικρόκοσμος, viventium regula, rerum creatarum compendium, naturæ miraculum.*

3 *Homini is lapsu summa infelicitas & miseria subsecuta. Adeò, ut pars magis hominis, quàm bonæ, sit censendus nu. 4.*

5 *Homini omnia adempta non sunt; Dum in eo virtutum & vitiorum aliqua superest cognitio nu. 6. Quæ ut piè, justè & temperanter vivamus efficit, aliosq; vitæ utiles fructus producit. nu. 7.*

8 *Philosophi semina virtutum, studiosè excoluerunt: Et post eos Legumlatores & ICti, nu. 9.*

10 *Ex virtutibus, mentis & motus intellectus, & voluntatis signa deprehenduntur, & quid justum injustumve sit discernitur.*

11 *Ethici de involuntarijs interdum agunt actio ibus.*

12 *ICti etiam de cogitatu, & nu.14.*

13 *Cogitationis pœnam regulariter nemo subire tenetur.*

15 *In delictis distinguendum, an ea ex proposito, dolo, impetu, casu, ignorantia, commissa.*

15 *Delictum voluntarium & ex proposito perpetratum, gravius puniendum.*

17 *Voluntas delinquentis, maleficia distinguit.*

17 *Delinquendi caussa magis quàm factum inquirendum.*

19 *Circumstantiæ factorum, delictorum pœnas variant: Inter quas etiam numerantur, mentis alienatio, dementia, furor, stultitia, fatuitas num.20. De quibus, in delictis non tantùm, sed etiam in contractibus, & testamentis quæritur nu.21. & num.24. & nu 26.*

22 *Stultitiæ species variæ, de quibus auctor saltem remißivè, & nu.27. De furiosis, & mente captis frequentior quæstio. num.23.*

25 *Furoris momenta, & actionum qualitates diligenter pensiculandæ.*

26 *Stupidi, neque furiosis, neque dementibus, comparandi: sed medij sunt inter prudentes & dementes. nu 29. Ergò & in his diversum ius statuendum, 28. Et ea prop er testamentum condere possu t, uti iudicatum, nu. 30.*

27 *Melancholici inter insanos non referendi, quandoq; tamen ordinem delirantium im. lent. nu.39. & nu.41. Ideoq; discretione Iudicis opus est, num.37. & num.40.*

31. *Melancholici non semper à pœna excusandi, nec à negotiatione & testamentorum confectione arcendi, & num. 33. Et quoad pœnam remißivè, num. 60.*

32. *Melancholiam cotem ingeniorum excellentium quidam credunt, puta, quando moderata, num 34. aliàs caput Melancholicum, balneum diabolicum, num. 45.*

36 *Melancholia, quam Medici primariam vocant, pestifera est, ac sæpè mentis alienationem inducit.*

38 *Melancholia, non secus atque μανία, ad depravatas mentis functiones pertinet.*

41 *Melancholici veri multa vana & inania sibi imaginantur, & nu.43. & quandoq; desperant, ac sibi manus inferunt, nu.44. & nu.57. & eius rei exempla, nu.44.*

42 *Ad Melencholicos etiam ecstatici referantur.*

46 *Melancholicis diabolus insidiari solet.*

48 *Melancholici cuiusdam triste exemplum, & de eius pœna difficilè fuit iudicare, num. 53. & quænam illa, num. 55.*

49 *Melancholia, an sit desipientia sine febre.*
50 *Melancholia in summo gradu, non facit, ut homines perpetuò, sed per intervalla, leviùs delirent:*
51 *Melancholiæ morbus, per intervalla recurrit.*
52 *Melancholia suos gradus habet.*
54 *Furor manifestus, à parricidij pœna ex nonnullorum sententia neminem excusat.*
56 *Delinquendi interdum consulendum, & tamen exemplum etiam statuendum.*
58 *Sibi non parcentes, alijs multò minùs parcere velle judicantur.*
59 *Fœminæ melancholiæ magis deditæ.*
61 *Melancholiæ nimiæ remedium, animi preces, cautela: vitandæ intentiores de miserijs humanis cogitationes, & nu. 63. Cura, Medicis relinquenda r, 64. ubi eius rei exemplum.*
62 *Miseria nulla nos à charitate Christi divellere debet.*
65 *Amor vehemens insaniæ species & mitigationem pœnæ meretur, quod tamen cum mica salis accipiendum, num; seq. & nu. 69.*
66 *Amoris allegationi non semper credendum.*
68 *Amor mentem non tantùm oppugnat, sed & sæpè expugnat:*
70 *Iudex ex facto dubio ponderatis benè circumstantijs, moderatum arbitrium offerre debet.*

Cum hominem DEUS OPT. MAX. conderet, non satis habuit, Corpus mira pulchritudine vestire, & vitam illi indere, cæteris animantibus communem: sed ampliùs Spiritum vitalem inspiravit, & suæ imaginis expressissimas notas, indulgentissimus Pater, simùl contulit, ut non Christiani tantùm, sed & gentes, hominem μικρόκοσμον, viventium regulam, rerum creatarum compendium, naturæque miraculum, imò quodammodo omnia esse, dixerint *Iul. Scalig. ex. 250.* post *Chrysost. in Ps. 48. tom. 1. Athanas. de divers. quæstio. q. 1. Aristot. lib. 1. polit. c. 1. Fernel. de abdit. rer. caus. lib 2. cap. 3. 4. 7. Bartas. septimana prima diei 6. nu. 100. & se. pa. 549. & seq.* 1 2

Et optimè quidem nobiscum ageretur, si in illa beatissima conditione perstitissemus. Verùm, proh dolor, fuimus olim beati: ut fortes olim fuêre Mœzentii, fuitque Ilium, & ingens gloria Teucrorum. Cecidit corona capitis nostri, & pro felici- 3

tate illa superiore, ubi, omisso Summo Bono, serpentis mali vo-
ci attendere, & superbiæ sese dedere, primi parentes cœperunt,
infœlicitas & miseria tanta nos oppressit, quantam tot jam sæ-
culis homines omnes in summis doloribus experiuntur: perfe-
4 ctio illa in summam imperfectionem, virtus in vitiositatem de-
generavit, ut homo, non homo, sed pars hominis, imò nihil pe-
nè, verè rem æstimantibus, videatur, habeaturque pro fera pessi-
ma, & quovis angue pestilentiori *Scalig exercit 33.189. sec 5. Picolo
moral. philos. grad. 1. c. 33. 34.*

Neque tamen omnia sic penitùs eversa sunt, ut nihil ho-
5 rum ampliùs supersit: Misericordiæ divinæ debemus, quod non
penitùs consumpti sumus; quod spirantes adhuc, & penè efflatu-
ri animam Samaritani ope, infuso vino & oleo, paulùm refecti,
atq; ejus jumento impositi, & Pandochæo commendati, pristi-
næ beatitatis spem recepimus: eâdemq; benignitate verè pater-
nâ tractati, in hac peregrinatione nostra, ad consummatam per-
fectionem & beatitudinem anhelamus, *Lament. Ierem 3. v. 22. Lu-
6 ca 10. v. 33. & se.* Hinc discrimina virtutum & vitiorum in mente
humana reliqua agnoscimus, quæ faciunt, ut inter homines piè,
justè & temperanter vivamus, ut legibus & magistratibus parea-
7 mus, humanitatem colamus, vehementiores animi motus in gy-
rum rationis ducamus; omniaque illa vitemus, quibus pax &
tranquillitas publica, charitas privata; & proximo cuiq; debita
officia, turbantur.

Ac laborarunt in hoc genere diligenter Philosophi, ut vir-
tutum semina reliqua, superatis perturbationibus, studiosè ex-
8 cuterent, & foverent, quo fructus ex his in societatem humanã
uberes promanare possent. *Arist. Picol. supr. citat. loco Titelman.
Philos. nat. lib. 12. c. 45. Scalig. exerc. 307. sec. 5. ex. 312. 316. & seq Fer-
nel. Philos. lib. 5. c. 19. Sebast. Fox. de nat. philos. lib. 5. cap. 18.* Secuti
9 hos sunt legislatores & Iurisconsulti, qui ex virtutibus mentis &
10 moris, intellectus & voluntatis, perturbationumque humana-
rum penitioribus considerationibus, quid justum injustúmve sit,
discri-

discriminarunt, nihil eorũ, quæ ad actionũ humanarũ rectitudinẽ & privitatem intelligendam faciunt, intactũ relinquentes.

Sanè quemadmodum Ethici de actionibus involuntariis 11
interdum agunt *Aristot. Ethic. lib. 3. c. 1. Picolom. d. lo. gra. 2. c. 19.* Et Medici de morbis & Symptomatis principiis facultatis, ubi magis animus, quàm corpus laborat, & hoc tantummodò per consensum afficitur, veluti & quandoque in morbido corpore mens similiter cogitur ægrotare *l. ob quæ 4. in princ. de ædil. edic.*
Ita Iurisconsulti interdum de eorum hominum actionibus re- 12
spondere coguntur, quorum non sunt vitiosa tantùm opera, sed & cognata. Nam licet, quæ simpliciter à depravato intellectu promanant, sub legem & animadversionem non cadant *l. cogi-* 13
tationis de pæn. Tamen si eadem per depravatam voluntatem in malefacta abeant, & opera facinorosa post se relinquant, armari
iura adversus delicta & facta enormia, opus est. *Lhem. princ.* 14
Iuris lib. 4 pag. 169. & se. Min. Cels. de hæret. capit. supplic. non affic. sect. 3. fol. 180. 194. 199.

Verum diligentissimè etiam in delictis animadvertendum, 15
an ex proposito, dolo malo, animo nocendi: an impetu, casu, ignorantiâ quid commissum argui possit: adeò ut nisi animus
deliberatus intervenerit, pœna legis locum non habeat: cum 16
traditum sit à nostris, nisi voluntarium, delictũ esse aliquod nullo modo posse *c. 1. in princip. & §. cui sententia & c. ultimo 15. q. 1. Ioan. Vaud. quæst. lib. 1. c. 46.* & maleficia voluntatem & proposi-
tum delinquentis distinguere: neque tàm factum quàm caussam 17
faciendi, inquirendam esse *l. verum. 39. l. qui injuria 53. de furt.* 18
Covarru. in Clem. si furiosus par. 2. in princ. fol. 272. & seq. de homicid. Picolom. grad. 2. c. 21. gra. 3. ca. 21. ex quo est, quod ex variis
circumstantiis Iudex quandoq; movetur, ut pœnam delicti aut 19
planè omittat, aut leviorem faciat, *l. perspiciendum 11. l. aut facta 16. de pæn.* de quibus caussis latissimè ex nostris agunt *Tiraq. de pœnis. & passim. Ludovic. Carrer. in prac. crim. in materia homicidij §. circa quartum cum seq. f. l. 163. & seq.*

20 Inter cæteras caussas ponitur & mentis alienatio, demen-
21 tiæ, furor, stultitia, fatuitas, Nam & in contractibus, testamen-
tis & delictis sæpè quæritur, quid de illorum, quorum mens læsa
est, & actionibus sentire debeamus: an semper pro nullis, impu-
nitis, & frustraneis eas habere conveniat, & an ulla in his distin-
22 ctio sit adhibenda. Et quidem varias esse stultitiæ species, et-
iam proverbio illo monemur, quo ex *Plutarchi collectaneis Eras.*
Chil. 3. cent. 10. adag. 97. dictū olim retulit: μανία γ' οὐ πᾶσιν ὁμοία:
non ut mansuetioris illius, quæ speciem habet prudentiæ, stu-
diosos huc accersamus: quorum in navi stultifera *Sebastiani*
Brandi numerus est infinitus, & qui in mundo soli penè Magni,
sapientes & beati sibi videntur, qui priscis vocabulis sua tegunt
errata, sincerumque vas incrustant, qui Curios simulant, & Bac-
chanalia vivunt *Iuvenal. Satyr. 2. Horat. lib. 2. Sermon. Satyr. 3.*
lib. 1. epist. 18. Bartas. Sepiman. 2. pag 251. 255. sed ut eorum sal-
tem, quorum manifestior est error, & mentis emotio & aliena-
23 tio apertior, acta & malefacta consideremus. Frequentiùs enim
24 de furiosis, dementibus, & mente capitis *Interpp. nostri* agunt,
quos à contractibus, & testamentis removent, pœnis delicto-
rum eximunt, gentilibus & curatoribus regendos tradunt; sic
25 tamen ut in his momenta furoris, ubi per intervalla insaniæ fer-
vor quiescit, diligenter æstimentur, & actionum qualitas, an sa-
næ scilicet menti conveniant, vel minùs, cogitetur: item an
diu quieverit furor, an recurrere mox soleat, accuratè conside-
retur, de quibus omnibus quoniam diligentissimè nostri præ-
ceperunt, nihil nunc ingemino, studiosos lectores istuc remi-
sisse contentus, ex quibus plenissimè constat, quando furor in-
26 habiles homines ad contrahendum vel testandum faciat, aut à
delicti pœna excuset, latè *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt.*
49. nu. 1. & se. & cons. 82. lib. 1. Tiraq. de pœn. caus. 3. Petr. à Placa de
delict. cap. 29. Steph. Forcat. dial. 33. Hotom. in lexico, verbo Demen-
tia, furor, melancholici, mente capti, Pet. Royz. decis. Litu. 1. n. 110.
& seq. decis. 2. num. 32. & se. decis. 4. num 319. & se. Roderic. Suar.
allegat. 1. nu. 3. & se. Fulv. Pacian. de probationib. lib. 1. c 43. num. 1.

&

& se. Sfort. Odd. consf. 93. num. 1. & se. Bertazz. consf. 228. num. 17. 18. & alibi. Claud. in addit. lib. 1. Bonif. Ruger. consf. 35. num. 1. & se lib. 1.

Duo tantùm subijciam, quæ ex facto nuper oblata, solicitam mihi cogitandi curam attulerunt. Primum, quid de hoc ge- 26
nere fatuorum, qui neque insaniunt, neque noxii cuiquam sunt, sicut furiosi, aut toto animi judicio carent, ut generaliter de-
mentes, quasdamve furoris dementiæve habent inducias: sed 27
prudentiæ non satis sunt ac consilii compotes, sentire: Deinde, quo loco hos, qui melancholicis, aut aliis vehementioribus affectionibus, velut captivi tenentur, habere debeamus.

Priores illos quod attinet, recte monent, qui diversum in 28
his, quam furiosis, jus statuunt, & proinde illos, & contrahere, & testari posse, ajunt: cum non plane intellectu careant, sed obtusior & stupidior aliquanto mens existat, quos grossos, & grossolanos Interpp. appellant, suntque plane medii inter pru- 29
dentes & dementes, id est, qui nec tota mente præditi, nec tota rursus sunt privati, sed aliquem modum prudentiam capiunt. *Decius in l. furiosum de regul. Iuris Vigl. in §. item furiosi nu. 2. & se. Instit. quib. non est permissum facere testem. Forcat. in d. dial. 33. Pet. Royz. decis. Lituan. 4. num. 341. Cephal. consf. 546. num. 49. lib. 4. Bonif. Ruger. consf. 35. nu. 23. & se. lib. 1.*

Proinde cum virginis cujusdam testamentum, quæ stupi- 30
ditatis & simplicitatis fatuæ nomine semper malè audierat, Collegio VVitebergensi oblatum, & de huius validitate quæsitum fuisset, *judicatum* † est: non propterea minùs valere, quod sim- †
plicioris intellectus fuisset testatrix: cum mente nihilominùs ad aliquem modum uteretur, & dispositio ipsa nihil insani aut absurdi in se contineret.

At quod deinde Melancholicos attinet, videri potest, hos 31
nequaquam inter insanos ponendos, aut à pœna excusandos; quippe cum Melancholiam quidam cotem ingeniorum excel- 32
lentium credant: & *ICti Vlp. & Paul. in l. 1. & 2. de Aedil. Edict.* melancholicos, & hos, qui præter modum timidi, cupidi, avari

33 & iracundi sunt, inter se comparent: quos tamen nemo facilè dixerit ad contrahendum & testandum inhabiles, aut à pœna immunes esse. Verùm utut ista in melancholia temperata, sive
34 ea naturalis vel animalis sit, aut etiam ὑπὲρ φύσιν, quâ præditi ἐνθασικοὶ dicuntur, procedant *Riolan. de temperamen. c. 10. 11. & de e functio. & humor. c. 9.* certè accidit interdum, ut Melancholicus
35 humor salubriter humano corpori datus, in atram bilem & venenum pestiferum degeneret, indeq; morbus, quam Melancholiam primariam vocant Medici, procreëtur, ubi cerebrū primariò afficitur, sive peculiari, sive totiùs corporis vitio; quâ men-
36 tis alienatione laborantes, vel cogitant, vel loquuntur, vel efficiunt absurda longeque à ratione & consilio abhorrentia, eaq; omnia cum metu & mœsticia: Hoc igitur casu bonus Judex ar-
37 bitrium suum temperare debet, ut intelligat, quomodo quæ de insanis dicta sunt, ad hos etiam accommodet. Nam ut μανία, sic
38 etiam μελαγχολία ad depravatæ, aut perturbatæ mentis functiones, pertinet & desipientium delirantiumque ordinem melan-
39 cholici quandoque implent *Ioan. Fornel. patholog. lib. 5. c. 2. Cal. Rhodig. antiq. lectio. lib. 3. c. 12. lib. 6. c. 9. lib. 17. c. 2. 3. 4. 5. c. 23. lib. 23. cap. 23. lib. 29. c. 14. lib. 30. c. 9.* Imò manifestiùs evadet, si
40 mirandas melancholicorum quorundam affectiones, consideraverimus, in literas relatas, & usu passim cognitas perspectasq; *Galen. de Symptom. differint. & de cau. Symptom. lib. 2. & de affec. loco. noti. lib. 3. Alex. Trallian. lib. 1. Fernel. d. lo. & de abdit. rer. caus. lib. 2. cap. 16. Scalig. exerc. 307. sect. 5. exerc. 312. Bartas. septima. 2. die. 1. pag. 247. 252. Bierman in disput. de magicis actio. them. 39. 41 Cornel. Gemma. Cosmocrit. lib. 1. cap. 7. pag. 157. 169. VVolferthus de lycantroph. pag. 10. 98. Bodin. de Dæmonoma. c. 6. Philip. Camerar. meditat histor. cap 72. Cal Rhodig. d. lo. Steph. Guazz. de civil. conversa. lib. 1. pag. 12. & seq. lib. 4. pag. 602. Michaël Glyza. annal. par 1. pag. 88.*

41 Unde quidam se vasa fictilia, cerea, vitrea, canes, gallos gallinaceos, leones & alia quædam sibi esse visi sunt: quidam in

lupos

lupos se mutatos existimârunt, unde & lycanthropiæ morbo origo ducitur. Fuerunt qui morbos, febrem, hydropem ex forti imaginatione sibi persuaserunt; Denique fuit nostro sæculo, qui mortuum se profitens, cibo & potu diu abstinuit, & inediâ mortuus omninò fuisset, nisi Medici, seipsum quoque mortuum fingentis, & suo exemplo ægrotum istum ad capiendum cibum invitantis, singulari consilio & industria fuisset restitutus. Pertinentque huc Melancholici Ecstatici, quorum mens planè peregrinatur: 42
Alii se Acephalos putant, quidam cum in milij granū se transformatum crederet, nolebat cameram egredi, ne à gallinis deglutiretur: alii cœlum terramque digito auriculari, ut Atlas, humero se sustinere, ac ut oneris ruinam defugiant, pavent, 43
vitam sibi acerbam mortem salutarem, credunt: imò ad desperationem ex tristitia adacti, quandoque manus sibi inferunt. Fuit apud Saracenos & Persas, Anno 757. dirum illud furoris genus, quo multi, bonis omnibus amandatis & venundatis, spontè se in flumina nudos conjecerunt, referente *Cornelio Gemma Cosmocri. lib. 1. c. 8. pag. 219.* & de Milesiarum virginum furore, & eorum, qui nullâ manifestâ caussâ mortem sibi intulerunt, alibi scripsi. 44

Atque hinc non malè veteres, caput Melancholicum Balneum esse Diabolicum dixerunt *Ioan Georg. Godelman. de Lamiis lib. 2. cap. 2.* Etenim tristitiæ jactis per Melancholiam fundamentis gaudet Diabolus fragilitati humanæ retia tendere, quibus involuta tandem pereat: & periculosiores sunt affectiones istæ, quam ulla corporis ægritudo. Nam ut eleganter *Bartasius in divino illo suo infantiæ Mundi opere* scribit *septima. 2. pag. 194. & seq.* quemadmodum bellatores solent magis hoc studere, ut consilia adversæ partis, quàm arma & machinas externas evertant, & potiùs mentem, quam præsidium exterius, oppugnent: Ita & hostis ille humani generis perpetuus, principis animæ facultates potissimùm sibi aggrediendas statuit, & consiliarios Regis ante omnia corrumpendos, ut his alienatis, reliquo sine mente corpori illudat. 45 46

Non

Non est nunc animus omnes delirii species & affectiones huc congerere, de quibus ex professo Medici, & ex Philosophis quidam tractârunt *Bartas. septima. 2. d. pag. 195. & seq. 146. & se. Auctores suprà citati omnes.* Satis sit & Melancholiæ affectionis

48 peculiaria παραδείγματα, digitum veluti intendisse: & caussa hujus mei laboris fuit potissimùm ista: quod anno 1596. mense Aprili contigit, ut mater ex atra bile, & Melancholiæ illius morbo, laborans, non suam tantùm, sed & liberorum vitam sibi acerbam putans, tenellum etiam infantem, pede capiti illiso, occiderit. De cujus parricidii pœna posteà VVitebergæ fuit à senatu quodam quæsitum. Primùm autem omnium constabat, mulierem non integræ mentis, sed desperatæ & emotæ fuisse; cùm ante delictum & absurda, & tristia sibi finxisset, locutaque fuisset; Prætenderat enim, liberos fame perituros se existimasse: cùm tamen plenam carnibus ollam domi habuisset, iisdemque excoctis famem liberorum explesset, & maritus tantum labore se consequi affirmaret, unde ad alimenta satis sibi, uxori, & liberis esset. Illud etiam perperam ab illa creditum, cùm sumto cibo & potu, falsò putaret ventres liberorum disruptum iri, quia non tàm citò, prout sibi persuaserat, urinam reddiderant: & quòd magis è re existimârat fore, si ab ipsa statim interficerentur, quàm ut longis doloribus cruciati, tandē nihilominùs perirent. Præcipuè autem summa in muliere tristicia & desperatio animadversa fuerat, eandemque à solitudine, in qua absente diu marito fuerat, ortam testes narrabant, sed & sub ipso illo immani actu, penè more furentis, cultello, quem arripuerat, vim vicinis intentare, & atrocius quiddam spirare, & designare velle visa erat, quibus posteà abeuntibus, reconditum pravum delirium in suprà memoratum scelus erupit. Affirmabat etiam maritus, animadversas in illa jam antè levis febricolæ notas. Quæ superiora omnia Melancholicæ tristiciæ signa non dubia suppeditant; tantùm quod de Febre afferebatur, dubitationem movere

49 potest. Nam Melancholicam desipientiam sine Febre Medici esse statuunt *Fernel. d. lo. Fuchs. instit. Medic. lib. 3. sect. 1.*

Verùm aut fallus in eo, quod dixit, fuit Maritus, aut hic affectus
ad illud insaniæ genus pertinet, quod *Celsus lib. 3. de re Medica,
c. 18.* ait ferè sine febre incipere, leves deinde febriculas excitare,
& consistere in tristitia, quam bilis atra contrahere videtur.
Utcunque autem se res habeat, satis ex jam antè commemoratis
liquebat, emotam mulieris mentem fuisse, cum delictū perpetraret:
sed tamen non adeò manifestâ insaniâ, qualem in Mania
& furore solemus animadvertere: Nam neque Melancholia,
etiamsi in summo gradu fuerit, facit, ut homines perpetuò 50
insaniant, vel delirent: sed quietiùs plerunq; agunt, & per intervalla
leviùs delirant, donec aliquando à bile atra mens non tantùm
turbata, sed expugnata deprahendatur. Itaq; per interval
la recurrit Melancholiæ morbus: & affectionis pravæ signa se, a 51
liàs minùs, aliàs magis, produnt. In hisce igitur dubitationibus 52
difficilè dictu erat, quæ tàm immani sceleri pœna dictanda esset. 53
Manifesto aliquo furore mulierem deliquisse nō constabat: sed
potiùs nimia tristicia falsaq; imaginatione, & desperatione vi
tæ eò adactam; proinde aliquid in ea mentis fuisse. Cui argumentum
præbebat; Quod perfecto delicto, cùm vicini clamobus
cæterorum liberorum, quibus similiter minæ intentatæ erant,
excitati, eam repræhendissent, & posteà impetus ille deferbuisset,
agnoscere se dixit scelus suum, intereà autem semper
capitis perturbationem, & vigilias allegavit, quibus impediretur,
ne plenè rem totam animo secum expendere posset. Absolvere
igitur illam, & à tàm immani parricidii crimine planè puram
pronunciare remissiùs visum, eoque committendum non
putabatur: maximè cum nonnulli, etiam manifestum furorem, 54
à parricidij pœna, planè non excusare tradiderint, *per l divus de
offic. Præsid.* in quam rem & exempla & auctorit: *Iul. Clarus* allegat
*in pract. crim. q 60. nu. 7. Tiraq. de pœnis caus 3. num. 6. Ludovic.
Carrer. in prac. in materia homicid. §. secundo excusat. &c. num.
7.* Et eand. rem latiùs persequuntur. *Placa d. cap. 29. num. 1. Vasq.
contro. illust. cap. 69. nu. 31. Gomes. tom. 3. var. cap. 1. nu. 72. Covarr.
in clem si furiosus par. 3. nu. 3. ex. de homic. Farcat. dialo. 33. num. 4.*

Gail lib.2.obs.110.nu.21 cum seq. Fichin. par.3.contr.lib.9.c.3. Tandem
† *placuit.* † media sententia, ut fustigatio cum perpetua rele-
55 gatione dictaretur, sic tamen, ut priùs ad aliquod tempus carce-
re detenta ex verbo DEI, per ministros legis & Evangelii, dili-
genter de errore suo admoneretur, & à desperatione ad fiduci-
am gratiæ divinæ paulatim traduceretur, cæteraque, quæ ad
56 corporis & animæ curam pertinent, adhiberentur. Ita enim & delinquenti consultum fore, & exemplum tamen vindictæ publicæ aliquod extiturum, ne omninò tàm infame crimen inultum remaneret, & caussa delinquendi tolleretur.

Neque verò quis miretur, adactam per desperationem Ma-
57 trem, ut mortem tenello infanti, pedis illisione ad caput infer-
ret, quando alii sibiipsis, ex hac, & non alia manifesta de caussa,
58 manus inferre soleant, & qui sibi non parcunt, multò minùs ali-
is parcere velle judicentur *l. ult. § sic autem 2. de bon. eorum qui ante sententiam l. cum autem 23. § excipitur 3. de ædil. edict.* Et sunt
59 in his affectionibus fœminæ naturâ imbecilliore, & quarum ali-
oqui mens non rarò peregrinetur *Cælius. Rhodig. lectio. antiq. lib. 23. c. 32. Binsfeld de confess. malef. pa 155.* Melancholicas porrò affectiones, in criminibus à pœna excusationem aliquam præbere,
60 testis locuples est. *Claud. Bertazzol. in additio. ad Bartol. Bertazz. cons. 228. v. 5. si quis erit natura melancholicus, &c.* & post hunc *Sfort. Oddus cons. 93. nu. 25. & seq.*

De remediis autem, si quæritur, primùm DEUS OPT.
61 MAX. orandus est, ut per Spiritum lætitiæ, immundi spiritus
tristes suggestiones abigat, cavendæ solicitiores & intensiores de
humanis miserijs cogitationes, neque locus dandus præparato-
riis mali spiritus, quibus mentes primùm aggredi, & in sua retia
62 trahere studet. Nulla tanta calamitas & miseria est, quæ nos à
charitate CHRISTI divellat: cum per hunc victa esse mun-
dana omnia, ut nos tantò confidentiùs vivere possimus, scia-
63 mus. Proinde jubemur in Domino semper gaudere, & indefi-

nenter

nenter orare, cavere mundi dolorem, qui mortem efficit, arripere divinum dolorem, unde gaudium & salus nostra oritur *Joan. 16. ver. 33. Rom. 8. ver. 35. c. 12. v. 12. Rom. 14. 17. cap. 15. v 13. & 1. Corinth. 1. 3. 4. c. 6. ver. 10. c. 7. v. 6 10. Philip. 4. ver. 4. & 1. ad Thess. 5 v. 16 17.* Et rectè sapiens Ecclesiastes, animi anxietate & mœrore repudiato, ad tranquillum jucundumque mentis statum omnes revocat, tanquàm præsentius morbis animi remedium afferri non possit *Eccles. c. 3. v. 12. c. 8. ver. 15. c. 9 v. 4. 7. 8. c. 11. v. 10.* Sunt etiam in hunc usum multæ à Domino Luthero scriptæ, Epistolæ, quas *Tomo IX. VVitteberg. fol. 471. & se. & Tomo XII. fol. 161. & se. fol. 174. & se.* legere, qui hujusmodi actionibus obnoxii sunt, possunt.

Altera corporis Cura ad Medicos pertinet, quomodo quendam Thrasilaum peculiari insaniæ specie laborantem, & omnes naves suas Piræum ingredientes, arbitrantem, Medici Athenienses industria sanavit, *teste Athenæo lib. 12.* quem post morbum etiam, relatum est, facetè dixisse, se nunquam vixisse jucundiùs, quàm cùm ita affectus fuisset. *Cælius Rhodig. lectio lib. 17. c. 3. circ. fin. Erasm. in adag. d. lo.* 64

Atque hæc hactenus: quibus, occasione eorum, quæ ex *Bertazzolio* adduximus, adjungere placet, quod is *ibidem* etiam Amorem vehementem, non tantùm inter insaniæ species ponit, sed & ad pœnæ mitigationem multùm facere contendit. Id verò non ita simpliciter accipere oportet: cùm, alioqui hujusmodi cupidines domitas habere conveniat, & exemplo perniciosum sit, talibus allegationibus immunitatem dare. Proinde etsi maxima Amoris vis sit, quæque mentem non tantùm turbare & oppugnare, sed & evertere & expugnare quandoque deprehensa legatur *Cælius Rhodig. lib. 29. c. 16. lib. 23. c. 1. & se Tiraq. de pœn. cau. 4. nu. 1. & se. Menoch de arbitr. lib. 2. c. 328. num. 1. & seqq. Gomez. resol. lib. 2. tit: de Restit. num. 8: Covarr. in medit. par. 1. cap. 10. in princ. Balthasar Castilio in aulico sub finem. Libav. in disput. de cruent. cadav. pag 295. Petr. Lanzius in theat. mundi circ. fin.* 65 66 67 68

Tamen

69 Tamen non omnem ideò pœnam ab eo obliterari posse, credendum est, &, si mitigatio, *secundum Tiraq. & Menoch. d. lo.* re-
70 cipi debet, videndum nihilominus bono Iudici erit, ut ex facto, benè ponderatis circumstantiis omnibus, moderatum & sanum arbitrium ad rem dubiam afferat *l. perspiciendum. D. de pœnis.*

QUÆSTIO XXXIX.

DE PURGATIONE PER QUAM frigidam vetita, & illicitis aliis explorationum speciebus, contra illarum veteres & novos patronos. De cruentatione cadaveris interfecti; An hæc duo inter legitima indicia debeant collocari, & quàm rectà ratione nitantur.

SUMMARIA.

1 *Diabolus insidiando hominibus, conatur eos semper in suum errorem pertrahere, sub fallacis boni prætextu, & nu. 7.*
2 *Fingit se tanquam testem & præconem Euangelij.*
3 *Veritatem & salutem humanam indagare & ambire.*
4 *Mille artes nocendi novit, easq; quæ ad hominum usum creata sunt, ad suum usum, in pessimum causam transfert, num. 11 & nu. 80.*
5 *Incantationibus, in finem bonum, puta pro avertendis morbis & hominum sanitate, non utendum, & num. 72. & num. 76. Licet Apuleius olim & Medici veteres, nec non constant. Imp. in l. 4. C. de malef. alijq; illud probarint, nu. 6. sed vide num. 71 ubi dicitur, d. l. 4. ut iniquam reiectam. Et nu. 52. nu. 59. & num. 122. & secundum eam facientes punitos fuisse, eiusq; rei incommodi, num. 75.*

8 *Exploratio maleficarum per aquam frigidam superstitiosa est, & neutiquam probanda.*

9 *Eam diu damnatam, multi ab Orco revocare voluerunt, ut in VVestphalia mali judices num. 44. & Adolphus Scribonius, num. 58. & novissimè Iacobus Riccius qui ob id reprehenditur, num. 30. & num. 124. ubi cum seqq. eius argumenta refutantur.*

10 *Eius origo antiqua est, & usus olim creberrimus num. 22. etiam in Germania num. 33. non tantùm, quando indulgebant gentilium superstitionibus, sed etiam, quando religioni Christianæ adhærere cœperunt, num. 38 Sic apud Neapolitanos, & tempore Ludovici Regis, in usu fuit, nu. 37.*

12 *Diabolus ad magicas incantationes, aere, igni, aquá & terrá abutitur, harum exempla remissivè nu. 16. in iisq; elementis naturas spirabiles posuerunt Platonici, num. 15.*

13 *Simulacra eorum, quæ in aquis lege divina prohibentur.*

15 *Aquæ elemento multa adscribuntur.*

17 *Elementis quatuor, in purgationibus & expiationibus, etiam veteres sunt usi.*

18 *Exploratorum genera olim sex remissivè.*

19 *Magiæ species, per modum aquæ, Hydromantia & Pegomantia dicta.*

20 *Aqua primum principium rerum naturalium.*

21 *Aquarum miracula multa: Et singularia eorum exempla nu 25. cum seq.*

23 *Purgatio per aquam, vulgaris olim dicta.*

24 *Aquá gentiles purgabant omnia, & eandem omni lustrationi adhibebant.*

26 *Divinatio è pelvi.*

27 *De divinatione specularia remissivè.*

28 *De aqua Inûs, in qua si polenta iniecta mergebatur, pro bono signo habebatur.*

29 *De Asphaltide lacu, & Arethusia, in quibus nihil mergi potuit.*

30 *Galli natos gelido amne immergere solebant.*

31 *Infans Rheno impositus, apud Celtas & alios, adulterij paterni crimen detegebat.*

32 *Tucia vestalis virgo apud Romanos, eâ exploratione, criminis illati suspicionem amolita est,*

34 *Purgationis eius in Iure Sax. lib. 3. art. 31. & Lehnr. c. 4. vestigia apparent: & comprobatur lib. 1. art. 39. lib. 3. art. 21. ac nominatur Wasserurthel. nu. 56. sed improbatur Lehnr. cap. 20. in fi. nu. 57.*

35 *Glossator d. art. 31. reprehenditur, eiusq; verba declarantur.*

36 *Explorationis illius modus, & nu. 41.*

39 *Formula apud Germanos olim conceptis verbis, & precibus, alijsq; solennibus additis fiebat: Verba coniurationis aquæ referuntur, nu. 42. & hominis adiurationis nu. 43.*

40 *Formula ab Eugenio, Ludovico Imperatori præscripta, qui præcepit: ut strictè apud fideles custodiretur, nu.45. quod tamen paulò post correctum, & aliud piè constitutum, nu. 51. & nu.53 cum seqq.*

46 *Ludovicus Imp. & Ecclesia, illo superstitionis fermento olim inquinata, excusari potest, & nu.47.*

47 *Ignorantibus magis quàm contra conscientiam pugnantibus, ignoscendum.*

48 *Sancti suos quoque nævos habent.*

50 *Illuminatio divina paulatim augetur, & incrementum capit.*

52 *Explorationem per aquam, ut divinæ scripturæ repugnantem, rectè improbarunt multi, adeoq; Theologi, ICti, Medici, Philosophi, & nu. 59.*

54 *Lotharius Imp. ex sententia Stephani V. Papæ eam disertè prohibuit.*

55 *Lucius III. Papa inter indicia insufficientia posuit.*

59 *Ius Sax. eandem improbat.*

61 *Eaq; pugnat (1) cum Iure divino, nequicquam in contrarium faciente Numer. cap 5. vers. 12. uti declaratur, num.69.*

62 *Purgatio hæc species idololatriæ, & tentationi in Deum adscribitur, nu. 65. &*

63 *Idola unde primitùs originem traxerint.* num. 71. & nu. 84

64 *Signa à DEO, in re creata, postulare, est tentatio in DEUM.*

66 *Sacramentum Baptismi ad hanc purgandi speciem, applicandum non est.*

67 *Sacramenta extra usum institutum, non sunt sacramenta.*

68 *Excogitata præcepta omnia quæ in sacra pagina non reperiuntur, vana sunt.*

70 *Veneficæ si semel, aut sæpiùs, illâ exploratione deprehensæ fuerint; in consequentiam trahendum id non est, cum sit fallax indicium, & innocentes sæpè perdiderit.*

72 *Mala facienda non sunt, ut eveniant bona, & nu.77.*

75 *Maleficorum operâ utendum non est, ad removendum maleficium.*

75 *Magi & arioli, ob quamcunq; caussam vitandi.*

77 *Operam petere à diabolo non debemus, qui licet corpus nonnunquam sanet, graviora tamen animæ pericula infert.*

80 *Purgatio per aquam (2) cum Iure naturali pugnat, quando rebus naturalibus abutitur ad usum non naturalem, & omnia confundit: Proinde licet etiam sine magicis ligaturis procedat, tamen quia certa experientia, &, ex natura, petita ratione caret, vitanda maximè, num.95.*

81 *Diabolus res naturales suis præstigijs adhibet.*

82 *Verba peculiaria, signa incantationum, formas & sacrificia, suis magis præscri-*

83 *Locus 4 Reg. cap. 6. v. 4 & seq. declaratur.* {bit.

85 *Purgatio per aquam (3) juri civili, quod ordinarium naturæ cursum tuetur, repugnat.*

86 *Reorum confessiones non aliter ratæ sunt, quàm si juri & naturæ correspondeat.*

87 In criminum investigatione, ante omnia de delicto, & delinquente, constare debet.
88 In qua etiam verisimiles coniecturæ, & indicia admittuntur.
89 Inter quas purgatio illa per aquam non reperitur à DD. relata.
90 Sed magis reÿcitur, uti ex professo reiecerunt, qui recitantur, nu. 93.
91 Indicium, ex magica arte, ad torturam capi non debet.
92 Indicia ad torturam sunt arbitraria,
93 Lege & ratione temperari, atq; ex honestis & gravibus caussis proficisci debere.
95 Sanguis ex occisi vulnere promanans, indicium ad torturam, contra designatum, sufficiens regulariter non est, & n. 97. & n. 104. ubi huius rei rationes, quæ sententia probatur, nu. 108. & n. 113. & n. 116. contrarium volunt alÿ, nu. 89. & nu. 111. Eiusq; rei caussæ variæ à variis, quæ recitantur nu. 101. & nu. 112. & tamen, quæ vera & propria, adhuc ambigitur, n. 106. Utut sit, indicium illud, ad inquisitionem & capturam sufficiens esse, dubitandum non est, num. 110.
99 Sympathiæ & antipathiæ in rebus naturalibus vis maxima.
102 Deus signa cadaveribus non tantùm addit, sed etiam cordibus homicidarum impressit furias ultrices, vindictæ divinæ signa.
105 Sanguinis concitandi vis multis in reb. inest, vel ex crasi, vel ex magico instituto.
107 Philosophi licet exercitati, difficulter tamen necessaria signa, remotis accidentariÿs, patientibus constituere possunt,
109 Naturæ opus venerandum quidem sed effectibus saltem, ut naturalibus, cùm mutabiles nonnunquam sint, fidendum.
111 Coniecturæ leviores ad incarcerationem sufficiunt.
114 In caussis criminalibus, maior, quam in civilibus adhibenda discretio.
115 Caussæ ignotæ in consequentiam non trahendæ.
117 Ius civile imitatur naturam, quatenus caussam cum ratione assequi potest.
118 Ius debet esse certum & finitum.
119 Divinatoria responsa à ICtis vitanda.
120 Experimento uni, aut alteri, non statim fidendum.
121 Exemplum, quod litem lite resolvit, non imitandum.
122 Res iure divina & humano prohibita, semper prohibita, nec precibus aut ceremoniis revocanda censetur.
126 Malum semper malum, & ubiq; prohibitum dicitur.
127 Ab omni specie mali abstinendum.
128 Regula: Quæ non prosunt singula, multa iuvant: quomodo ad materiam iudiciorum pertineat.
129 Ex pluribus imperfectis, unum perfectum resultare vix potest.
130 Exploratio per frigidam, pietatem lædit, & religionis iuvandæ caussam nullam habet. Imò innocentes sæpissimè affligit 132.

131 *Fallacius nihil, quàm prava religio.*
132 *Opinione sola religionis niti, valdè periculosum, quod exemplo declaratur.*
134 *Nocentes ut absolvantur satius est, quàm ut innocentes mactentur.*
135 *In judicijs per viam regiam & tritam ambulandum.*
136 *Modi, ad excarnificandos homines, novi non excogitandi.*
137 *Verbo DEI, sub boni spe, ad arbitrium non abutendum.*
138 *DEO soli inserviendum.*
139 *Quod de nobis iudicari volumus, idem de alijs iudicare debemus.*

1 QUi Ethnicæ superstitionis historiam cognoverunt, intelligunt satis, omni tempore in hoc totis viribus incubuisse malos dæmones, ut homines, bonorum falsa specie fascinatos, in suum errorem & perniciem traherent: Neque desiit perpetuus generis humani hostis Diabolus, etiam in media veritatis cœlestis luce, se in lucis Angelum transformare, & tanquam præconem & testem Evangelij profiteri, quomodo Filium DEI, & Apostolum eius Paulum, se agnoscere palàm declaravit: *Matth.8.vers.29. Luca 4.v.34.35.41. Actor.16. ver.17.18. & 2. Corinth.11. vers.14.15.* Et ut restituere hominibus sanitatem, & amissa alia bona reddere videretur, finxit interdum, se nihil aliud, quàm veritatem, & salutem humanam, indagare & ambire. *Ioan. Saruber. in Polycrat. lib.2. cap.27.* Eiusmodi nomina mille, & mille nocendi artes, elegantissimo carmine descripsit *Salustius Bartasius de infantia Mundi par.2. primi diei nu. 65. & seq.* Et extant huius rei, in omnibus dominationum generibus, quæ pro avertendis tempestatibus & morbis, & salute hominũ procuranda exhibentur, manifestissima documẽta. Neq; mirum est scripsisse *Apuleium Apol.1.* Nihil, quod salutis ferẽdæ gratia fiat, criminosum esse: cum etiam veteres Medici, carmina remedia vulnerum annotârint *Petr. Greg. lib.34. Synt. cap.9. nu.9. 10.* & multi incantationib. vicerint, hostesq; fuderint *idem d. lib. 34. Synt. cap.10.* Quin & *Constantinus*, Imp. laudatissimus, *in l.4. C. de malef. & mathemat.* Magiam, hominum utilitati inservientem, commendavit. In Ecclesia quoque semper studuit Sathanas, suũ hominib. venenũ, sub fallacis boni prætextu, propinare.

(margin: 2 beside "ritatis cœlestis luce"; 3 beside "tem, & amissa"; 4 beside "ribus, quæ pro"; 5 beside "minũ procuranda"; 6 beside "10. & multi")

Atque hujus generis illud est, quod per aquam frigidam, ma- 8
leficarum crimen explorari, non tantùm olim homines credi-
derunt, qui istam jamdudum damnatam superstitionem ab Or
co revocandam, & rationibus insuper futilibus muniendam
censuerunt; quorum tamen error satis reprehensus & contesta- 9
tus extat, si modo & ij, qui errârunt, peccata agnoscere, & ad
solem clarissimè lucentem, oculos claudere non studerent. Pla
cet igitur, post novissimos de hac re scriptores, aliquid adjicere
in præsentia.

Sanè, unde originem ducat hoc explorationis genus, non 10
potest nos, nisi temporum historia, docere. Constat quippe Sa-
thanam omnia, quæ in salutarem usum à DEO creata erant, ad 11
suum commodum, in pessimum abusum transferre semper co-
natum: & ad magicas incantationes elementis, aere, igni, aquâ & 12
terrâ plurimum esse abusum.

Antiquissimum hujus rei testimonium nobis perhibet
ipsemet Dominus *Exodi 20. vers. 4. Deuter. 4. vers. 13.* cum præter 13
simulacra alia, etiam ea, quæ in aqua fiunt, prohibet; Item-
que, cùm in historia Ionæ, placandi maris & avertendæ tempe-
statis gratiâ in profundum Propheta jaciendus destinatur. Et
similis fuit superstitio barbarorum, qui naufragum Paulū ideò 14
in aqua servatum, incolumem putabant, ut ob crimen in terra
pœnam promeritam lueret, *Actor. 28. v. 4.* Certè Platonici in
ijs omnibus, quæ elementa dicuntur, naturas quasdam spirabiles 15
posuerunt, & divinationum, ex igni, aere, aqua, terra, exempla
recenset *Camer. libel. de generib. divinatio. pag. 127.* & similiter
priscam gentilium superstitionem, istis quatuor principijs, in 16
purgationibus & expiationibus criminum, usum esse, ex varijs 17
scriptorum locis pulcrè docuit *Iacobus Durantius varior. lib. 2.*
cap. 1. Imò, circa tempora increbrescentis Christianæ reli-
gionis, sex potissimùm explorationum generibus locus fuit, quę 18
hac serie *à Francisc. Hotom. disp. feud. cap. 44.* commemorantur:
videlicet per flammam, per crucem, per ferrum candens, per
aquam, vel gelidam, vel ferventem, per sortes & per corpu

19 Domini. Hæc autem singularis Magiæ species, aqua cõstans *Hy-*
dromantia appellatur, quam & *Pegomantiam* Græci vocant *Bod. de*
20 *Dæmonom. lib. 2. c. 1.* Fortè, quòd, *cum Thalete,* nonnulli aquam
21 primum principium rerum naturalium dixerunt, inter alia, plu-
rimis & magnis aquarum miraculis permoti: *Ioan. Riolan. de*
Physic. princip. c. 3.

22 Præterea jam olim, in divinationibus & purgationibus, a-
quæ usum creberrimum fuisse, constat: unde & vulgaris in jure
23 Canonico purgationis appellatio originem traxit *c. consuluisti 2.*
24 *q. 4.* Hinc & omnia gentiles non tantùm aqua expiabant, sed &
omni lustrationi eam adhibebant, ut ex permultis classicis au-
ctoribus probat novissimè *Ioan à Vlovern in additio. ad Petroni-*
um pag. 345. & seq. Iacob. Duran. d. lib. 1. c. 3. lib. 2. c. 1. & 2. Cer-
tè *Eurip. in Iphigen. in Tauris. Mare omnia hominum mala diluere,*
scribit. Et *Apule. Milesf. lib. 11.* in sua lustratione abolitionis
25 meminit & *Apolog. 1.* divinationis genus, per contemplationem
simulachri in aqua, singulare commemorat. Ita quoq; *Psellus*
lib. de Dæmonibus hujus divinationis ex pelvi, ut vulgaris, mo-
dum & formam describit, *tit. quomodo Magi excantent attrahantq́*
Dæmones. Item, *Iamblichus lib. de Mysterijs tit. inspiratio vacat ab*
actione, &c. Fœminam *ait* in Brancis fatidicam, vel sedere in
axe, vel manu tenere virgam ab aliquo Deo datam, vel pedes
aut limbum tingere in aquam, vel ex aqua quendam vaporem
haurire, & his modis impleri splendore divino & vatificandi
facultate. Testatur & *Nicetus Choniates lib. 2. in historia Andro-*
26 *nici Comneni,* divinationibus cæteris jam exoletis, solos eos im-
postores, qui è pelvi divinabant, & qui astrorum positus rimant-
27 tes, æquè fallebant & fallebantur, superfuisse. Ita *Pausanias in*
Achaicis & Ioan. Sarisbe. Polycrat. lib. 2. c. 27. speculariæ divina-
tionis meminerunt: Et, quod ad præsentem explorationem
propiùs accedit in *Atticis Pausanias scribit,* ubi Epidauri fit men-
28 tio, esse ibi aquam Inûs (cujus mentionem facit etiam *Natalis*
Comes lib. 8. mytholog. c. 4.) paludis non magnæ, sed profundæ.
in hanc igitur ferijs Inûs conijci polentæ massam, quæ, si merga-

tur aquâ, haberi id pro ligno bono, sin minus, pro malo. In lacu 29
Asphaltite Iudeæ nihil mergi potest, ut nec in Arethusa Armeniæ majoris, ut, post *Iosephum & Solinum*, tradit *Dinoth. locor. com. lib. 1. tit. de Mirabilib. lacubus, &c.* Refert *Aristot. Polit. lib. 7. cap. 17.* Gallos gelido amne natos immergere solitos. Hinc *Francisc. Iren. Germ. exeges. lib. 1. c. 17.* scribit, apud celtas in more fuisse positum, ut adulterii paterni crimen Rheno impositus infans detegeret, quod ibidem ex *Nazianzeno* confirmat. Et *Claudianus in Rufinum lib.* 1. idem meminit, ad quem locum annotando *Martinus Delrio scribit*, idem de Germanis *Tacitum*, de Italis *Maronem*, de Thracidus *Sidonium* prodidisse. Legimus etiam, quemadmodum apud Romanos Tucia vestalis, incerti criminis suspicionem, cribro ex Tyberi aquam hauriendo, & in ædem vestæ portando, diluerit *Valer. Max. lib. 8 c. 1. Ben. Perer. de Magia lib. 1. c. 6.*

30
31
32

Germanicarum porrò gentium notissimam hanc consuetudinem fuisse, Leges illarum antiquissimæ attestantur: & hujus quidem rei vestigia *compilator juris Saxonici provincialis lib. 3. art. 21. & feudalis cap.* 40. reliquit: Sed non rectè *glossator* exposuit: cum aquam ex Iudæorum lege bibendam à reis fuisse ait. Aliter enim, & superioribus convenientius, *Hincmarus Episcopus Rhemensis pro Lothario scribens*: Hoc, *inquit*, examinandus judicio, colligatus in aquam dimittitur, & aut purgatus statim judicio arbitrorum absolvitur, aut usque ad purgationem colligatus judicio examinatur, referente *P. Pithæo in glossario ad capitularia Caroli Magni.* Sic *inter Constitutiones Neopolitanas lib. 2. tit.* 31. Eorum, *inquit* Rex, sensum ridendum duximus, qui reum criminis constitutum, ob conscientiam læsam tantum ajunt ab aquæ frigidæ elemento recidi, quem submergi potiùs aeris competentis, retentio non permittit. Ubi *glossa* submergebantur, *inquit*, in aqua frigida tribus vicibus Testatur & *Ammonius lib.* 5. *c.* 34 Ludovici Regis tempore, aquæ frigidæ examen in usu fuisse, idemque formula pacis Alsatiæ *apud B. Rhenanum lib. 2. rerum Germ.* confirmat.

33
34
35
36
37

38 Etsi verò existimare quis possit, gentilium superstitione ad-
huc plenißimè imbutis Saxonicis, sive Germanicis omnibus
populis, hæc ita placuisse: Tamen observandum etiam in ipsa
religionis Christianæ penetralia hunc malum morem à primis
39 statim eius incunabulis, irrepsisse. adeò, ut etiam religiosi homi-
nes, conceptis ad hoc verbis, & precibus, aliisque solennibus,
usi legantur, prout *Aventinus lib. 7. Annal. Bojer.* consecratio-
nis aquæ calidæ formulam antiquam prodidit. Et *Fr. Iuretus in
notis ad Ivonem Carnotensem Epist. 91.* pleniorem hac de re narra-
40 tionem, ex vetusto manuscripto, & nec dum edito Codice pro-
tulit: formulam etiam subijciens, quam, petente Ludovico Im-
peratore, *Beatus Eugenius* composuisse dicitur. Ibi ergo, ad ju-
41 dicium aquæ frigidæ mittendus criminosus, ad Ecclesiam de-
ducendus, & sacris peractis, post conjurationem aquæ & homi-
nis, vestimentis exuendus, & in aquam proijciendus scribitur,
42 In verbis conjurationis dicitur inter alia:

Adiuro etiam te aqua, per Spiritum sanctum, qui super Dominum in te Baptizatum descendit, qui te invisibili sanctificatione sacratum, ad animarum purgationem inenarrabile constituit Sacramentum, per quam olim & populus Israeliticus siccis pedibus transivit, & ex aqua ferrum, quod casu ceciderat, Helisæus divinâ virtute contra naturam natans, in suo manubrio redire fecit, ut nullo modo suscipias hunc hominem, si in aliquo culpabilis est ex hoc, quod illi obiicitur, scilicet aut opere, aut consensu, seu conscientiâ, vel quolibet ingenio, sed per virtutem Domini nostri JESU CHRISTI *reiice ex te, & fac illum natare super te, quatenus cognoscant fideles* CHRISTI,

nullum præstigium, divina virtuti posse resistere:

In hominis etiam adjuratione leguntur hæc verba: 43

Quod si Diabolo suadente, celare disposueris, & culpabilis exinde es, evanescat cor tuum incrassatum & induratum, & non suscipiat te aqua incredulum & seductum, ut dicat populus, quia DEUS noster Judex est, cujus potestas in secula seculorum.

Ex quibus jam clarissimè constat: idem, quod nunc denuò
in *VVestphalia*, in usum à pravis quibusdam judicibus revocatum 44
fertur, jam olim apud Gentiles, & in ipsa Ecclesia usurpatum
fuisse, & à *Beato Eugenio* ita comprobatum, ut etiam *Ludovicus* 45
Imp. præceperit, deinceps hunc morem districtè apud fideles cu-
stodiendum esse. Neque adeò mirari debemus, in hunc erro
rem, sanctum alioqui hominem, lapsum, & teneram Ecclesiam, 46
hoc fermento gentilium superstitionis, inquinatam fuisse. Nam
& alia quædam, ex eodem fonte, in sanctorum communionem
manasse, historiæ Ecclesiæ periti satis norunt: Neque adeò hic 47
error in ignorantibus aut seductis culpandus, atque in his, qui
veritatem, clarissimè detectam, agnoscere renuunt, & contra
conscientiam pugnant, reprehendendus. In illis enim infirmi
tatis humanæ exemplum nobis proponitur, & sanctos etiam 48
homines, suis nævis haud caruisse, demonstratur. Isti verò dum
culpam defendunt, & in peccatis excusationem quærunt, cul- 49
pam suam augent, & spiritui sancto contradicunt. Quis porrò
est, qui nesciat, hanc esse illuminationis divinæ rationem; ut
non statim per eam plenissima cognitio veritatis infundatur: 50
quemadmodum & cæcus ille, valetudini pristinæ à Domino re-
stitutus, paulatim videndi facultatem ampliorem & illustriorē
recepisse legitur *Marc. 8. v. 24. 25.* & *Paulus Apostolus* paulatim
ad perfectionem Christianos pervenire non obscurè testatur,
1 Corinth. 3. v. 1. 2. c. 13. v. 9. Ephes. 4. ver. 13. 15. Quinimò salva-

tor noster, paulatim etiam Apostolis suis & fidelibus, conspicuum se exhibet, *Ioan.16.v.4.1 2.c.20.v.15.16.17.* Illustrior enim est solus Iustitiæ claritas, quàm ut caligantium oculorum nostrorum obtusitas eam statim recipere possit: prout nobis, ad Solis naturalis lumen accedentibus, contingit, ut repentinus intuitus noceat magis, quàm juvet.

51 Verùm enimverò cùm non longè post illam B. Eugenii ætatem, sancti homines adverterent, explorationem per aquam divinis repugnare præceptis, maturè ab ea recedendum quoque existimârunt: horumque sapientiam imitari nostro seculo illos
52 oportebat, qui adhuc glandibus veterum delectati, fruges tàm
53 pervicaciter aversantur. Præclarè igitur *in additionibus ad capitula Caroli M. & Ludovici Pij additio.4. cap.83.* constitutum legitur, ut examen aquæ frigidæ quod hactenus faciebant, omnibus interdicatur, ne ulteriùs fiat: quod ipsum Lotharium Imp.
54 co istituisse refertur, *in Lombard lib.2. tit.54.* Et apud *Ivo. Carnotensem epist.91. & 254.* ex sententia Stephani V. Papæ, examen per aquam frigidam & ferventem disertè prohibetur. Sic Lucius
55 III. Pontifex *in c. ex tuarum 8. extr. de purgat. cano.* purgationem frigidæ inter peregrina, & ad innocentiam testandam in-
56 sufficientia indicia, ponit. Similiter quamvis in jure Saxon. Landr. *lib.1. art.39. lib.3. art.21.* purgationis per aquam judicium simpliciter admittatur, & nominetur, Ein Wasserurthel: Tamen Lehnrecht *c 40. in fin.* hoc ipsum non obscurè improbatur, ut vel hinc constet, si qua fides purgationi ejusmodi olim tributa fuis-
57 set, eam, hodiè planè facessere debere: Tantum abest, ut eam, nescio unde petitis divinationibus, fulcire, Christianos præsertim deceat:

58 Facesset igitur *Scribonij* vanissimus defendendi illam purgati-
59 onem conatus: Et satis jam à Theologis, Iurisconsultis, Medicis & Philosophis castigatus, sopiat & quiescat: uti rectè hunc errorem refutandum susceperunt, relati à *Dn. Ioan. Georg. Godelmanno viro* & IC. clarissimo, amico & collega meo, quem honoris causâ nomino, *in tract. de Magis lib.3. c.5.* Quibus pòst accesse-

runt

runt *Theologi Marpurgenses, & Conrad ab Aten. Nicolaus Hemming. in admonit. de superstit. mag. vitan. Augustin.* Lercheimer. *de Magia. c. 17. Binsf. de confessio. malefico. pag. 314. & seq. Martinus Delrio lib. 4. magic. disquis. 10. 2. lib. 4. cap. 4. quæst. 4. sect. 4. & q. 5. sect. 1. 2. 3. Otho Melander & Goclenius nuper.*

Cumq; hæc ita sint, mirari quis non immeritò possit, cur non 60
ita pridem *Iacob. Rickius*, Anno 1598. pro defensione istius purgationis, adhuc Coloniæ librum peculiarem edere animum induxerit: cùm jam ante à præstantissimis auctoribus demonstratum sit, eam juri divino, naturali & civili repugnare.

Divino quidem ideò: quia species est idololatriæ, veritatem ab elemento aquæ exquirere, & idolum in ea sibi fabricare, cùm DEUM potiùs in rebus dubiis consulere debeamus. 61
Exod. 20. ver. 4. Atque ex hoc errore, primùm idola originem 62
traxerunt, *Esa. 8. ver. 19. 20.* Licet autem in aquis, pij omnes præsentissimum auxiliatorem DEUM habeant, *Psal. 66. ver. 12. Esa.* 63
43. v. 2. tentatio tamen est hæc in DEUM, quando extra verbum, signa à DEO in re aliqua creata, postulamus. *Esa. 7. ver. 12.* 64
Matth. 15. v. 4. Luc. 11. v. 16. Uti tentationi hæc res asscribitur *in c. ult. extr. de purgatio. vulga. d. c consuluisti 2. q. 4.* Tradit etiam *Ivo Cartonens. epist. 51.* Sanctorum patrum documento sancitum: superstitiosa adinventione, non esse in hac re præsumendum. 65

Neque Sacramentum Baptismi, secundum B. Eugenij formulam, ad hanc purgandi speciem applicare convenit. Sacramenta enim sunt tantùm in usu, & nihil habet rationem Sacramenti, extra usum à DEO institutum. Regula ad hoc à DEO OPT. MAX. nobis præscripta est firmissima *Exod. 20. vers. 14.* Quocunque in loco mei nominis monumentum posuero, ibi vos aditurus, vobisque prosperaturus sum. Item *Deut. 4. cap. 2.* Ne quid additote ad id, quod ego vobis præcipio, neque quicquam de eo detrahitote. 66 67

Quod

68 Quod si nihil hujusmodi in scriptura reperitur præceptum, vanum est, quicquid in hoc genere, sub quorumcunq; verborum, aut sanctimoniæ involucro excogitatur. *Matth.* 15. *v.* 6. 9. *Coloss.* 2. *v.* 4. 8. 18, 22. 23.
69 Neque iis attendamus, qui hanc superstitionem, cum veteris testamenti exploratione per aquam, à DEO singulariter præceptâ, comparant. *Numero. cap.* 5. *v.* 12. *& seq.* Cum in proposito essent divina mandata, & extendi ultra præscriptum nequeant.
70 Turbare etiam nos non debet, quod aliquando hoc modo deprehensę veneficæ leguntur: Ut plurimùm enim aquam nullum erga nocentes indicium dedisse, insontes etiam perdidisse legimus, & *Dn. Godelmannus* documentum adhoc ex Livonia memorabile prodidit. Ac ut successerit interdum indicium, num ideò à sapiente & probo judice semper erit probandum?
71 Nec enim si vatis falsi indicium evenerit, statim orationi ejus obtemperare, sed indicium pro tentatione habere debemus, *Deuteronom.* 13. *v.* 1. *& seq.* Verùm fac indubitatum hoc signum,
72 non magis tamen inde veritatem exquirere fas esset; cùm mala facere non debeamus, ut bona eveniant. *Roman.* 3. *v.* 8.

73 Rectè ergò omnis divinationum species, etiam quæ pro salute hominum instituitur, à Christianorũ Repub. jamdudum explosa:
74 Indeque & pars posterior *d. l.* 4. *C. de malef. & mathem.* ex libris βασιλικῶν, tanquam iniqua, & Legibus Canonibusque contraria, rejecta est, ut docet *Theodorus Balsamo in Nomocanone*, & apertiùs constituit *Imp. Leo Nov.* 65. eoque pertinet *Concil. Ancyra, c.* 23. 24. *Laodice, c.* 36. *Antisiodor. c.* 3. 4. *Photius in Nomocan. tit.* 9. *c.* 25. *tit.* 13. *c.* 20. Hinc memini, cuidam fœminæ, pluvias & tempestates in bonum finem, ut prætendebat, avertenti, pœnam extraordinariam † impositam fuisse, pro qua sententia faciunt quæ doctè tradit. *Petr. Binsf. in d. l.* 4. *C. de Mal f. p.* 92. *cum seq*
75 Et sanè rectior, pietatiq; convenientior est opinio ad removendum maleficium, maleficâ operâ uti non licere. *Cujac.*
76 *lib.* 27. *c.* 17. cùm ob quamcunque caussam magiam, adeoque & ipsos magos & ariolos, declinare prohibeamur. *Levit* 19. *v.* 27.

c. 20. v. 5. Et quod per se malum est, nullo casu permitti possit aut debeat: Neque malum malo curare liceat, nisi curando pe- 77
jora facere vulnera velimus. Quemadmodum in hac parte dæmon, licet maleficam prodens dimittat ex manibus, nihilominùs infinitos econtra alios, ista superstitione & incredulitate fascinatos, in sui regni societatem adducit. Itaque à sanioribus, 78
hæc species depellendi maleficii, semper fuit improbata, *c. nec mirum 26. q. 5. c. admoneant q. 2 c. ex tuarum extrà de sortileg. c. si quis 33. q. 1.* Sicuti inter articulos, à Parisiensi collegio Theologico, de Magicis actionibus confectos, hic quoque error damnatus reperitur *c. 5. & latè Binsfeld in d. l. 4. C. de malef. & mathem. Dana. de sortiar. c. 6. P. Aerod. rer. judicat. lib. 8. tit. 7. c. 6. num. 20.* Et huc pertinent, quæ scripsit *Ioach. Camer. epist. lib. 5. par. 2. pag. 510. & seq. & ibid. Conrad. Rittersh. in notis.* Scribit etiam ad hoc propositum rectè *Pau. Riccius Israëlita. lib. de Mosaica legis mandatis*: Secundum legem DEI, nulla in re à Dæ- 79
mone opem petendam, qui tametsi externa plerumque bona, & corporis commoda ministret, languores sanet, evitanda pericula monstret: animum tamen longè gravioribus malis imbuat, & cum eo corpus etiam in perniciem extremam à vero DEO abducat.

Contra naturæ jura quoque, Purgationis illius damnatæ 80
species, ideò est, quia rebus naturalibus abutitur ad usum non naturalem, sed magicum; Et naturalem corpori insitam gravitatem eidem adimit: denique Physica cum metaphysicis, terram cœlo miscet, ut pulchrè *à Conrado ab Apien. & Melandro* nuper est demonstratum. Et quis nescit solemne hoc diabolo 81
fuisse, ut res naturales suis adhiberet præstigiis? Nempe, ut DEUS suum habet verbum, suas, quas nobis præscripsis, preces, sua symbola & sacramenta, quibus homines sibi obsignat, & sua 82
sacrificia: Sic Diabolus, æmulator DEI, peculiaria quædam habet verba, characteres, signa, incantationum formas, & sacrificia, quæ suis Magis præscribit, *Zanch. de operib. sex dier, lib. 4. cap. 15.*

Neque

83 Neque hûc quicquam facit, quod 4. *Reg.6.v.4. & seq.* delapsa in aquam securis non mergitur, sed supernatat: Id enim divinâ virtute, quâ Elisæus indutus erat, factum fuisse certum est; &
84 non licet nobis, per stultam imitationem, DEUM tentare, &, contra inditas corporibus naturales qualitates, in periculum nosmet, absque mandato DEI, præcipites dare, aut in aquam mergere. *Matth. cap. 4. v. 6. 7. c. 14. v. 28. 29 30.*

Hoc jus naturæ Civiles etiam leges imitantur, & ordina-
85 rium naturæ cursum tuentur: *l. adoptio 16. de adoptionibus.* Unde confessiones reorum ita demùm ratæ esse jubentur, si id, quod
86 in confessionem venit, & jus, & naturam recipiat, *l. confessionibus 13. l. si is 14 de interrogat. l. ult. de confess. l. unde Neratius 23. § ult. ad L. Aquil. l. cum falsa C. de juris & fac. ignor.* Neque quic-
87 quam subsidij ad investigationem criminum, à rebus non naturalibus, obscuris & ignotis, peti volunt: sed, ut constare de delicto & delinquente possit, monent, ut eamus per viam regiam & ordinariam, eas assumentes conjecturas, quæ communi homi-
88 num æstimatione, si non pro veris & certis, saltem pro verisimilibus & probabilibus, habentur: Sanè, quamvis benè multas hujusmodi conjecturas Interpp. passim collegerint: & Constitutionum Carolinarum compilatores, egregiam etiam in hac re o-
89 peram navarint: Tamen nullibi hujusmodi purgationis speciem receptam, aut probatam, invenimus. Quinimò non dubiè ex scriptis illorum liquet, purgationem per aquam frigidam
90 aut ferventem, omninò reprobandam & eliminandam esse. Constat quippe, quamvis per divinationem, incantationem,
91 sortes, aut quascunque artes magicas de maleficio apparere videatur: non tamen exinde ullum indicium ad torturam promanare. *Brun. in tract. de indic. vers. quarò an divinatio Lud. v. Carrer. in pract. tract. de indic. §. 27 num. 1 Boss. in pr. ct. crim. tit. de homicid. num 18. 19. Hippo. de Marsil. in pract §. diligenter num. 181. Farinac. in prax. q. 20. num. 80. Const. Caroli. crimin. cap. 21.*
92 Et quamvis indicia ad torturam sint arbitraria: tamen ar-

bitrium hoc, lege & ratione temperatum, & ex caussis gravibus & honestis profectũ esse debet, *Farinac. d. lo. q. 37. nu. 19?. & seq. q. 52. nu* 152. Itaq; in specie purgationem illam vulgarem, 93
jam ante à Canonibus improbatam, ex numero legitimorum indiciorum rejecerunt *Matth. de Afflict. ad Constit. Neapol. lib. 2. tit. 31. Bodin. de Dæmono. lib. 4. ca 4. Damhouder. in pract. cap. 43. Borch. de Feud. cap. 7. nu. 5. Ioach Beust. ad rubr. de jure jurand. nu. 204. Dn. Ioan. Georg. Godelm. d. lib. 3. c. 4. nu. 76. Pet. Thyraus de Dæmonicis cap. 19. Conrad. ab Anten. & Melander dd. locis.* Licet verò etiã, absque magicis ligaturis & susurris, hæc purgatio procederet: tamen nequaquam eam, ad detegendum maleficium, adhibere conveniret, quamdiu illius experimenti certa, & ex natura petita, ratio assignari non posset. 94 95

Exemplum nobis sumamus ex eo, quòd interdum præsentem homicidam indicat sanguis, ex occisi vulnere promanans: neque tamen existimant cordatiores ICti, ex eo sumi aliquod indicium, contra designatum, certò posse: & benè in hac re *Anton. Gomez. resol. tom. 3. cap. 19. num. 15.* indicium esse id *ait*, nobis incertissimum, & ex caussis nobis incognitis & valdè remotis procedens, refert *Menoch. lib. 1. præsumpt. 89. n. 128. in fin.* sequuntur *Francis Cason. de indicijs in præmiss. cap. 3. Anton. Tessau. decis. 173. nu. 7. Claud. Bertazzol. in notis ad Cons. 320. Prosp. Farinac. d. tit. q. 52. nu. 154. & seq.* Experimenta quidem varia, superior & recentior ætas, in hanc rem prodidit: imò post multos quandoque annos, occisi arefactam manum, sanguinem, præsente homicida, emisisse, constat. Neque desunt viris doctis rationes, quibus rem tantam confirmare ex natura nituntur. Nam, quantæ, in aliis naturalibus rebus, Sympathiæ & antipathiæ sint vires, à Physicis locupletissimis testibus, docemur, maximè *Hieron. Fracastorio lib. sing. de Sympathia. Fernel. de abditis rer. caus. lib. 2. c. 17. Cornel. Gemma Cosmo. crit. lib. 1. c. 7. pag. 158. Bodin. in thea. natu. lib. 3 pag. 406. Salust. Bartas. de infant. mundi septim. prim. die. sect. 4.* 96 97 98 99

Refert

100 Refert *Arist. Polit. li. 2. c. ult.* ob infensionem animi ex Dioclis sepulcro non fuisse prospectum in agrum Corinthium, ex Philolai autem sepulcro fuisse. Et *Lucret. de nat. rerum lib. 4.* Namque, *ait*, omnes plerumque cadunt in vulnus, & illam emicat in partem sanguis, unde icimur ictu, Etsi comminus est, hostem rubor occupat humor. Alij, post *Platonem in Phædone, & Virgil. 4. Æneid.* animas, seu spiritus defunctorum, vindices esse hostium
101 volunt. *Bodin. Dæmonom. lib. 2. c. 3.* Quidam ad genium cujusvis caussam referunt, aut imaginationi adstantis adscribunt. Nonnulli ad occultam DEI, eamque specialem, actionem provocant: Alijs aliud videtur, & nemo est, quin hîc in suo sensu abundet. *Cornel. Gemma. Cosmocrit. d. l. 1. c. 6. pag. 78. Levin. Lemn. de occult. nat. mir. lib. 2. c. 7. Marsil. Ficin. in conv. Plato. Orat. 7. cap. 5. Hieron. Magius lib. 3. miscell. c. 5. Menoch. d. præsum. 89. n. 118. & in arbitr. cap. 270. num. 16. Galeot. Martius de doctrin. promiss. c. 22. Philip. Camer. medit. histor. cap. 7. Guil. Onciac. quæstio. juris Philos. c. 36. num. 2. Anton. Tessau. decis. 173. num. 6. 7 P. Aerod. rer. judicat. lib. 8. tit. 4 cap. 18. Claudius Bertazol. ad Consil. patris Barthol. cons. 320. Martin Weinrich demonstris cap 17. fol. 166.* Ac probabilia sunt in his multa; quod signa non tantùm cadaveribus addidit
102 DEUS, sed & cordibus homicidarum impressit furias cædium ultrices, quæ illos quiescere nunquam sinunt, & ubique trepidare, omnia metuere cogunt, inter assiduos ac perpetuos conscientiæ cruciatus: quæ vindicta divina innuitur *Gen. 4. vers. 10. Psalm. 79. v. 10. Abac. 2. v. 10. 11. Matth. 23. v. 35. Apoc. 6. v. 9. 10.*
103 In tanta igitur caussarum varietate, quæ tandem propria, & unica, effectui quæsito congruens, caussa sit, meritò addubites.
104 Nam quædam corpora quovis motu cruentant, etiam ad præsentiam amicorum & innocentium, & observatum est, quosdam falsò signatos esse. Sunt & plurima impedimenta profusionis sanguinis: & plures falsæ signaturæ caussas, tàm naturales, quàm dæmoniacas esse posse, saniores haud diffitentur: Uti accidit in his, quibus vis quædam inest concitandi sanguinis, si-
105 ve ex crasi, sive ex magico instituto: adde quod facile est falli

in

in multitudine præsertim conspirantibus sicarijs, & quod aliqui adeò sunt impotentis animi, ut licet innocentes, tantoperè consternentur & tremant, ut facilè dispositionem similem veri percussoris possint acquirere: de quibus & alijs huc pertinentibus ex professo nuper tractavit *And. Libavius lib. singul. de cruentat. cadaveris.* Ubi tandem etiam concludit, certissimum in hac re indicium, ob varietatem circumstantiarum, assequi dif-
ficilimum esse. Quæ omnia cùm ita se habeant, & adhuc in na- 106
tura, & cum veritate ipsa in Democriti puteo, ut ita loquar, abdita jaceant, nec nisi à prudentissimis erui facilè possint; ad judi-
cij necessitatem ea transferre periculum esset. Nam ubi quæ- 107
so locorum semper reperias Philosophos exercitatos, qui rectè & congruenter agentia patientibus applicantes, omnibus accidentarijs remotis, necessaria signa prudenter constituant, aut
etiam suâ culpâ judicio non obstent? Proinde rectè hi, qui *ab* 108
Hippol. Marsilio discedentes negant, ex tali profluxione indicium ad torturam oriri; & benè ac prudenter *Claud. Bertazzol. d.*
lo. veneratri se, *ait*, naturæ opus, & vires conscientiæ agnoscere: 109
existimare tamen magistratum effectibus illis, tanquam naturalibus saltem fidere debere, hoc est, in re ipsa agnoscere naturæ vicissitudinem, & mutabilitatem, caussarumque & casuum incertitudinem, & varietatem, sicuti usus docet, hominem homini præstare, aliumque magis lingua & mente constare. Ad inquisitionem tamen & capturam ideò valere dici potest, quòd
leviores conjecturæ ad istum finem plerumque sufficiunt. *Bald.* 110
in l. servos. C. de testam. Boss. in tit. de captura num. 2. Grammat. de- 111
cis. 60. num. 19. 20. Sic *P. AErod. d. tit. 4. cap. 18.* cadaver ostentari,
viderique id ab iis, qui cædis accusantur, tractari & prætervehi, 112
ad hoc *ait*, proficere, quod multi sese hoc aspectu vi conscientiæ indicant: ipsum autem mortuum cadaver per se, nullo sensu agnoscere, aut sentire homicidam posse.

Caveat verò Iudex, ne nimium huic conjecturæ ad perni-
ciem innocentis tribuat. Cogitet in caussis civilibus magnâ 113

114 animi attentione opus esse: & multò majori in criminibus, u-
bi de vita & spiritu hominis agitur, & irrevocabile factum est,
quod & *Marcellinus in historia sua lib.*29. monuit. Rectè igitur
*Franciscus Casonus tract. de indicijs in præmiss. cap.*3. *ait*, cùm talis
115 effusio sanguinis oriatur ex caussis ignotis, quæ nō sunt trahen-
dæ in consequentiam, nullum quoque exinde indicium necessa-
116 rio sumi oportere; cum ex diversis accidētibus proveniat. Ad-
dit quoque: contentum esse debere judicem, judicare secun-
dum prudentiam, quæ cadit in hominem, relinquendo cætera
judicio divino. Certè quod attinet civilem nostram discipli-
117 nam, imitatur ea naturam, quatenus eam ratione certâ assequi
118 possumus: unde jus nostrum certum & finitum esse debet, &
potest, *l.*2. *de iur. & fa. ignor.* & responsa divinatoria à ICtis vita-
119 ri debere dicuntur. *l. si fideiussor.* §. *si cum debitor ff mandati l. si
putator ff. ad L. Aquil. c. ut nostrum. ut Eccles. benefic. Grevet. ad
statut. de indem. mulier. nu.*19. *Fr. Ripa ad rubr. ff. solut. matrim. n.*6.

Hactenus igitur in non dissimili argumento ostendere vo-
lui, quomodo de sententia saniorum interpretum (eos enim,
120 qui ad pauca respiciunt, & mundum palmam judicant, morari
non debemus) non statim experimento uni aut alteri, tantum
fidei largiri nos oporteat, ut à certioribus discedamus. Namque
121 nil facit *secundum Poëtam*, exemplum, quod litem lite resolvit:
& semper id, cui res aliqua confertur, & unde confirmatio peti-
122 tur, ipsa re comparata, debet esse evidentiùs, *Anton. Mass. de ex-
ercit. Iurisperit. lib.*3. *nu.*52. 63.

Stat ergò sententia *supra posita*, de purgatione per aquam,
123 sive frigidam, sive calidam, *nullo modo recipienda, ut propterea ad
quæstionem deveniatur: aut ullius legitimi & sufficientis adminiculi
vim & effectum sortiatur.* Nam licet nuper *Riccius in d. tract.* ex-
istimet, adhibitis tertis precibus, & ceremonijs, usum aliquem
124 purgationis ad informationem judicis esse posse: tamen quis fe-
125 rat, rem per se jure divino & humano, Canonibus veteribus &

recentibus, prohibitam, hoc modo in usum revocari. Quod e- 126
nim per se malum est, id semper & ubique prohibitum & vitiosum esse, cogitemus: unde & ab omni specie mali, abstinere jube- 127
mur *1. ad Thessalon. 5. vers. 22.* Et *Nazianz. Orat. 1. de Theolog.* scribit: quæ per se bona sunt, si non benè quoque tractentur, boni
gratiam amittere solere. Et quamvis in materia indiciorum va- 128
leat regula, quæ non prosunt singula, multa juvant: Tamen hoc pertinet ad indicia indubitata, & quæ fortem in animo judicis opinionem generant, & non sunt nimiùm à delicto remota. Ali-
oqui ex pluribus imperfectis non potest resultare unum perfe- 129
ctum, ut de pluribus singularibus testibus super indiciis tractant *Anton Gomezius resol. tom. 3. tit. 13. num. 18. Fran. Cason. de Torment. c. 6. n. 11. Menoch de præsumt. lib. 1. q. 91. n. 3. 4. Farinac. in pract. Crim. q. 36. nu. 38. & seq. q. 38. nu. 33 & seq.*

Neque est, quod quis elevare hujus experimenti vitiositatem conetur, quod pietatem non multùm lædat, & religionis
potissimùm juvandæ caussâ videatur indultum: Nam, per 130
se impiam esse explorationem illam, constat: & ad impietatem obulum conferre unum, perinde valet, atque si quis conferat omnia, teste *Marco Arethusio historia Eccles. lib. 3. cap. 7.*
Præterea nihil est in speciem fallacius, quàm prava religio, *se-* 131
cundum Livium lib. 39. quamque sit periculosum in judiciis moveri solâ opinione religionis, unica hæc *apud Lucianum in Alexandro* historia doceat. Cum enim apud Galatiæ præfectum à 132
quodam Paphlagone servi capitis accersiti essent, hoc nomine, quod filium occidissent: prodito oraculo, per quod arguebantur, bestiis objecti sunt: & tamen ijs supplicio affectis, filius tandem ex longa peregrinatione reversus scribitur; *Aerod. rer. jud. lib 9. tit. 10. c. 1.*

Quapropter fieri facilè potest, ut dæmonum astu quandoq; 133
per explorationem innocentes designentur: Et melius est interdum etiam nocentes sagas absolvi, quàm innocentes homines hoc prætextu mactationi injustissimæ destinari. In judicijs præsertim per viam regiam, & jam ante tritam, ambulemus;

contenti simus modis investigandi crimina notis & receptis
136 novos modos quæstionum & carnificinæ hominum, ad imagi
nem DEI creatorum, exemplo perniciosissimo, odio generis
nostri, & naturæ humanæ probro singulari, ne excogitemus:
Verbo DEI & sacris receptis, ad nostrum arbitrium, sub laten-
137 tis boni specie, ne abutamur. DEO planissimè & ex toto cor-
de & animo serviamus: nõ contaminemus sedẽ judicij sanctissi-
mam, fallacibus superstitionum prætextibus: sed ut in oculis
138 DEI versantes, non aliter judicemus de alijs, quàm de nobis a-
liquando summum judicem, in magna illa die, judicare cupimus
139 & optamus. *l. rem novam §. sic etenim. C. de judicijs, c. quicunque 11. q. 3.* Landrecht. *lib. 3. art. 30, in gloss. num.* 6. *&* Weichbild. *artic. 18. in glossa.*

QUÆSTIO XL.

AN DE AQVIS ET FLVMINIbus investitus, fluviatica incrementa, iure feudi præcipuè sibi vindicare, sublato alluvionum iure possit: & cuius iurisdictionis censeantur, quæ per alluvionem accreverunt.

SUMMARIA.

1 *Possessorium priùs, quàm petitorium terminandum & num. 7.*

2 *Insula, eius subijcitur jurisdictioni, cuius & ipsum flumen, ex sententia Curiæ Senatoriæ, contra Br. & aliorum opinionem, quæ absurditate non caret, & num. 4.*

3 *Concessio alicui in Comitatu, mero & mixto imperio, augmentum etiam ad Comitatum intelligitur concessum.*

4 *Conventio partium valet, quâ constituitur, ut jurisdictio Insularum, in flumine nascentium, illius sit, cuius ager Insulæ est proximior.*

6 Quilibet suo juri potest renunciare.
8 Casus hujus Quæstionis.
9 Originarius Insulæ status, cum primùm extitit, semper inspiciendus.
10 Contrariis juxta se positis, faciliùs elucet veritas.
11 Flumen, cujus proprietas & Jurisdictio uni tantùm competit, dicitur privatum, non publicum, sed vide nu. 103. 104.
12 Alluvionis jus in flumine privato locum non tenet, nec in eo commoda & fluviatica incrementa aliis quàm Domino, adquiruntur.
13 Caussa non parit sui dissimilem effectum.
14 Princeps flumen donando, videtur donasse jus adquirendi incrementa, in eodem flumine nascitura, sed vide nu. 128 & nu. 158.
15 Princeps, ut expressè potest jus alluvionis & insulæ, vicinis prædiis auferre: Ita etiam per ejus concessionem, tacitè videtur alicui omnia commoda elargiri, & nu. 111. cum seq. & nu. 118.
16 Princeps in jure quærendo, potest subditis suis, maximè, ubi justa caussa subest, præjudicare, adde nu. 109.
18 Publica flumina in dominio sunt Principis. Ergo videntur ex eius concessione ad cessionarium translata, & nu. 22. sed vide 121.
19 Cessionarius talis prohibere navigationem per illa flumina, & vectigalia imponere navigantibus potest.
20 Rerum communium proprietas omnibus jure gentium patet: publicarum verò populi est Romani jure Civili, & per consequens Principis, sed vide num. 126.
21 Nemini olim de rebus publicis, sine licentia populi, aut Principis, disponere liberum fuit.
23 Principes Germaniæ in suis territoriis Imperatoris vicem egerunt.
24 Elector Saxoniæ, præfecti prætorio sustinet vicem, & pars corporis Imperatoris appellatur.
25 Minorum etiam gentium Principes, Imperatoria jura in suis provinciis exercent, adde nu. 108.
26 Cuius est proprietas fluminis, eius etiam debent esse commoda.
27 Alveus fluminis cum publici Iuris sit, & ad se jura & commoda aquæ trahit, eius territorij debet esse, cuius est flumen, sed vide num. 129.
28 Insula in flumine, eiusdem Iuris & conditionis est, cuius est flumen, & sic publici Iuris: sed vide num. 130. & 144. ubi de intellectu l. per. § ult. de adquir. dom.
29 Insula vacans, & in nullius dominio existens, est, vel præsumitur esse domini proprietatis.

30 *Bona vacantia in locis desertis, non occupanti, ex quorundam opinione, sed supremo domino cedunt, sed vide num. 138.*

31 *Qui ius habet in toto, fundatam etiam habet intentionem in qualibet eius parte.*

32 *Quicquid reperitur intra fines loci, præsumitur iure dominij pertinere ad dominum loci, sed vide num. 135.*

33 *Non tàm quid aliquando in usu, quàm quid posteà invaluerit, considerandum.*

34 *Mores trahunt leges in potestatem suam.*

35 *Ius omnes, ad sententias usu receptas, revocat.*

36 *Flumina publica & proprietate & usu regalibus aggregantur, & cur regalia dicantur, nu. 41. sed quomodo hoc intelligendum vide num. 125. & nu. 139. & nu. 116.*

37 *Principi, ex iusta caussa, in flumine publico, privatis navigationes, & piscationes prohibere licitum, & nu. 109. & nu. 125. adde nu. 148.*

38 *Insulæ in flumine Rheno natæ ex antiquissima Palatinatus consuetudine, Palatino, non vicinorum prædiorum dominis cedunt, vide nu. 142.*

39 *Consuetudine longævâ, in territorio Electorali Saxonico, interdictum, ut insulæ in Mulda flumine nascentes, præfecturis, & Dominis vicinorum prædiorum Iurisdictionalibus accedant, adde nu. 142.*

40 *Insulæ in Rhodano existentes, Regi Galliæ olim adiudicatæ, sed vide num. 145.*

42 *Quod ius, etiam à Civitatibus Italiæ, longo usu est adquisitum.*

43 *In iure fluminum cumprimis id, quod consuetudine receptum, sequendum.*

44 *Res communes & publicæ, an ijsdem modis adquirantur, quibus & privatæ.*

45 *Pleraque facta sunt iam iurisdictione propria, quæ naturali Iure erant communia, adde 147. & nu. 155.*

46 *Iure naturali & gentium primævo terra erat omnibus & usu, & proprietate, communis: at secundario cœpit una provincia, vel eius pars, ab altera separari & quibusdam applicari.*

47 *Idem in fluminibus, & bestijs ibidem repertis.*

48 *Iure Romano poterat in flumine quis solus publico ius piscandi sibi adquirere.*

49 *Communio primæva Iurisgentium, ut & alia eo Iure inducta, ex moderatione Principum, specialem formam possunt accipere & acceperunt, sic n. 150. & nu. 154. cum seq.*

50 *In communione rerum, præoccupatio: in adquisitione, longævus usus obtinet, adde nu 151.*

51 In actibus meræ facultatis negativis, ex prohibitione, cui non contradicitur, jus adquiritur.

52 Humaná lege adinventá est rerum inter privatos distinctio.

53 Per negligentiam longissimi temporis jus semel quæsitum amitti potest.

54 Maris usus non amplius jam communis, sed privatus factus, quod exemplis probatur, sed vide nu. 152. & nu. 197.

55 Immemoriali tempore usus maris, nec non jurisdictio, & proprietas, quæri potest.

56 Princeps gabellas in mari & flumine publico imponere & exigere potest, sed vide 148.

57 Populus olim Romanus, & Impp. in mari Iurisdictionem exercuerunt.

58 In decisione incrementorum fluviaticorum & insularum, standum est dispositioni Iuris civilis, & nu. 70.

59 In dijudicandis caussis leges sequi scriptas, tutissimum.

60 Ius insulæ non Domino castri vicini, sed vicini agri, de Iure civili debetur. Eius ratio num. 61. & 119. & num. 160. quæ ex Iure gentium & naturali deducitur, num. 65. & num. 67. adde num. 11. & 156.

61 Quod non mutatur, stare cur prohibeatur?

62 Ratio in omnibus inquirenda.

63 Flumen quantum agro alicuius adjicit, tantundem alterius agro semper detrahit.

66 Qui sentit incommodum, debet etiam sentire commodum, sic nu. 8.

68 Consuetudo, vicinis Ius alluvionis adimens, in foro conscientiæ non tuta.

69 Alluvio Dominis vicinorum agrorum concedi debet.

71 Vbi eadem ratio, ibi idem jus, & nu. 74.

72 Alluvio refertur ad omne genus incrementi, sive latens sit, sive evidens, sive discretum, ut insula.

74 Alluvio, alveus, insulæ, Iure alluvionis acquiruntur, & eius Iuris appellatione continentur.

75 Rerum communium & publicarum, à privatis separatio, post distincta dominia, à Iuris autoribus diligenter retenta, & quæ sit ratio, nu. 82.

76 Termini antiqui, ex veterum proverbio, movendi non sunt.

77 Errant non minus, qui rerum communione sublatá, omnia privata malunt, quàm qui talem communionem inducunt.

78 Latini & Græci, multa, quæ publica erant, & privatis postea usibus mancipata reperiebantur, in publicum vindicarunt, & nu. 81.

79 Vt mortales à Dijs immortalibus nihil usucapiunt: ita privati, quæ publici iuris sunt, sibi nihil attribuere debent.
80 In flumine publico, ex Romanorum sententia, nihil mutandum.
83 Rerum ad communem hominum usum, à natura genitarum, servanda est communitas adde nu. 149.
84 Quædam publicè, quædam privatim sunt utilia.
85 Flumina publica, licet in patrimonio Principum esse cœperint, nusquam tamen legitur ius alluvionis abrogatum.
86 Concessio fluminum publicorum, licet in Italia cum feudorum consuetudine invaluerit: ius tamen alluvionis simul expresse concessum, non reperitur.
87 Flumina publica licet sint Regum, Baronum: usus tamen communis manere debet, adductis exemplis ex Hispania, Gallia, adde nu. 149. & nu. 153.
88 Idem in septentrionalibus locis, in Germania, in Saxonia.
89 Ius Saxonicum, ius alluvionis, & fluviatica incrementa, vicinis prædijs conservat, Et ita iudicatum aliquando.
90 In re dubia ad ius primævum recurrendum, & id, quod melius, utilius & æquius eligendum.
91 Priora posterioribus, publica privatis, communia proprijs anteponenda, & num. 135.
92 Princeps condendo aliquid, non intelligitur facere in præiudicium, aut cum damno tertij, etiam in concessione fluminis publici, nec non iuris in spe consistentis & nu. 113. & num. 116. & num. 120.
93 Ius alluvionis in concessionibus exceptum intelligitur.
94 In venditione loca iurisgentium communia, uti & publica, & sacra, exempta putantur.
95 Nemo plus iuris in alium transferre censetur quam ipse habet.
95 In venditione rerum, quæ in patrimonio sunt fisci, non continentur, quæ sunt in publico usu.
97 Distinctio rerum, quæ sunt in patrimonio Principis, & in usu publico, diligenter retinenda.
98 Iura Principis, & populi, atque Reipubl. non sunt confundenda.
99 Ius alluvionis ad Principem, iure suæ potestatis, non pertinet: licet de eo disponendi facultatem habeat.
100 Obiectis non satisfacere, elati est ingenij.
102 In quæstionibus controversis, propria vocabuli significatio spectanda.
103 Flumen quodnam sit publicum quinq; modis cognoscitur.
104 Flumen, quoad proprietatem & iurisdictionem, potest esse privatum, quoad usum, publicum & commune, & nu. 123. & adde nu. 157.

105 *Princeps potestatem habet concedendi, ut in flumine publico ædificare, & aquam inde extrahere, liceat.*
110 *Iurisdictio naturam publici fluminis, & effectum mutare nequit.*
107 *Eadem res, pro varietate caussarum & respectuum, diversi juris censeri potest.*
108 *Argumentatio à potestate Principis absoluta, ad concessionem inferiori factam, non procedit.*
110 *Principi non licet, sine iusta caussa, uti potestate absoluta.*
112 *Principi generaliter tributa, & præsertim personam concernentia, non veniunt in generali concessione.*
114 *Quæ extra ordinem accidunt, non veniunt in considerationem.*
115 *Dictum generale ad extraordinaria non refertur.*
117 *Vasallus respectu feudi sibi concessi, maioris auctoritatis non est, quam Princeps respectu sui principatus.*
119 *Lucra fluviatica debentur vicinis, respectu damni, & sic ex caussa onerosa; & num. 160.*
121 *Flumina licet sint in patrimonio, non tamen ideò omninò privati juris.*
122 *In fluminibus tria, usus, proprietas, jurisdictio, quæ semper discernenda sunt; notantur.*
127 *Princeps administrans res populi, sibi applicare eas, aut alienare, aut caussam possessionis mutare non debet.*
131 *Ex fluminis iurisdictione, ad proprietatem & dominium Insulæ, non benè arguitur.*
132 *Si id quod magis videtur inesse, non inest, nec id quod minus.*
133 *Insulæ iurisdictio eius est, qui in flumine iurisdictionem habet.*
137 *Imparia sunt, locum esse extra territorium, & esse exemtum,*
140 *Omnia Fisci vel Principis esse, qui dixerint, & quomodo intelligendum.*
141 *L. 3. C. de quadr. præscript. expensa.*
143 *Consuetudo intra suos fines coherceri, nec ulteriùs proferri, & in specie probari debent.*
144 *Consuetudinem probare difficilimum.*
155 *Res publicæ, & communes omnium libidini subiacere non debent.*
159 *Subditi, Insularum in fluminibus natarum, dominium sibi adquirere possunt, etiamsi fluminis iurisdictio ad superiorem pertineat.*
161 *Fiscus, ex aliena calamitate, non debet compendium quærere.*

IN lite quadam, de Fluviaticis incrementis motâ, quæstio, in summo hujus provinciæ judicio, Anno 1593, quod ab appel-

lationibus vocatur, incidit hujusmodi: An, cui per investituram territorium, cum aquis & fluminibus hujus provinciæ, concessum erat, idem quoque potestatem haberet, insulas & fluviatica incrementa cætera, sibi, præcipuo quodam jure, vindicare. Et
1 quidem decisa ad præsens lis, super possessorio instituio & jurisdictione, ulteriorem indagationem haud requirebat: quia possessorium utique priùs, partibus hoc petentibus, terminandum
2 fuerat *l. ordinarij C. de rei vind.* & de jurisdictione, quòd nempè insula eius jurisdictioni subjiciatur, cuius & ipsum flumen, rectè definitum est, secundùm latè tradita per *Curtium seniorem cons.* 56. *Bologni cons.* 54. & post hos, *Baptis. Aymum Parmen. in tract. de Alluvio lib. 2. ca. 6. num.* 1. *& seq.* 53. *& se.* Nam licèt *Bart. & alij, hunc ferè communiter secuti*, contrarium existimârunt: Tamen his abundè per *Curtium*, & maximè novissimè *Parmensem*, responsum extat, & probatur satis *ex l. ult. C. de alluvio.* & ex eo (ut mittam alia, à *Parmense ibidem* tractata) quod scribit *Arg. in*
3 *auth. de aqual. dotis*, videlicet, si princeps concedat alicui merum & mixtum Imperium in Comitatu, eandem concessionem intelligi debere, in augmento ad Comitatum secuto, & probat *Redoa. de reb. Eccles. non alienand. quæst.* 67. *num* 14. &, ut à Colle
4 gio Papiensi adductum refert *Parmen. nu.* 4. præterquàm, quòd absurditate non caret opinio contraria, si eum, qui capax, non est jurisdictionis, privatæ & rusticæ conditionis hominem, insulæ, aut alluvione adiecti agri, dominum factum, simùl quoque jurisdictionem habiturum in eo loco: & heri servum, hodiè liberum effectum, dixerimus. Denique, cùm in eodem territorio, non nisi ab uno principe, recognoscatur jurisdictio, novam constituendam jurisdictionis speciem, quæ alluvionis aut insulæ beneficio tribuatur. Item, alio jure fluminis totius jurisdictionem, alio particulæ eiusdem, quatenus insula aut fluviatica incrementa se extendant, fore apparet. Quocirca benè tunc temporis, contra *Bart. & asseclas*, secundum opinionem *Curtij, Bolognini, seu potius Collegij Papiensis, & Baptistæ Parmensis* judicatum

est

est, & judicatũ tenuisset, nisi, interpositâ Leuteratione; prolata fuisset vetus quædam scriptura, in qua inter partium antecessores convenerat, ut jurisdictio insularum, in flumine nascentium, illius esset, cujus ager insulæ proximior inveniretur, ut ita 5 dominiũ & jurisdictio insulæ unius eiusdemque esset, huic enim pacto meritò statur, cùm & quilibet possit suo juri renunciare 6 *l. pen. C. de pact.*

Cæterùm, quia super Petitorio quæstio partibus reservata est, & qui jurisdictionem in flumine habet, deinceps super pro- 7 prietate insulæ, in flumine natæ, litem intentaturus putatur, non abs re erit videre, ecquid pro hujus defensione, & controversiæ totius decisione, posit in medium adduci. Quæstio autem est hujusmodi: In flumine Mulda nata est annis superio- 8 ribus insula, aucta posteà adeò, ut dilabentibus æstate aquis, non insulæ sed alluvionis jure censendã crederetur. Quod nihil in 9 hac re mutat; cùm originarius insulæ status, cum primùm extitit, etiamsi dum crescit, contra frontem agri alterius procedat, inspici debeat, utcunque de hoc inter litigatores parùm convenerit in præsenti caussa. *l. ergò 30. §. tribus mod. versic. duobus; l. insula. 56. vers. & quod posteà. de acquir. rer. domin. Iul. Capr. in l. adeò 7. §. at in flumine. eo. tit.*

Eius insulæ, ut vicino agro propioris, dominium, vicini agri dominus sibi vindicabat, Econtrà qui fluminis dominus utilis, jure feudi, erat, & ejusdem commoda alia solus tenebat, insulæ quoque jus ad suum commodum pertinere cõtendebat. Quæritur, uter justiùs induat arma. Neque meliùs, opinor, neque rectiùs hoc expediemus, quàm si utriusque partis rationes & fundamenta excusserimus, delibata partim ex his, quæ tunc proposita fuerunt, partim ex aliis, ad hanc rem idoneis argumentis: Contrariis enim juxta se positis, & disputatis [illegible] ilis- 10 mè pertingimus ad verum, ut Dd. in præludiis suarum consultationum annotârunt, & ex his *Ludo. Zunt. in respons. pro uxor. in princ.*

Princi-

Principio placuit litigatori, qui jurisdictionem habebat flu
minis, illud ipsum non publicum, sed privatum, appellare: pro
pterea, quod ex concessione Principali, in suo id usu præcipui
habere dignosceretur, & tàm jurisdictione, quàm aliis commo
11 dis investitus esset. Ita enim flumen privatum, ab alijs acce
ptum quoque legimus, cujus videlicet proprietas vel jurisdicti
competit uni tantùm Domino, vel Civitati, secundum *Capol. d*
Servitut. rusticor. prædio. cap. de flumine privato. cap. 32 num. 1. Corn
conf. 322. lib. 1. Tib. Decian. conf. 123. num. 68 lib. 3. post *Iasonem in*
12 *quo minùs num. 37. Rip. ibi. num. 1. de flumin.* Quod si ergò priva
tum est flumen, nec alluvionis jus locum in eo habet, nec ali
fluviatica incrementa alijs, quàm dominis privati fluminis, ac
13 quirentur: ne caussa dissimilem sui pariat effectum. Et ex ha
ratione, quia flumen privatum est, commoda ejusdem aggre
gentur aut coarctentur saltem privatis necessitatibus. *l. lacus 1.*
ubi Capra de acquir. rer. domin. l. Rutilia de contrahen emt. l. vicinu
de aqua & aqv. pluv. arcen.

II. Ab hac definitione fluminis ad alia veniamus, videlice
quòd negotium præsens interpretationem hanc recipiat e
14 principali concessione. Nam, cùm flumen Princeps donaveri
videri potest & donasse jus acquirendi incrementa, in eode
15 flumine nascitura. Et quemadmodum potest Princeps e
presse hæc commoda, jus scilicet alluvionis & insulæ, vicin
prædijs auferre, & ita in jure quærendo subditis suis præjudic
16 re, maximè ubi justa aliqua caussa subest, de quo latè *Parmes*
lib. 1. cap. 10. num. 1. & se. & de flumine Clanarum, pro Duce Flore
tino, ex hac caussa consuluerunt *Gerar. Mazol conf. 4. Francis.*
giue conf. 1. nu 90 & seq. Anto. Natta conf. 55. lib. 1. Berous conf. 14
17 ita & tacitè videri posset, hujusmodi concessione, vasal
fue a commoda fluminis largiri voluisse, *Evcrar. in Top.*
lo. ab expreff. ad tacit. propterea quod in hanc sententiam ita
spondisse quoque leguntur *Curtius senior conf. 72. in fin. Alci*
conf. seu respons. 219. 223.

III. Flumina publica in dominio & Patrimonio sunt Princi- 18
pis *c. 1. quæ sunt regal. Berous. d. cons. 140. num. 4 lib. 3. Parmens. d.*
lib 1. *c.* 9. §. 2. *nu.* 2. ergò eodem jure ad concessionarium vasal
lum transibunt. Nam qui ex concessione Principis flumina pu-
blica tenet, perinde ea possidere videtur, prout erant apud Prin-
cipem. Quocircà poterit hujusmodi concessionarius, prohi- 19
bere navigationem per flumina publica, in territorio sibi con-
cesso, & vectigalia imponere navigantibus, *Matth. de Afflict.*
in rubr. quæ sunt regal. nu. 63. & decis. 388. Boss. tit. de Aquis nu. 4.
& se: Mar. Anton. Peregrin. de jure fisci cap. 2. num. 100 Socin. Iun.
cons. 71. nu. 1. & cons. 75. nu. 20. lib. 4. Sigismund. Loffred. cons. 24.
nu. 12. & se. Cum ergò, ut in præcedenti argumento dicebatur,
Princeps, ex potestate absolutâ, sibi incrementa talia vindicare
possit, cur non & vasallo idem liceat? stantibus præsertim inve-
stituræ verbis generalibus: Mit allen Nutzungen/ Ehren vnd Wir-
den etc.

IV. Suadet hoc consideratio Rerum, quæ publicæ dici, & à 20
communibus distingui solent. Nam rerum communium qui-
dem proprietas omnibus patet jure gentium; publicarum verò
populo Romano, jure Civili *Cujac. in notis Inst. de rer. divis. in*
princ. Quod si populi Romani: ergò & Principis, seu Cæsaris,
in quem populus jus suum transtulit. § *sed & quod Principi. Inst.*
de iur. nat. gent. & Civi. Steph. Forcat. dialog. 14. num. 6. & dialog.
se. nu. 2. & se. Atque ideò olim de rebus publicis, & sic flumi- 21
nibus publicis, nemini, sine licentia populi, Senatus aut Prin-
cipis, disponere licebat. *l. Impp. 17. de Servitut. rust. prædio. l.*
quamvis 50 de aquir. domi. l. continuus, §. cum quis 6. de verbo.
obligat. l. Sed Celsus 6. in princ. de contrah. emt l. quominùs de flumi-
nibus pub. & tot. tit. ne quid in flum. publ. fin. & ut in flum. publ. na-
vig. Porrò si sunt ista Principis, sequitur, esse etiam illorum, 22
qui à Principe caussam habent, & in suis territoriis vicem Im- 23
peratoris gerunt, quales cùm esse Principes & Duces Germaniæ
relatum sit crebriùs, cur non de Illustrissimo Electore Saxo-
niæ in suis provinciis idem dicemus? Electores siquidem præfe- 24

ctorum

contenti simus modis investigandi crimina notis & receptis
136 novos modos quæstionum & carnificinæ hominum, ad imagi
nem DEI creatorum, exemplo perniciosissimo, odio generi
nostri, & naturæ humanæ probro singulari, ne excogitemus
Verbo DEI & sacris receptis, ad nostrum arbitrium, sub laten
137 tis boni specie, ne abutamur. DEO planissimè & ex toto cor
de & animo serviamus: nō contaminemus sedē judicij sanctissi
mam, fallacibus superstitionum prætextibus: sed ut in oculi
138 DEI versantes, non aliter judicemus de alijs, quàm de nobis a
liquando summum judicem, in magna illa die, judicare cupim
139 & optamus. *l. rem novam* §. *sic etenim. C. de judicijs, c. quicunqu*
11. q. 3. Landrecht. *lib. 3. art. 30. in gloss. num.* 6. *&* Weichbild. *art*
18. in glossa.

QUÆSTIO XL.

AN DE AQVIS ET FLVMIN bus investitus, fluviatica incrementa, iure feudi præ cipuè sibi vindicare, sublato alluvionum iure possit: & cuius iurisdictionis censeantur, quæ per alluvionem accreverunt.

SUMMARIA.

1 *Possessorium prius, quàm petitorium terminandum & num. 7.*
2 *Insula, eius subijcitur jurisdictioni, cuius & ipsum flumen, ex sententia Cu Senioris, contra Br. & aliorum opinionem, quæ absurditate non caret, num. 4.*
3 *Concessio alicui in Comitatu, mero & mixto imperio, augmentum etiam ad Co mitatum intelligitur concessum,*
4 *Conventio partium valet, quâ constituitur, ut jurisdictio Insularum, in flum nascentium, illius sit, cuius ager Insulæ est proximior.*

6 Quilibet suo juri potest renunciare.
8 Casus huius Quæstionis.
9 Originarius Insulæ status, cum primùm extitit, semper inspiciendus.
10 Contraria juxta se posita, faciliùs elucet veritas.
11 Flumen, cuius proprietas & Iurisdictio uni tantùm competit, dicitur privatum, non publicum, sed vide nu. 101. 104.
12 Alluvionis jus in flumine privato locum non tenet, nec in eo commoda & fluviatica incrementa aliis quàm Domino, adquiruntur.
13 Caussa non parit sui dissimilem effectum.
14 Princeps flumen donando, videtur donasse jus adquirendi incrementa, in eodem flumine nascitura, sed vide nu. 128 & nu. 158.
15 Princeps, ut expressè potest jus alluvionis & insulæ, viciniis prædiis aufferre: Ita etiam per ejus concessionem, tacitè videtur alicui omnia commoda elargiri, & nu. 111. cum seq. & nu. 118.
16 Princeps in jure quærendo, potest subditis suis, maximè, ubi justa caussa subest, præiudicare, adde nu. 109.
18 Publica flumina in dominio sunt Principis. Ergo videntur ex eius concessione ad cessionarium translata, & nu. 22. sed vide 121.
19 Cessionarius talis prohibere navigationem per illa flumina, & vectigalia imponere navigantibus potest.
20 Rerum communium proprietas omnibus jure gentium patet: publicarum verò populi est Romani jure Civili, & per consequens Principis, sed vide num. 126.
21 Nemini olim de rebus publicis, sine licentia populi, aut Principis, disponere liberum fuit.
23 Principes Germaniæ in suis territoriis Imperatoris vicem egerunt.
24 Elector Saxoniæ, præfecti prætorio sustinet vicem, & pars corporis Imperatoris appellatur.
25 Minorum etiam gentium Principes, Imperatoria jura in suis provinciis exercent, adde nu. 108.
26 Cuius est proprietas fluminis, eius etiam debent esse commoda.
27 Alveus fluminis cum publici Iuris sit, & ad se jura & commoda aquæ trahit, eius territorij debet esse, cuius est flumen, sed vide num. 129.
28 Insula in flumine, eiusdem Iuris & conditionis est, cuius est flumen, & sic publici Iuris: sed vide num. 130. & 144. ubi de intellectu l. per. § ult. de adquir. dom.
29 Insula vacans, & in nullius dominio existens, est, vel præsumitur esse domini provinciæ.

30 *Bona vacantia in locis desertis, non occupanti, ex quorundam opinione, sed supremo domino cedunt, sed vide num. 138.*

31 *Qui ius habet in toto, fundatam etiam habet intentionem in qualibet eius parte.*

32 *Quicquid reperitur intra fines loci, præsumitur iure dominij pertinere ad dominum loci, sed vide num. 135.*

33 *Non tàm quid aliquando in usu, quàm quid posteà invaluerit, considerandum.*

34 *Mores trahunt leges in potestatem suam.*

35 *Ius omnes, ad sententias usu receptas, revocat.*

36 *Flumina publica & proprietate & usu regalibus aggregantur, & cur regalia dicantur, nu. 41. sed quomodo hoc intelligendum vide num. 125. & nu. 139. & nu. 116.*

37 *Principi, ex iusta caussa, in flumine publico, privatis navigationes, & piscationes prohibere licitum, & nu. 109. & nu. 125. adde nu. 148.*

38 *Insulæ in flumine Rheno natæ ex antiquissima Palatinatus consuetudine, Palatino, non vicinorum prædiorum dominis cedunt, vide nu. 142.*

39 *Consuetudine longævâ, in territorio Electorali Saxonico, interdictum, ut insulæ in Mulda flumine nascentes, præfecturis, & Dominis vicinorum prædiorum Iurisdictionalibus accolant, adde nu. 142.*

40 *Insulæ in Rhodano existentes, Regi Galliæ olim adiudicatæ, sed vide num. 145.*

42 *Quod ius, etiam à Civitatibus Italiæ, longo usu est adquisitum.*

43 *In iure fluminum cumprimis id, quod consuetudine receptum, sequendum.*

44 *Res communes & publicæ, an iisdem modis adquirantur, quibus & privatæ.*

45 *Pleraque facta sunt iam iurisdictione propria, quæ naturali Iure erant communia, adde 147. & nu. 155.*

45 *Iure naturali & gentium primævo terra erat omnibus & usu, & proprietate, communis: at secundario cœpit una provincia, vel eius pars, ab altera separari & quibusdam applicari.*

47 *Idem in fluminibus, & bestijs ibidem repertis.*

48 *Iure Romano poterat in flumine quis solus publico ius piscandi sibi adquirere.*

49 *Communio primæva Iurisgentium, ut & alia eo Iure inducta, ex moderatione Principum, specialem formam possunt accipere & acceperunt, sic n. 150. & nu. 154. cum seq.*

50 *In communione rerum, præoccupatio: in adquisitione, longævus usus obtinet, adde nu 151.*

51 In actibus meræ facultatis negativis, ex prohibitione, cui non contradicitur, jus adquiritur.
52 Humana lege adinventa est rerum inter privatos distinctio.
53 Per negligentiam longissimi temporis jus semel quæsitum amitti potest.
54 Maris usus non amplius jam communis, sed privatus factus, quod exemplis probatur, sed vide nu. 152. & nu. 197.
55 Immemoriali tempore usus maris, nec non jurisdictio, & proprietas, quæri potest.
56 Princeps gabellas in mari & flumine publico imponere & exigere potest, sed vide 148.
57 Populus olim Romanus, & Impp. in mari Iurisdictionem exercuerunt.
58 In decisione incrementorum fluviaticorum & insularum, standum est dispositioni Iuris civilis, & nu. 70.
59 In dijudicandis caussis leges sequi scriptas, tutissimum.
60 Ius insulæ non Domino castri vicini, sed vicini agri, de Iure civili debetur. Eiusq; ratio num. 64. & 119. & num. 160. quæ ex Iure gentium & naturali deducitur, num. 65. & num. 67. adde num. 11. & 156.

61 Quod non mutatur, stare cur probibeatur?
62 Ratio in omnibus inquirenda.
63 Flumen quantum agro alicuius adijcit, tantundem alterius agro semper detrahit.
66 Qui sentit incommodum, debet etiam sentire commodum, sic nu. 8 .
68 Consuetudo, vicinis Ius alluvionis adimens, in foro conscientiæ non tuta.
69 Alluvio Dominis vicinorum agrorum concedi debet.
71 Vbi eadem ratio, ibi idem jus, & nu. 74.
72 Alluvio refertur ad omne genus incrementi, sive latens sit, sive evidens, sive discretum, ut insulæ.
74 Alluvio, alveus, insulæ, Iure alluvionis acquiruntur, & eius Iuris appellatione continentur.
75 Rerum communium & publicarum, à privatis separatio, post distincta dominia, à Iuris autoribus diligenter retenta, & quæ sit ratio, nu. 82.
76 Termini antiqui, ex veterum proverbio, movendi non sunt.
77 Errant non minùs, qui rerum communione sublatâ, omnia privata malunt, quàm qui talem communionem inducunt.
78 Latini & Græci, multa, quæ publica erant, & privatis postea usibus mancipata reperiebantur, in publicum vindicarunt, & nu. 81.

79 Vt mortales à Dijs immortalibus nihil usucapiunt: ita privati, quæ publici iuris sunt, sibi nihil attribuere debent.

80 In flumine publico, ex Romanorum sententia, nihil mutandum.

83 Rerum ad communem hominum usum, à natura genitarum, servanda est communitas adde nu. 149.

84 Quædam publicè, quædam privatim sunt utilia.

85 Flumina publica, licet in patrimonio Principum esse cœperint, nusquam tamen legitur ius alluvionis abrogatum.

86 Concessio fluminum publicorum, licet in Italia cum feudorum consuetudine invaluerit: ius tamen alluvionis simul expresse concessum, non reperitur.

87 Flumina publica licet sint Regum, Baronum: usus tamen communis manere debet, adductis exemplis ex Hispania, Gallia, adde nu. 149. & nu. 153.

88 Idem in septentrionalibus locis, in Germania, in Saxonia.

89 Ius Saxonicum, ius alluvionis, & fluviatica incrementa, vicinis prædijs conservat. Et ita iudicatum aliquando.

90 In re dubia ad ius primævum recurrendum, & id, quod melius, utilius & æquius eligendum.

91 Priora posterioribus, publica privatis, communia proprijs anteponenda, & num. 135.

92 Princeps concedendo aliquid, non intelligitur facere in præiudicium, aut cum damno tertij, etiam in concessione fluminis publici, nec non iuris in spe consistentis & nu. 113. & num. 116. & num. 129.

93 Ius alluvionis in concessionibus exceptum intelligitur.

94 In venditione loca iuris gentium communia, uti & publica, & sacra, exempta putantur.

95 Nemo plus iuris in alium transferre censetur, quam ipse habet.

96 In venditione rerum, quæ in patrimonio sunt fisci, non continentur, quæ sunt in publico usu.

97 Distinctio rerum, quæ sunt in patrimonio Principis, & in usu publico, diligenter retinenda.

98 Iura Principis, & populi, atque Reipubl. non sunt confundenda.

99 Ius alluvionis ad Principem, iure suæ potestatis, non pertinet: licet de eo disponendi facultatem habeat.

100 Obiectis non satisfacere, elati est ingenij.

102 In quæstionibus controversis, propria vocabuli significatio spectanda.

103 Flumen quodnam sit publicum, quinq; modis cognoscitur.

104 Flumen, quoad proprietatem & iurisdictionem, potest esse privatum, quoad usum, publicum & commune, & nu. 123. & adde nu. 157.

105 *Princeps potestatem habet concedendi, ut in flumine publico ædificare, & aquam inde extrahere, liceat.*
110 *Iurisdictio naturam publici fluminis, & effectum mutare nequit.*
107 *Eadem res, pro varietate caussarum & respectuum, diversi juris censeri potest.*
108 *Argumentatio à potestate Principis absoluta, ad concessionem inferiori factam, non procedit.*
110 *Principi non licet, sine iusta caussa, uti potestate absoluta.*
112 *Principi generaliter tributa, & præsertim personam concernentia, non veniunt in generali concessione.*
114 *Quæ extra ordinem accidunt, non veniunt in considerationem.*
115 *Dictum generale ad extraordinaria non refertur.*
117 *Vasallus respectu feudi sibi concessi, maioris auctoritatis non est, quam Princeps respectu sui principatus.*
119 *Lucra fluviatica debentur vicinis, respectu damni, & sic ex caussa onerosa; & num. 160.*
121 *Flumina licet sint in patrimonio, non tamen ideò omninò privati juris.*
122 *In fluminibus tria, usus, proprietas, jurisdictio, quæ semper discernenda sunt, notantur.*
127 *Princeps administrans res populi, sibi applicare eas, aut alienare, aut caussam possessionis mutare non debet.*
131 *Ex fluminis iurisdictione, ad proprietatem & dominium insulæ, non benè arguitur.*
132 *Si id quod magis videtur inesse, non inest, nec id quod minùs.*
133 *Insulæ iurisdictio eius est, qui in flumine iurisdictionem habet.*
137 *Imparia sunt, locum esse extra territorium, & esse exemtum.*
140 *Omnia Fisci vel Principis esse, qui dixerint, & quomodo intelligendum.*
141 *L. 3. C. de quadr. præscript. expensa.*
143 *Consuetudo intra suos fines coherceri, nec ulteriùs proferri, & in specie probari debent.*
144 *Consuetudinem probare difficilimum.*
155 *Res publicæ, & communes omnium libidini subiacere non debent.*
159 *Subditi, Insularum in fluminibus natarum, dominium sibi adquirere possunt, etiamsi fluminis iurisdictio ad superiorem pertineat.*
161 *Fiscus, ex aliena calamitate, non debet compendium quærere.*

IN lite quadam, de Fluviaticis incrementis motâ, quæstio, in summo hujus provinciæ judicio, Anno 1593, quod ab appel-

lationibus vocatur, incidit hujusmodi: An, cui per investituram territorium, cum aquis & fluminibus hujus provinciæ, concessum erat, idem quoque potestatem haberet, insulas & fluviatica incrementa cætera, sibi, præcipuo quodam jure, vindicare. Et
1 quidem decisa ad præsens lis, super possessorio instituto & jurisdictione, ulteriorem indagationem haud requirebat: quia possessorium utique priùs, partibus hoc petentibus, terminandum
2 fuerat *l. ordinarij C. de rei vind.* & de jurisdictione, quòd nempè insula eius jurisdictioni subjiciatur, cuius & ipsum flumen, rectè definitum est, secundùm latè tradita per *Curtium seniorem cons. 56. Bologni cons. 54.* & post hos, *Baptis. Aymum Parmen. in tract. de Alluvio lib. 2. ca. 6. num. 1. & seq. 53. & se.* Nam licèt *Bart. & alij, hunc ferè communiter secuti*, contrarium existimârunt: Tamen his abundè per *Curtium*, & maximè novissimè *Parmensem*, responsum extat, & probatur satis *ex l. ult. C. de alluvio.* & ex eo (ut mittam alia, à *Parmense ibidem* tractata) quod scribit *Arg. in*
3 *auth. de aqual. dotis*, videlicet, si princeps concedat alicui merum & mixtum Imperium in Comitatu, eandem concessionem intelligi debere, in augmento ad Comitatum secuto, & probat *Redoa. de reb. Eccles. non alienand. quæst. 67. num 14.* &, ut à Colle
4 gio Papiensi adductum refert *Parmen. nu. 4.* præterquàm, quòd absurditate non caret opinio contraria, si eum, qui capax, non est jurisdictionis, privatæ & rusticæ conditionis hominem, insulæ, aut alluvione adiecti agri, dominum factum, simùl quoque jurisdictionem habiturum in eo loco: & heri servum, hodiè liberum effectum, dixerimus. Denique, cùm in eodem territorio, non nisi ab uno principe, recognoscatur jurisdictio, novam constituendam jurisdictionis speciem, quæ alluvionis aut insulæ beneficio tribuatur. Item, alio jure fluminis totius iurisdictionem, alio particulæ eiusdem, quatenus insula aut fluviatica incrementa se extendant, fore apparet. Quocirca benè tunc temporis, contra *Bart & asseclas*, secundum opinionem *Curtij, Bologni, seu potius Collegij Papiensis, & Baptistæ Parmensis* iudicatum

est,

est, & judicatũ tenuisset, nisi, interposità Leuteratione; prolata 4
fuisset vetus quædam scriptura, in qua inter partium antecessores convenerat, ut jurisdictio insularum, in flumine nascentium, illius esset, cujus ager insulæ proximior inveniretur, ut ita 5
dominiũ & jurisdictio insulæ unius ejusdemque esset, huic enim pacto meritò statur, cùm & quilibet possit suo juri renunciare 6
l. pen. C. de pact.

Cæterùm, quia super Petitorio quæstio partibus reservata est, & qui jurisdictionem in flumine habet, deinceps super pro- 7
prietate insulæ, in flumine natæ, litem intentaturus putatur, non abs re erit videre, ecquid pro hujus defensione, & controversiæ totius decisione, possit in medium adduci. Quæstio autem est hujusmodi: In flumine Mulda nata est annis superio- 8
ribus insula, aucta posteà adeò, ut dilabentibus æstate aquis, non insulæ sed alluvionis jure censenda crederetur. Quod nihil in 9
hac re mutat; cùm originarius insulæ status, cum primùm extitit, etiamsi dum crescit, contra frontem agri alterius procedat, inspici debeat, utcunque de hoc inter litigatores parùm convenerit in præsenti caussa. *l. ergò 30. §. tribus mod. versic. duobus; l. insula. 56. vers. & quod posteà. de acquir. rer. domin. Iul. Capr. in l. adeò 7. §. at in flumine. eo. tit.*

Eius insulæ, ut vicino agro propioris, dominium, vicini agri dominus sibi vindicabat, Econtrà qui fluminis dominus utilis, jure feudi, erat, & ejusdem commoda alia solus tenebat, insulæ quoque jus ad suum commodum pertinere cõtendebat. Quæritur, uter justiùs induat arma. Neque meliùs, opinor, neque rectiùs hoc expediemus, quàm si utriusque partis rationes & fundamenta excusserimus, delibata partim ex his, quæ tunc proposita fuerunt, partim ex aliis, ad hanc rem idoneis argumentis: Contrariis enim juxta se positis, & disputati[...] ili- 10
mè pertingimus ad verum, ut Dd. in præludiis suarum [...]nsultationum annotàrunt, & ex his *Ludo. Zunt. in respons. pro uxor. in princ.*

Princi-

III. Flumina publica in dominio & Patrimonio ſunt Princi- 18
pis *c. 1. quæ ſunt regal. Berous. d. conſ. 140. num. 4 lib. 3. Parmenſ. d. lib 1. c. 9. §. 2. nu. 2.* ergò eodem jure ad conceſſionarium vaſallum tranſibunt, Nam qui ex conceſſione Principis flumina publica tenet, perinde ea poſſidere videtur, prout erant apud Principem. Quocircà poterit hujuſmodi conceſsionarius, prohi- 19
bere navigationem per flumina publica, in territorio ſibi conceſſo, & vectigalia imponere navigantibus. *Matth. de Afflict. in rubr. quæ ſunt regal. nu. 63. & deciſ. 388. Boſſ. tit. de Aquis nu. 4. & ſe: Mar. Anton. Peregrin. de jure fiſci cap. 2. num 100 Socin. Iun. conſ. 75. nu. 1. & conſ. 76. nu. 20. lib. 4. Sigiſmund. Loffred. conſ. 24. nu. 12. & ſe.* Cum ergò, ut in præcedenti argumento dicebatur, Princeps, ex poteſtate abſolutâ, ſibi incrementa talia vindicare poſſit, cur non & vaſallo idem liceat? ſtantibus præſertim inveſtituræ verbis generalibus: Mit allen Nutzungen/ Ehren vnd Wirden etc.

IV. Suadet hoc conſideratio Rerum, quæ publicæ dici, & à 20
communibus diſtingui ſolent. Nam rerum communium quidem proprietas omnibus patet jure gentium: publicarum verò populo Romano, jure Civili *Cujac. in notis Inſtit de rer. diviſ. in princ.* Quod ſi populi Romani: ergò & Principis, ſeu Cæſaris, in quem populus jus ſuum tranſtulit. § *ſed & quod Principi. Inſt. de iur. nat. gent. & Civi. Steph. Forcat. dialog. 84. num. 6. & dialog. ſe. nu. 2. & ſe.* Atque ideò olim de rebus publicis, & ſic flumi- 21
nibus publicis, nemini, ſine licentia populi, Senatus aut Principis, diſponere licebat. *l. Impp. 17. de Servitut. ruſt. prædio. l. quamvis 30 de aquir. domi. l. continuus. §. cum quis 6. de verbo. obligat. l. Sed Celſus 6. in princ. de contrah. emt l. quominùs de fluminibus pub. & tot. tit. ne quid in flum. publ. fin. & ut in flum. publ. navig.* Porrò ſi ſunt iſta Principis, ſequitur, eſſe etiam illorum, 22
qui à Principe cauſſam habent, & in ſuis territoriis vicem Im- 23
peratoris gerunt, quales cùm eſſe Principes & Duces Germaniæ relatum ſit crebriùs, cur non de Illuſtriſsimo Electore Saxoniæ in ſuis provinciis idem dicemus? Electores ſiquidem præfe- 24

ctorum

ctorum prætorio sustinere vicem creduntur. *Hennin. Goden. passim in prioribus consiliis, Matth. Wesenb cons. 46. num. 2*: imò pars corporis Imperatoris appellantur *in bulla aurea Caroli IIII. Imperatoris in tit.* Vom Erzbischofflichen Segen/ etc. Et quòd mi-
25 norum gentium Principes Imperatoria jura in suis provinciis exerceant, passim commemorant Interpp. quia ea omnia, quæ Imperator potest, tales exercere posse scribunt, & ex multis collegit *Mar. Anton. Peregrin de jur fisc. lib. 1. cap. 2. num. 76. 79.* ubi ait, tales Duces, quicquid sit de jure, in suis statibus, plenitudine potestatis uti.

26 V. Si proprietas fluminum est Principis, & eorum, qui caussam à Principe habent, quis dubitabit, quin & commoda omnia fluminis ad eundem, & præsertim insularum, pertineant? Nam re-
27 gula est certi juris: Alveum fluminis publici, esse publicum: & ipsum alveum, tanquàm subjectum aquæ, trahere ad se aquę jura & commoda *l. 1. §. simili modo. de fluminibus. l. 1. §. si insula in fin. in verb. quia impossibile.* Ejusdem igitur pariter territorij erit alveus, & solum, super quo labitur, cujus est flumen; & huic regulæ in dubio standum tradit *Parmen. d lib. 1. c. 12. n. 8. & se.* & consequen-
28 ter, insula, quæ in flumine natat, vel solo ejus cohæret, ejusdem juris & conditionis erit, cujus & flumen, ne una res diverso jure censeatur, & dividantur aquæ commoda, quæ Princeps non distinxit. *l. miles §. pro parte. de legat. 2. Tiraq. de retract. prox. §. 1. gl. 8. nu. 21. & se. & de nobilit c. 28. nu. 11. & se. l. de precio. de publica. in rem actio.* Ita *in l. fin. de acquir. rer. dom.* dicitur, insulam, in flumine publico natam, publicam esse debere.

29 VI. Si insulam consideramus, ut vacantem, & in nullius dominio existentem, certè vel esse eam domini provinciæ, vel certè præsumi debere, ex hoc liquere potest, quòd, si proponantur in locis desertis, & incultis, bona esse vacantia, hæc nequaquam
30 occupanti, sed, uti existentia intra fines regni & Principatus, supremo Domino cedere intelliguntur, quemadmodum *Castr. & Socin. in l. in princ. de acquir. pos.* concludunt & sequuntur *Ang. Areti. cons. 17. Socin. cons. 127. lib. 1. Carol. Ruin. cons. 26.*

num.

num.7. lib.1. Curt. jun. consʃ.41. num.9. consʃ.158. Rolan. à Val.consʃ. 46.nu.34.lib.3. & atteſtatur, hanc veriorem, & de facto, *contra Ripæ contrariam opinionem,* obſervari *Mar. Anto. Peregrin. de jur. fiſ. lib.4. tit.3. de bonis vacantibus nu.29. Meno. de præſumt. lib. 3. præſumt 100. nu. 9. & ſe.* Deinde, quod traditum eſt crebriùs 31
per Dd. eum, qui habet jus in toto vel univerſo, habere fundatam intentionem de jure Communi, in qualibet eius parte: & quicquid reperitur intra fines loci, præſumitur jure Dominij 32
pertinere ad dominum loci. *c. cum Berthold. ex. de re judic. c. cum Epiſcopus. de offic. ordin. in 6. Ever. in Top, in loco à toto ad partem. nu. 11. 12. Molin. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 46. n. 4. & ſe.* latè *Maſcar. de probat. vol. 1. concluſ. 217. nu. 16. & ſe. & concl. 271. 290. 252. Menoch. de præſumt. 10. nu. 20.*

VII. Ut maximè contendat aliquis, jure Romano inſularum 33
commoda à fluminum publicorum proprietate diviſa fuiſſe: tamen non tàm quid tunc in uſu fuerit, quàm quid poſteà invaluerit, conſiderandum eſt. Nam fortaſſe ut aliàs, ita hîc traxerunt
Mores ac Leges in poteſtatē ſuam, ut *Plautus* dicebat: & ad ſen- 34
tentias uſu receptas revocant nos ICti. *l quæſitum. 12. §. ſed ſi fun- 35
dus 15. de inſtruc. vel inſtrumen. lega. l jam hoc jure utimur. 4. de vulg. & pupi. cum ſimil.* Vivimus in fæce Romuli, non in Roma
florente & triumphante. Conſtat igitur ex uſibus feudorum, flu- 36
mina publica, non tantùm quoad proprietatem, ſed & quoad uſum, juribus fiſci & regaliis aggregata eſſe. *c. uni. quæ ſunt regal.* ubi, quæ regália dicuntur, fiſci jura, vertit *Guntherus Ligurinus,* relatus à *Franciſ. Hotoman. ibi.* & non tantùm flumina ipſa Imperatori aſſcribuntur, ſed & vectigalia fluminum, ut ab eo temporè ſine portorio non liceat navigare per portum, neque ſine ve- 37
ctigalis exolutione, portum tranſire; neque in flumine publico, abſque Principis, aut Magiſtratus loci permiſſione, piſcari. Atque inde relatum eſt: poſſe Principem ex cauſſa in fluminibus publicis navigationes & piſcationes prohibere.

Beſſ.

Boß. in pract. tit. de & flumin. nu. 4. & se. Sebastian. Medices in tract. de Venatione par. 2. q. 21. n. 10. Quintil. Mandos. tract. inhibitio. quæst. 62. Mar. Anton. Peregrin. d. tr. de jure fisc. lib. 1. tit. 1. nu. 19. & seq. Carol. Ruin. cons. 28. nu. 15. 16. lib. 1. Io. Bodi. de Repub. lib. 1. c. 6. pa. 83. c. 10. pa. 223. Hinc *Iuvenalis Satyr. 4.*

Quicquid conspicuum pulchrumq; est æquore toto,
Res fisci est, ubicunque natat, &c.

VIII. Imò, ut ad rem accedamus propiùs, & quid posteà in his & similibus quæstionibus, etiam in Germania nostra, & vicinis locis receptum sit, simùl liqueat, observandum, quod
38 scribit *Noe Meurerus, in tract. de Iure aquarum,* vom Wasserrecht. *par. 1. mihi fol. 7. num. 9.* insulas in Rheno flumini natas, ex antiquissima consuetudine Palatinatus, Electoribus Palatinis vindicatas esse, neque concessas vicinorum prædiorum Dominis, & hoc sibi ex antiquissimis documentis compertissimum esse. Annotandum quoque, quòd in actis illis probabatur ex testium dictis, per consuetudinem longævam, ab annis 40. in hac provin-
39 cia invaluisse, ut fluviatica incrementa insularum, in *Mulda* flumine nascentium, in præfecturis flumini adjacentibus, eisdem debeantur, & dominis vicinorum prædiorum jurisdictionalibus accedant, prout de insulis, vindicatis fisco, in præfecturis Waldenburg / Penig / Grimme / Wulckenburg / Wurtzen / Eylenburg / expressè testes deponunt, & unanimiter asseverant, insulas his adjudicatas, qui jurisdictionem in eodem flumine Muldâ habuerunt. Sic *Nicol. Boer cons. 14. num. 16.* refert, *per arrestum Tolo-*
40 *sanum, Anno 1493.* omnes insulas, in ipso *Rhodano* existentes, fuisse Regi Galliæ Domino Carolo, in totum adjudicatas, & per sacrum consilium posteà similiter judicatum, ejusdemque arresti meminerunt, & *Hieron. Montan. de finib. regun. cap. 24. num. 9.*
41 *Aymus Parmen. de alluvio. lib. 2. cap. 7. num. 2.* Atque hinc appellari flumina Regalia cœperunt, quòd eorum curam sibi Reges & Principes peculiariter assumserunt, & à Privatorum usibus quasi sequestrârunt: idemque jus etiam à civitatibus Italiæ,

longo usu, acquisitum esse constat ex *tit. de Pace Constan'ia* & pluribus docet *Renat. Choppin. de Dominio Franciæ lib. 1. c. 16. nu. 1. & seq. Claudius Mallevillæus ad regias aquar. & sylvar. constitut.*, & notandum cumprimis, quod *ex principio tituli de Pace Constantiæ* Interpp. annotârunt: in aquis & fluminibus, hisce temporibus cumprimis, id, quod consuetudine receptum est, sequendum esse. 42 43

IX. Ne quis ista nullo jure usurpata contendat, ut dicitur *in l. injuriarum 14. in fi. de injur.*, videndum simul erit, quomodo huic consuetudini ratio constari possit. Placet enim quibusdam, non esse de nihilo, quod quidam scripserunt: Res etiam Communes, & Publicas, & universitatis, iisdem modis acquiri posse, quibus & privatæ: Sunt enim juris humani: Et modi acquirendi dominij, rebus publicis & privatis communes perhibentur, *l. 1. de acquir. rer. domin.* Hinc pleraque facta sunt jurisdictione privata & propria, quæ naturali jure sunt communia, ut feræ bestiæ, gemmæ, succinum in litoribus Pomeraniæ & Borussiæ, aves & alia: & sublata est multis in locis istarum rerum communio *Cujac. lib. 4. obs. 2.* Licèt enim jure naturali & gentium primævo, omnis terra erat omnibus gentibus communis, quoad usum & proprietatem, ac dominium quidem nullius erat: Tamen jure gentium secundario, cœpit ab illa omnium gentium communione segregari & separari una Provincia ab altera, & in eadem Provincia potuit pars quædam, à reliquis ejusdem provinciæ partibus & gentibus, sejungi, & uni, vel quibusdam applicari: ac per consequens, flumina, intra terræ particulam & ambitum fluentia, item feræ bestiæ & volucres, ibidem contentæ, dominis particularibus terrarum relinqui cœperunt, ut in his terminis pulchrè scribit *Fernan. Vasq. illust. controvers. lib. 2. c. 89. nu. 37.* Quemadmodum ergò jure Romano poterat quis jus piscandi in flumine publico solus sibi acquirere, si pluribus annis uno loco piscatus fuisset. *l. si quisquam de divers. temp. præscript. l. præscriptio. 45. de usurpat. & usucap.* ita in aliis rebus, quarum jure gentium communio est, 44 45 46 47 48 49

applicatio ad dominos particulares locorum facta est, ut hi soli commodis fluminum & sylvarum gaudeant præcipuè; & veluti
50 in priore casu pro ratione est præoccupatio loci; ita & in hoc posteriori, & præsertim subditorum patientia, longævo usu roborata. Nam in actibus meræ facultatis & negativis, constat,
51 jus acquiri parti prohibenti, si altera pars prohibitioni acquieverit, & non contradixerit; & hac ratione defenduntur ab Interpp. jura venationum, piscationum, pro dominorum utilitate, secundum *Iacob. de S. Georg. in verb. & cum venationib Mandol. d. tract. inhib. quæst. 61. Sebast. Med. de venat. par. 2. q. 2. & post latè Covarru. in c. peccatum par. 2. § 8. nu. 1 cum mult. seq.* ubi inquit, non esse absurdum, ut ea, quæ jure naturali omnibus sunt communia, à Principibus & Republica ita concedantur, ut in posterum ea privata, non communia sint; Iure siquidem naturali o-
52 mnia fuisse ab initio communia, & tamen humana lege factam esse rerum distinctionem inter privatos, post quam distinctionem non liceat cuiquam occupare rem distinctam, & alicui privatim lege humana addictam, secundum *Conrad. in lib. de Contractib. quæstio. 10. Covarr. d. lo. pa. 130.* Ita non dissimili specie
53 *Alber. Brunus. cons. 159. lib. 2.* per negligentiam longissimi temporis, habentes prædia propè ripam fluminis Padi, amittere contendit jus acquirendi alluvionem & glaream, & pertinere ad eum, qui est dominus castri vicini, cui propter negligentiam vicinorum commoda fluviatica fuerint acquisita. & probat idem pluribus *Aymus. Parmens. de Alluvio. lib. 2. c. 31. in princ.*

54 X. Possumus ulteriùs progredi & contendere: Maris propinqui usum non jam ampliùs communem, sed privatum factum esse, ut exempla de mari Hispanorum, Lusitanorum, Gallorum, & aliorum populorum, Item Venetorum & Genuensium monent, qui jus navigandi in vicino mari ad se transtulerunt: & Interpp nostri fatentur, tempore immemoriali usum propinqui
55 maris, atque etiam jurisdictionem, & proprietatem quæri posse. *Bart. in l. injuriarum. in fin. de injur. per tex. l. venditor. Commun. prædio Ias. in l. ex hoc jure. de just. & jur. Felin. in c. de quarta. de*

præscri

præſcription Franciſ Balb de præſc ipt.4. part.quinta. princ. quæſt.6. nu.1 & ſ. Fernan.Vaſq.d c.89.nu.14.& ſe. Roderic. Suares in conſil. ſolivago de uſu maris nu 13. Montan.de finib.regund.c.11,52. Benvenu. Strachi tract. de Navigat in princ.n.6 Cacheran.deciſ.155.num.2.3.4. ubi ait,principem imponere poſſe Gabellas in mari,& eas exigere à vehentibus merces per mare,ſuæ terræ adjacens, intra centeſimum miliare. prob. *Bodin.de Repub.lib 1.c.10 pa 223.* Et populum Romanum olim quoque,ſimiliter Imperatores, in mari juriſdictionem exercuiſſe probant. *l.3.nequid in loco pub. l. injuriarum in fin.& ſe.de injur.l.1.§ ſi quis in mari de fluminibus l.quod in littore de acquir rer. domin l.quamvis 10.eo. l.ergò eo. l.ἀξίωσις ad L.Rhod.de jactu. l.in'ul a.de judiciis l.1. C. de claßicu lib.11.tit. de navicular.cum ſe lib.11.l.3.C.de commerc.& vectigal. l.creditor.52.§.fi. de actio. emt. l littora de contrahend. emt. l. venditor. in princ.Commun.prædio. c.ex de fer. c.ubi periculum.ex de electio.* & de thynnaria piſcatione,cujus fit mentio *in d.l.venditor,* agit in ſpecie. *Covar.in d.c peccatum par.2.§ 8.nu.10.par.146.* 56 57

Atque hæc ferè ſunt omnia,quæ pro domino vicini Caſtri, ut ſibi vindicare ſolummodo incrementa fluviatica poſſit, excluſis vicinorum prædiorum & agrorum Dominis, in medium proferri debere, mihi quidem videntur: quibus tamen non obſtantibus, *proclivior ſum in partem alteram: Standum nempe in hac cauſſa eſſe, diſpoſitioni juris Civilis,* & proinde de inſularum & alluvionum,& aliorum incrementorum fluviaticorum jure, non aliunde,quàm ex perſpicuis Iuris Civilis diſpoſitionibus, deciſionem petendam eſſe: atque ut hoc ſentiam,movent me, quæ ſequuntur. 58

I. In dijudicandis cauſſis tutiſſimum & optimum factu eſt, Leges ſequi ſcriptas,& ſecundum has judicem ſententiam ferre oportere. *§.omnis deniq, judex.Nov Conſt* 82. Ergò in præſenti caſu jus inſulæ non domino Caſtri vicini,ſed vicini prædii & agri domino debebitur. *§.inſula Inſt.de rer.diviſ l.7.§ inſula.l.inſ.56.§ 1.de* 59 60

acq. rer. dom. & ibi Dd. Hier. Mont. de finib. c. 23. n. 4. Lanz. [illegible] *consf. 92. Iacob. de S. Georg. verb. fluminib. n. 4. cum similib.* tantoq; magis, quod hoc jus posteà nulla Constitutione contraria abrogatum reperitur: quod igitur non mutatur, cur stare prohibeatur? *l. sancimus C. de testamen. l. præcipimus C. de temp. appellat.*

61 II. Ius est prætereà eiusmodi, ut propter rationem, quâ nititur, omninò debeat observari. Neque enim contenti eo sumus, quod dicitur, flumina censitorum vice fungi, & ex publico in privatum, & contrà, addicere. *l. ergò 30. §. flumina de acqui. rer. domi.* de quo *Iul. Capra Vincenti. ibid. & Cujac. in notis Inst. de rer. divis. in pr. Bap. Aym. Parm. de alluvio. lib. 1. c. 16.* Sed rationem huic dicto simul constare volumus justam. Enimverò cum, qui prope ripas fluminũ publicorum prædia & latifundia possident, easdem ripas munire cogantur, & non tantùm sumtus huius munitionis magnos, sed & privatim damna non levia sustinere, dum vi fluminis detrahi & diminui sibi agros suos magno suo malo experiuntur, æquissimum certè est, ut alio jure damna illa compensentur; cum nunquam contingat, ut aliquid flumen agro alicujus adijciat, quin simul alterius agro tantundem detrahat. *l. unic. § 3. ne quid in flum. pub. l. 1. 2. 3. C. de alluvion. & palud. Ioan. Cephal. cons. 130. num. 16. & se.* Itaque non jure Civili primùm hoc constitutum, sed ex jure gentium deductum, quod vult, commoda cujusq; rei sequi eum, quem sequuntur incommoda *l. secundum naturam est. de Reg. jur.* & in his terminis probat, *§. cum autem vers. sed etsi post. de empt. & vend.* & meminit *Aym. Parm. d. lib. 1. cap. 5. nu. 10. c. 11. nu. 5.* quæ caussa fuit, cur & Imperatores *in l. ult. C. de alluvio.* statuerint: fiscum non debere incrementa fluviatica sibi vindicare, neque pro his censum augere, ne *ut ajunt Imperatores,* vel alluvionum ignorare vitia, vel rem noxiam possessoribus inducere videantur. Quare cõtra naturalem æquitatem facere videntur, qui sibi hæc incrementa vindicant, ut non malè scripserit *Alber. Brun. cons. 159. cir. fin. lib. 2.* consuetudinem, quæ vicinis adimit jus alluvionis & glareæ, in foro conscientiæ non procedere, nec satis tutam esse.

Ex

III. Ex his, quæ ex parte altera adducta sunt, liquet, eam apertè fateri, per alluvionem adiecta in flumine Mulda, non his, qui Iurisdictionem in flumine habent, sed vicinorum agrorum Dominis acquiri: tantùm verò insulas vicinis negari. Accipio, 69
quod condonatum est, & cum in alluvionibus standum esse iuri Rom., concessum audiam, infero: idem omninò, neque aliud, in Insula statuendum. Non enim solùm eadem utrobique ratio, sive von einer Anlage/ Werder oder Hügel agatur, sed & in usu 70
Iuris nostri Ius alluvionis dici, & referri solet ad omne genus incrementi, sive latens sit, sive evidens, sive discretum, ut insulæ; Imò ipsæmet insulæ fieri dicuntur per alluvionem. *d. l. ergò. §. tribus modis ibi. cùm paulatim coalluendo locum eminentem supra alveum fecit, & alluendo auxit:* Item in agris limitatis non habere locum jus alluvionis dicitur. *l. in agris d. tit.* & ideò insulas eis acquiri negabat *Ulpianus, in l. 1. §. si insula de fluminibus.* ut inde *Aym. Parmens. d. lib. 1. c. 5. num. 9.* dicat, audere se certo affirmare, & alluvionem, & alveum, & insulas acquiri jure alluvionis, & sub ejus juris appellatione contineri, ad quod confirmandum allegat & *d. l. ult. C. de alluv.* & quæ scripta à se sunt *c. 3. §. 1. num. 10.* Ratio etiam diversitatis, cur aliud in insula, aliud in alluvione strictè sumta, statui debeat, assignari non potest: proinde idem utrobiq; jus valere debet. *l. illud ad L. Aquil.* 71 72 73 74

IV. Magna ratio est, cur etiam, post distincta rerum omnium dominia, in usu manserit apud Romanos, & à Iuris auctoribus retenta fuerit distinctio rerum communium & publicarum, à privatis: Ne igitur committamus, ut hanc insuper habuisse, aut prudentiores veteribus esse voluisse videamur. Vetus est agitatum sermone proverbium: *non esse movendos terminos antiquos.* Et quemadmodum malè faciunt, qui omnium rerum inducunt communionem, & nihil volunt esse privatum; Ita non peccant minùs, qui omnium rerum sublatâ communione, inexplebili avaritiâ ducti, omnia privata esse volunt, nihilq; commune, vel publici juris relinqui patiuntur. Contra quos olim 75 76 77

& hi, qui Reipublicæ gubernacula moderabantur, pugnârunt ea, quæ publici juris fuerant, & privatis usibus mancipata reperiebantur, in publicum vindicantes, & in pristinam libertatem
78 asserentes, prout eius rei memorabile exemplum extat apud *Plutarchum in Themistocle, & Portio Catone*, Item *Liv. lib. 9. decad. 4.* & ex nostris meminerunt *P. Ærod. Rer. ab omni antiq. judic. lib. 1. tit. 63. Renat. Choppin. de doman. lib. 1. c. 16. num. 7.* Nam apud Græcos Themistocles, & apud Romanos M. Porcius Cato & L. Valerius Censores, omnem aquam publicam, seu fontium & aquæductum, seu fluminum publicorum, in privatum ædificium, aut agrum fluentem, ademerunt, & quæ in loca publica ædificata immolatáve habebantur, intra 30. dies demoliti sunt, additâ memorabili sententiâ: *Ut nihil mortales à*
79 *dijs immortalibus usucapere: sic nihil privatos earum rerum, quæ publici juris sunt, sibi ullo tempore assumere, aut vindicare posse.* Cumque de moderandis olim Tyberis exundationibus, sub Tiberio, consulatum esset, placuit similiter, in flumine publico
80 nihil mutandum. *Tacit. Annal. lib. 1. & in editione Annibalis Scoti cum Commentar. colum. 109.* Et *sub tit. de aquaeductu C. lib. 10*
81 Imperatores Theodosius, Valent., Constantinus idem rescripserunt; ac disertè Imperator Zeno *in l. diligenter. 9. eod.* monet, *diligenter investigandum, qui publici ab initio fontes, vel cùm essent ab initio privati fontes, postquam publicè usum præbuerunt, ad usum privatorum conversi fuerint, ne quod publicum aliquando fuit, privatum maneat, aut efficiatur.* Et cogitemus paululùm, quæ
82 ratio ad hoc veteres consultos movere potuerit, ut rerum communium & publicarum distinctionem à privatis retinerent. Sunt enim res communes ejusmodi, quæ nullis terminis & limitibus, secundum naturam quoque, secerni queunt, nunquam stant, sed semper eunt, & redeunt, ac videtur natura hæc ipsa consultò ita finxisse, ut eius, ad quam geniti sunt homines universi, societatis & communionis exemplum inter eosdem in hoc universo, frigescente alioquin heu, nimiùm charitate Christiana, vel potiùs simulacrum aliquod maneret, nec avaritia

homi

hominum penitùs primæva illa & naturalis institutio ob litera tetur. Patet enim latissimè hæc Societas, & proinde rerum istarum, quæ ad communem usum hominum natura genuit, servanda communitas est, quam & *Cicero offic.1.* urget maximè. Pu- 83
blicarum rerum similis ratio est, ubi in publico relinqui quædam necesse est, si politiæ jura sarta tectaque conservare volumus, si quid sit homo & πολιτικὸν ζῶον, intellexerimus, quæ ab omnibus Rerumpublicarum institutoribus non sunt neglecta, *Aristot. lib. 2. c. 1. & seq.* Sunt quædam publicè utilia, quædam pri- 84
vatim: est jus publicum, est & privatum. *l. 1. § huj. studij de justi & jur.* Proinde qui publica tollunt, & privata omnia faciunt, videant, ubi tandem habituri sint Rempublicam: quæ veriùs res erit privata appellanda, neque communitatis, sed singularitatis nomine aut Monachatus vocanda; Imò nulla, ac ne cogitatione quidem, fingi Respublica potest quæ nihil omninò habeat publicum, aut commune *Ioan. Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 1. pag. 14.*

V. Ne quis putet, ad Iurisprudentiam Romanam saltem hæc 85
convenire, posteà autem, mutato cum tempore imperio, aliud jus invaluisse, ubi flumina publica in patrimonio Principum omnimodò esse cœperint, de hoc quoque nonnihil videndũ est. Et sanè nusquam legitur, jus alluvionis expressè abrogatum. Quinimò stare adhuc ex non dubiis argumentis liquet. Nam li- 86
cèt fluminum publicorum concessio etiam in ipsa Italia, cum feudorum consuetudinibus, invaluerit: jus tamen alluvionis nunquam expresè concessum reperitur. Quinimò sunt, qui etiam hodiè in regno Neapolitano & Ducatu Mediolanensi jura 87
civilia, quoad flumina publica, obtinere disertè scribunt, ita, ut quamvis flumina publica sint Regum, Baronum & Vasallorum, ab ijs caussam habentium, usus tamen nihilominùs communis maneat, secundum *Andr. de Isern. in tit. quæ sunt regal. verb. flumina. Affl. ibi. Capic. in investitu. feu. verb. fluminib. Franc. Vivius deci. 344. n. 1. & se. lib. 2. Vincen. de Franch. decis. 183. n. 4. lib. 1. Aegid. Boss. in pract. tit. de aquis & fluminib. num. 3. 4. 8. 32.*

De regno Hispaniarum idem attestatur *Roderic. Soarez in consilio de usu maris*, ubi locum ex Legibus partitis refert, distinctionem rerum communium & publicarum retinentem *nu.* 14. & faciunt scripta per *Fernan. Vasq. d. lib. 2. c. 89. num. 40.* & *Faber* ex usu Gallico asserit, Francicis Baronibus non licere jus piscandi in flumine privatis interdicere, & ita à Curia Franciæ vulgo observari: *§. fluminum Instit. de rer. divis. Rhenat. Choppin. de doman. lib. 1. c. 15. num. 6.* & imposita olim fluminibus publicis vectigalia à Carolo Magno, abrogata magna ex parte leguntur *LL. Franc. lib 3. cap. 12. 13. Choppi. ibi num. 3. Cujac. ad tit. quæ sunt re-*
38 *gal. versic. vectigalia pag. 292.* Neque Septentrionalium populorum alia opinio unquam fuit, quemadmodum provisionis literæ à Rege Poloniæ Sigismundo Anno 61, &c. Gothardo primo, Curlandiæ Duci, datæ testantur, in quibus inter alia verba hæc leguntur: *In Duna fluvio, quæ insulæ sive mediamnes alteri parti viciniores sunt, apud eandem partem maneant.* De Germania quid aliud in hac caussa, quàm Iuris Saxonici testimonium affe-
39 remus? Illud verò etiam expressè conservat jus alluvionis vicinis prædiis, neque dominis jurisdictionalibus commoda fluminum omnia, & præsertim fluviatica incrementa, præcipua esse patitur. Landrecht *lib. 2. artic. 56. & gl. artic. 29. num. 3. eo. & artic. 28. eod.* piscatio in flumine publico publicè patere debere dicitur, Lehenrecht *c. 71. cum gloss. ibid.* & secundum hanc sententiam, ut videlicet insula, in flumine publico nata, pertineat ad eum, qui prope ripam prædia possidet, judicatum † esse in Saxonia apparet *ex sententijs, post jura feudalia collocatis fol. 117. b.* Quocircà hisce non dubiis argumentis standum etiam in proposito erit, ne quis prætexat, aliud per consuetudinem invaluisse.

90 VI. Quod si maximè rem esse dubiam quis assereret, & num privatis vel publicis rationibus flumina asscribēda essent, adhuc nondum satis liquere contenderet, quid quæso in re dubia tandem constitueremus? Num privata publicis aut communibus præponemus? An non ad jus primævum reditus favorabilior & melior?

melior? *l. si unus. § pactum. de pact.* Certè in comparatione ejus, quod melius, utilius, æquius est, (veluti, si de agro compascuo & locis communibus agatur, manere in usu publico, an singulis assignari debeant) æquus rerum æstimator priora profectò posterioribus anteponet, hoc est, publica privatis, & propriis ea, quæ communia sunt, quod diligenter monuit *P. AErodius lib. sing. de Orig. & auctor. rerum judicat. post. princ.* & quemadmodum publica utilitas privatæ anteferenda, sic Interpp. nostri *in l. 1. solut. mat.* non inutiliter tractârunt. 91

VII. Quia de Interpretatione Concessionis principalis quæstio proposita est; optimum factu erit, quæ alioqui in dubiarũ concessionum interpretatione adhiberi solent, non negligere, in quibus vel præcipuum est, quod Princeps nunquam concedere aliquid intelligitur, in tertij præjudicium, etiam tunc cùm de loco publico fruendo vel flumine publico agitur: exceptum enim intelligitur damnum, & injuria vicinorum & accolarum, *l. 2 § merito 7. §. si quis à principe 10. l. 3. §. 1. l. 4. ne quid in loco publico l quo minùs l. ult. de fluminib. l. 1. §. sunt qui. 3. ne quid in flumine public.* cumque magna vicinorum captio futura esset, si alluvionum injurias & damnum sustinere cogerentur, neque econtra incrementis gauderent, non debet videri princeps id voluisse, quod cum tam magno præjudicio vicinorum esset cõjunctum, *argumento in hisce concessionibus usitato, secundum Meno. de præsumt. lib. 2. præsumt. 9. nu. 1. & se.* 92

VIII. Licet expresse jus alluvionis exceptum non esset, tamen tacitè satis de eo cautum videri posset: Nam ita videmus, 93
etsi de locis, quæ jure gentium omnibus vacant, in venditione nihil dictum sit, nihilominùs ad ea emtorem agere non posse, atque ut veniam in venditione disertè ea, veri solere, ut loca pu- 94
blica in modum cedant, *l. littora de contrahen. empt.* quemadmodum de rebus sacris, religiosis & publicis similiter interdum excipiendis caveri constat *l. pacta conventa 72. §. 1. de contrah. emt.*

95 IX. Celebris est regula Interpp: Unumquemque in quacunq;
dispositione censeri tantum illud jus transferre, quod ipse habet,
*l. qui tabernas 32. ubi Dd. de contrahen. emt. & in l. 5. de Leg. 1. l. Sti: ho.
de usufru. legato* & cùm in re concessa reperiuntur res publicæ,
quarum usus ad privatos pertinet, has non videri concessas: &
quamvis, quæ in patrimonio sunt fisci, vendita intelligantur, ne
96 quaquam tamen sub his contineri, quæ in usu sunt publico *d. l.
qui tabernas in fi d. l. pacta. §. 1. in fin.*

X. Diligenter retinenda etiam in proposito est distinctio earum rerum, quæ sunt in patrimonio principis, & in usu publico
97 *d. l. pacta. §. 1. l. 2. §. 1. 2. ne quid in loco publico. l. quò minùs, de flumi
nibus. Iacob. Ravar. d. lib. 4. varior. c. 4.* & malè faciunt, qui jura
populi & principis confundunt: cùm præter ea, quæ Principi
98 conceduntur, nihilominùs quædem populo & Reipub. relinqui
necesse sit, *Bodin. de Repub lib. 6. cap. 2. pag. 94. Bodin de Domanio.
Franc. lib. 1. cap. 1. in princ. num. 1 & seq. Francisc. Hotoman. illustr
quæst. c. 1.* Ergò his convenienter dicendum erit, jura alluvio
num, ad Principem, jure potestatis suę, non pertinere, licèt de his
99 disponendi facultatum habeat: Nam ita de rebus, naturâ com-
munibus, disponit Romana Iurisprudentia, neque tamen ideò
ea Principibus Romanis eadem largitur. *l. littora §. 1. ne quid in
loco pub. cum similibus suprà allegatis.*

Retineo igitur hanc, & amplector libentissimo animo, si
ne cujusque tamen præjudicio, ut veriorem, & Reipub utilio
rem, eandemque suprà dictis rationibus satis defendi arbitror
quemadmodum & in specie comprobatur per *Baptis. Aym.
Parmens. de alluvio lib. 1. cap. 11.* Sed operæ pretium est, nunc
100 his, quæ pro contraria opinione allata sunt, respondere: cùm
objectus non satisfacere, elati ingenii esse putetur. Ergò mo
101 vere nos non debet, quod dicebatur l. Flumen hoc, & Muldam
Misnicam, flumen esse privatum, non publicum. Nam in quæ
102 stionibus controversis, propria maximè significatio spectanda
est, & licet non absque negocio fluminis publici definitio in ve
stigetur, secundum *Parmen. d. lib. 1. c. 15. nu. 2.*, Tamen *num 13. ibid.*

dicit, quinque modis id cognosci, videlicet, si sit navigabile, si perenne, aut ex magnitudine, aut ex communi & publico usu, 103
vel per circumcolentium existimationem *l. 1. l. quò minùs. ne quid in flum. pub.* & probat *Steph. Forc dial.* 84. *n.* 1. *& se. Rolan. à Val. cons.* 97. *n.* 1. *& se. lib.* 3. quæ cum Muldæ nostræ etiam conveniant, cur non & fluminum publicorum numero comprehendi possit, haud video. Neque enim solam magnitudinem, aut navigandi commoditatem perpetuam spectamus, sed aptitudinem & existimationem vicinorum, seu magis usum publicum.
Atque hæc propria est fluminis publici definitio. Idem tamē flu- 104
men publicum, certo quodam respectu, interdum privatum appellatur, videlicet, ratione proprietatis & jurisdictionis. *d. l. littora. ne quid in loco pub.* unde fluminis proprietas in dominio 105
Principis etiam dicitur, & potestatem habet Princeps cōcedendi, ut in flumine publico ædificare & aquam inde extrahere liceat. *d. l. quò minùs. Aym. Parm. d. lib. 1. c. 14. num.* 8. 9. 10. 11. 12. neque tamen ideò omni ex parte flumen privatum erit, sed manebit nihilominùs publicis usibus aptum, & dicere propterea, quòd jurisdictionem in flumine Princeps habet, & hactenus privatum esse apparet, ideò in universum publicū esse desinere absurdum est & inconveniens: neque jurisdictio, quomodocunq; 106
consideretur, naturā publici fluminis & effectū mutare potest, *Parm. d. tract. lib. 2. c. 6. n.* 39. 41. & nihil impedit, quo minùs eadē res, quoad intellectualē considerationē, pro varietate caussarū, 107
& respectuū diversi juris censeatur *l. miles. §. pro parte. de legat. 2. Meno. de arbitr. lib. 1. quæst. 37. n. 8. & se. Ever. in Top. in loco à tanquā.*
II. Non procedit argumentum à potestate Principis absoluta ad concessionē quæ fit inferiori. Nam ut concedamus, Prin- 108
cipi interdum licere fluminis publici commoda privatis auferre, & navigatione & usu fluminis interdicere, non tamē id promiscuè licere debet, sed caussam justam requirimus, secundū *Parm.* 109
d. lib. 1. c. 10. Prout in flumine Clanarū publico, maximè impensæ Ducis pro caussa justa putabantur, vindicādi alvei publici, & 110
regulariter Principi potestate absolutâ absq; caussa justa, uti non licet, latè *Covarru. resol. lib. 3. c. 6. Anton. Tessau. decis. 91. nu. 1. & se.*

111 Neque valet illatio: quia Principi poteſtas talis conceſſa eſt, e-
112 andem conceſſionario Vaſallo concedi oportere. Nam certum eſt, ea quæ Principi ſpecialiter tributa ſunt, in generali conceſſione non venire, qualia ſunt regalia, & his majora, plenitudo ſcilicet poteſtatis, *Mar. Anton. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 1. cap. 2. num. 72. & ſeq. num. 82. & ſeq.* & præſertim, quæ Principis perſonæ cohærent, cujusmodi eſt hæc poteſtas. Hinc dicimus, factâ à rege Galliæ conceſſione cum omni jure, quod in loco habet, non tamen ſimùl jus Regium conceſſum intelligi, ſed ejusmodi tantùm translata videri, quæ in privatum cadere poſſunt. *Luc. de Penna in l. 1. C. de privil. ſcholar. lib. 12. & in l. 1. C. de veteran. Peregrin. d. c. 2. num. 100. pag 56. 57. Iacob. de S. Georg. in verb. dictiq; Vaſall. promiſ. cognoſ num. 3. ex Alberico in l. fin. C. de juriſdict. Cacheran. deciſ. 101. nu. 12. Mandel. Alba. conſ. 64. num 90. & ſeq.* Neque
113 valet etiam iſta inductio: ut videatur Princeps poteſtatem hanc communicare vaſallo voluiſſe: Nam licet *Curt. & Alciat.* hoc tentârint; tamen à *Parmen. d. loco*, reprehenſos videmus, propter eà, quod Princeps videatur quidem ſua commoda largitus: non tamen, quæ ad privatorum redundant injuriam & damnũ. Imò, cum ex poteſtate ordinaria Princeps commoda alluvionũ non ſoleat adimere, utique ſecundum eam poteſtatem conceſ-
114 ſio facta videri debet: cùm non debeat in conſideratione eſſe, quod extra ordinem accidit, *l. Rutilia de contrahend. emt. l. Seio*
115 *10. §. 1. de annuis legat.* unde dicimus, dictum generale ad extraordinaria non referri *Bart. ibi, Cagnol. in l. diem functo. num. 93. & ſe. de offi. aſſeſſo. Boer. deciſ. 19. deciſ. 180. num. 8. 9.* neque ideò Baro vel vaſallus venationes aut piſcationes prohibere poteſt: quia à Principe cauſſam habet, *Boſſ. d. tit. de aquis num. 14. 19. Par Put. de Syndic. tit. de exceſſibus Baron. cap. 1. num. 7. 8. & ſeq. Marin. Frec. de feu. lib. 2. auctorit. 46. num. 6. 7. & ſeq. Anton. Natta. conſ. 375.*
116 *num. 3. & ſeq. lib. 2. conſ. 431 eo. conſ. 522. lib. 3.* Unde omnes conceſſiones principales ad jus Principis, & quod ordinario modo illi competit, reſtringimus, neque dicitur majoris auctoritatis etiam vaſallus, reſpectu feudi ſibi conceſſi, quàm Princeps re-

ſpectu

spectu sui Principatus. *Feck, in c. nemo plus juris 79. nu. 2. 3. de Reg. jur. in 6. Rolan. à Valle cons 41. nu. 52. 53. lib. 3* & tantò minus credendus est Princeps lucra fluviatica adimere voluisse: quia re- 118
spectu damni vicinis debentur, & non ex caussa lucrativa, sed 119
onerosa. *Parmen. cap. 11.* & quia non censetur Princeps juri ter- 120
tij præjudicare, etiamsi illud jus in spe consistat. *Meno. d. lib. 2 præsumt. 9. nu. 12. & seq.*

III. Licet in Dominio & patrimonio Principis sint flumina: 121
non tamen ideò omninò privati juris constituta erunt. Nam tria sunt à peritioribus in flumine notata, semper solicitè discer- 122
nenda, videlicet: Usus, Proprietas, Iurisdictio. *Steph. Forc. dial* 123
84. num. 5. Usus fluminum communis est *l. diligenter. C. de aquaduc. lib. 11.* Proprietas & Iurisdictio populi & Principis. *Parmen. d. lib 1. c. 15. nu. 11. 12.* Neque tantum proprietati & jurisdictioni indulgendum, ut etiam usum ad se trahat, qui privatus effici non debet. Et sunt quidem flumina de regalibus: Cæterùm 124
hoc de utilitate vectigalium, piscationum & aliorum redituum intelligi debet, non de omnimoda fluminum appropriatione. *Parmen lib. 1. c. 11. nu. 8. c. 15. nu. 12. FF. in c. unico quæ sunt regal. & ibi. Hotoman. in verb. piscationum reditus, &c. & verb. decursus fluminum.* Quod autem dicitur: Principem in flumine navi- 125
gationes prohibere absolutè, id *M. Anton. Pereg. d. lib. 5. cap. 7. num. 21.* durum videtur, & juri gentium & civili repugnans, & proinde non admittendum, nisi ex caussa justa & honesta, veluti cùm vectigal non solventibus navigatio interdicitur. *Peregrin. d. lib.* & cùm Philippus. Dux Mediolanensis, omnem fluminum usum ad se trahere vellet, edictis iniquissimis promulgatis, coactus est posteà, illa abrogare. *Boss d. tit. de aquis. nu. 8*

IV. Licet à populo Romano Princeps omne jus acceperit, non tamen juris gentium scita ideò in sua potestate Princeps 126
habere dicendus est: Neque quia administrat res Populi Princeps, ideò ea sibi applicare potest, & sibi caussam possessionis 127
mutare, & non alienare illi jura publica vel res populi permissum est, sed diligenter rem populi gerere, *arg. l. 1. de offic. procur.*

Cæsar.

Cæsar. vel rational. Franci'c Hotom in. disp. illustr quæst 1. pag 5. & in Francogallia cap. 8. 9. & lib. sing. de jure success. reg. ad L. 6. Steph. jun. Brut. in vindic. contra tyran. quæst 3. pa. 1 7 & se. Bodin d lib. 6. c. 2. pa. 947. Quamvis etiam minores ab Imperatore Principes pote-
128 statis plenitudine utantur, non tamen expeditum adhuc est, an id fieri debeat, ut suis locis Dd. tractant.

V. Fatendum est, alveum esse juris publici, sed non dicen-
129 dum, alveum ad se flumen trahere, verùm magis à flumine tra-hi. *Parmen d. lib. 1 c 11. in fin.* neque, quia cohæret insula alveo,
130 ideò ejusdem juris erit: cum jus gentiū hæc ex justissima & æquis-sima ratione secreverit. Imò, cum ex fluminis jurisdictione, ad
131 proprietatem & Dominium insulæ argui nequeat, neq; ex alvei
132 consideratione argumentum firmum & efficax duci poterit: Et si id, de quo magis videtur inesse, non inest, neque etiam id, de quo minùs *c. licet universis. ubi gl. verb. multò minùs*: *de testibus l. qui indignus. de Senator. Everar. in Top. in loco à majori num. 1.* Et
133 concedimus quidem jurisdictionem insulæ ei, qui in flumine ju-risdictionem habet; sed hoc ad proprietatem produci haud per-
134 mittimus. Neque his obstat, quod *in l. penul. § ult. de acquir. domin* dicitur: insulam, in publico natam publicam esse debe-re: Nam ut benè *Cujac. lib 14. obs. 11. in fin. contra Hotoman. lib. 1. obs 3*, scripsit, verum est, insulam, in flumine natam, quoad u-sum, publicam esse jure gentium, ut flumen, ripa, littus, & ripæ continens ager: licèt interim insula proprietate sit privata eo-rum, qui proximiorem insulæ agrum possident. Quamvis *Iu-lius Capra Vicenti. ad d. l. pen. § ult.* scribat, locum illum eo casu accipiendum, siquidem prædia propè ripam fluminis publica sint: Neminem enim dicere: insulam, quæ in Tiberii nata est, in eo alveo, quo Romam urbem interfluit, aut Arnus Floren-
135 tiam, aut Padus Ferrariam, publicam non esse, & in publico lo-co rationem efficere, ut publica utilitas privatæ præferenda sit, quamvis vicini non desint, qui propè ripas prædia possideant, quorum prædia quodammodò limitata videantur: idq; vel ma-xime dicendum esse, si propè ripas prædia Cæsaris sint, vel fisci,

vel Civitatum: his enim insulam, quæ ripas contingit, jure gentium per alluvionem acquiri, dubitari non oportere.

VI. Præsum, omnia intra fines alicujus contenta; ejusdem esse, non est perpetuum, neque fundata est intentio Dominorũ 136
particularium, quoad res omnes in finibus suis contentas. Nec sequitur: quicquid est intra districtum, subjectum esse districtui *c. cum episcopus. de offic. ordin. in 6.* Imparia sunt, locum esse ex- 137
trà territorium, & esse exemtum. *Cagnol. in l. fin. num. 12. & se. de jurisdict. Molin ad cons. Paris. tit. 1. §. 46. nu. 4. & se. Iacob. de S. Georg. verb. dictiq. Vasal. promiss. recog. num. 6. ubi not. Mascard. Menoch. suprà allogatis locis. Everar. in Top. in loco à toto ad partem n. 12. p. 82. ubi not. & cons. 140. n. 8. Matth. VVesenb. cons. 33. num. 20. 40. cons. 43. n. 69. & se. Mascar. de prob. lib. 1. concl. 217.* Et quod 138
attinet opinionem *Castrensis & Socini in l. 1. de acq. poss.* secundũ quam bona, intra fines provinciæ & vacantia reperta, Domino loci adsignari debere creduntur, observandum, eam non usque adeò firmis niti fundamentis, ut convelli nequeat: Nam *Socini* argumentis diserte respondit *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsum. 100 nu. 9. 12. & se.* Et verior existimatur ea opinio, quæ loca inculta & non deserta, si non fuerint, vel non appareant, ab aliquo occupata, uti ea, quæ in bonis sunt nullius, ad occupantem pertinere debere statuit, non autem ad fiscum, *Aretii cons. 15. & in l. 1. n. 5. & in l. rem quæ nobis. nu. 5. de acquir. poss. Per. gr. d. lib. 4. tit. 3. nu. 29. Socin. jun. in d. l. 1. nu. 13.* & probat eandem sententiã in his fluviaticis incrementis. *Parm. de alluv. lib. 2. c. 21. nu. 67.* Sic pertinax Imperator, *teste Herodiano p. 183.* quicquid in Italia aut alibi gentium inculti soli, etiam sub regibus, vacaret id totũ occupantibus ac colentibus adjudicavit, decemq; annorũ immunitatem & perpetuam dominij libertatẽ agricolis concessit.

VII. Nihil huc facit, quod allegatur, aliud jus postea introductum per consuetudines feudales: Nam licet flumina inter 139
regalia numerentur *d. c. unic. quæ sunt regal.* tamen id non de omnib. commodis præsertim ex jure gentiũ venientibus, accipi debet: sed de vectigalium, piscationũ ordinariis reditibus, non

de-

de extraordinarijs proventibus, *ut suprà est ostensum*, ubi & diximus, quatenus Princeps navigationem & piscationem prohibere possit. Multò minùs moveri debemus fisci procuratorum susurris: Omnia esse fisci, clamantium: Neq; simpliciter *Iuvenalis*,
140 qui allegatur, scripsit, sed ex ore Harpiarum aulicarum sumsit, & excogitavit, inquiens: ridendum esse *Palphurium assentatorem*, qui omnia, quæcunq; ex mari caperentur, pisces etiam ipsos, esse Domitiani Cæsaris affirmabat:

Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
Quicquid conspicuum pulchrumq; est æquore toto,
Res fisci est, ubicunque natat, &c.

Laudat *Plin. in Panegyr.* Trajanum Imperatorem *p. 44.* his verbis; *Non exturbatis prioribus Dominis, omne stagnum, omnem lacum, omnē saltum possessione circumventis. nec unius oculis flumina, fontes, maria deserviunt. Et quid Cæsar non suum videat? tandemq; imperium Principis, quàm patrimonium majus est.* Erat & Imperatorum tempore *Fussidius* quidam, *omnia esse fisci, dictitans* cujusmodi hominum magna ubique inter Principum in rebus agentes copia est. *Arnold. Ferro. ad consuetud. Burdegal. lib. 1. tit. de retract.* § 4. *in fin. pa. 33. lib. 2. tit. de feu. §. 3. in fin. p. 257.* Sic Imperator Pertinax, *auctore Herodiano. pag. 185.* vectigalia omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitaverant, in fluviorum ripis, in urbium portibus, perque vias & itinera, penitùs remisit,
141 & in antiquam libertatem revocavit. Et observandum denique, *in l. 3. C. de quadr. præscrip.* non dici simpliciter: *omnia esse Principis, sed esse intelligi,* & quidem non cujusvis generis bona, sed quæ ex substantia principali vel fiscali sunt alienata, id est, tàm res privatæ ejus substantiæ, quàm res ipsius fisci publici, & ærarij *Cujac. ad tit. C. de offic. Com. rer. privat. Connan lib. 3. comment. c. ult. num. 8. Hottoman. d. quæst. 1.* & benè suprà nominatus Imperator *apud Herodianum p. 185.* imperatorijs possessionibus nomen suum inscribi prohibuit, non esse illas, dictitans, imperantium proprias, sed communes Rom. & publicas.

VIII. Exempla Palatinatus Electoralis, & quæ in Mulda flumine observata sunt, similiter non movent: Sunt enim consuetudines, præsertim cum jure pugnantes, ejusmodi, ut extra loca, ubi invaluerunt, non trahantur, sed intra suos fines constrictæ, ulteriùs se proferre nequeant: Debet etiam consuetudo probari, non in genere sed in specie, & individuò & puncto l. vel casu, de quo agitur in locis controversis: Neque extensio admittitur, in odiosâ maximè consuetudine, quam & conscientiæ non esse tutam, fatetur *Alber. Brunus d. consf. 159. in fi.* de hac consuetudine circa alluvionem disertè scribens: Esse alioqui difficilimùm probare consuetudinem Dd, fatentur, cum modò sit alba, modò nigra, & multi eam credant probare, sed aberrent, pulchrè *Rota Genuen. decis. 17. num. 1. & seq. decis. 20. nu. 9. 10. Ioan. Garzia. de expen. c. 9. num. 9 43. 49. Anto Natta. consf. 435. num. 22. Rolan à Valle consf 51. num 39. lib. :.* Et quis non credat, in ejusmodi casibus nonnunquam multa per impressionem præfectorum & officialium fisci, designata esse, adeoq; principium fortè fuisse violentum, ortum ex avaritia eorum, qui omnia ad fisci compendium derivare conantur, *Garzia d. lo Bened. Bon. de censib. artic. 36. num. 53. Paris. de Put. de Syndic. tit. de excessibus Baron. nu. 20. pag. 86.* Arresta *à Boerio consf. 24. num. 16.* relata, vix est, ut probent, insulas pleno jure Regis factas: sed quoad jurisdictionem saltem, quemadmodum arresta illa etiam accepta ab alijs, apparet. *Hier. Mont. de fin. cap. 24. num. 9. Aym. Parmen. de alluvio. lib. 2. c. 7. nu. 2.* & si is fuisset intellectus arrestorum, procul dubio & *Renat. Chopp.* insulas in fluminib. publicis natas, inter jura domanialia, seu regalia retulisset, quod tamen ille nusquam fecit, ne in eo quidem loco, ubi de fluminibus ex professo agit. *d. lib. 1. c. 16. nu. 1. & seq.* Flumina denique non ideò regalia appellantur, quod omnem illorum usum reges sibi tantùm vindicarint, sed quia præcipua eorum commoda in suum fiscum retulerint & possederint, *Noë Meurer. de jur. aquar. f. 61. a. f. 29. a.*

142 143 144 145 146

IX. Ratio solida proferri nequit, quæ abrogationem juris gentium in ademtione fluviaticorum incrementorum sustineat, 147

utcunque dicatur.res quasdam communes privatas effectas esse. Nam quod arbitrio principum vectigalia imponuntur flu-
148 minibus & portubus, quod venationibus & piscationibus, & collectione succini, & gemmarum, certo quodam modo, & temporum intervallo, nonnunquam interdicitur subditis, non efficit totius juris gentium eversionem,aut abrogat omnem navigationum, venationum, piscationum aut fluminum usum:
149 Sunt in istis quædam,quæ ratione probabili nituntur, ut de venatione & piscatione tradiderunt *Covarru d. par.2.§.8. nu.1.cum mul seq.Franc Marc.decis.303.529.523. Domin. Soto de just. & jur. lib.6 quæst.6.art.4 Vincent. Franc. decis. 158. par.1. Sebast. Med. Quintil. Mandos. dd. locis*,imò in Delphinatu de consuetudine licitum est, aurum perquirere in littoribus fluminum, nec de eo decima debetur, dummodò extra eam regionem non por-
150 tetur,& in locum vicinum, cudendæ monetæ destinatum, deferatur.*Franc.Marc decis.121.par.1* alioqui etiam gentium jure inducta,ex arbitrio & moderatione principis,specialem formam possunt accipere. *Bodin. d.lib.1.c.1.8.circa fin.pag.139.ex l.jus ci-*
151 *vile.6.de justic & jur.* Et fatendum est,etiam loca juris gentium publica, per occupationem, Item usum temporis immemorialis,acquiri, & ita de fluminum publicorum proprietate acquirenda latissimè consuluisse *Ioan.Fuhar.cons.22.nu 6.& seq lib.1.* Sed quod de mari dicebatur & usurpatione Venetorum, Genu-
152 ensium,Lusitanorum & Hispanorum,à multis repudiatum extat,& nominatim improbatum *à Fernan.Vasq.d lib.2 c.89 num.30. & seq.Roderic.Soar.d.cons.de usu.Maris num.7.8.9.& se.nu.13.cum*
153 *seq. Marc. Anton. Peregr. d.tr.lib.1.t 1.num.17.* In fluminibus quidem diversum receptum,ut horum scilicet proprietas privata efficiatur.*Vasq.d lo.nu.39 Peregr num.17.* Verùm hactenus, ut liberalis usus fluminum ad hauriendam aquam & similia,non ideò aliis ademtus credatur, sed communis maneat nihilominùs. *Vasq.d.lo.num.39 40.* Item,ut jus alluvionum speciale,sepa-
154 ratam ab aliis fluminum commodis rationem habens ex jure gentium,salvum maneat: concedenda est moderatio rerum hu-

manarum

manarum Principib. etiam in communibus, suo tamen modo: Sicut enim nemini licet inficere aërem, quamvis omnium rerum maximè communem (pro quo tamen aliquando & vectigal impositum *Cuiac. lib. 10. obs. 7.*) quia cujusq; regionis jurisdictione proprius censetur: ita nec aliæ res publicæ, aut communes, omnium libidini temerè servire debent, sed potest earum 155
usus prohiberi jurisdictione præsidentiū. Reb. publicis, licèt moderatus & necessarius earum usus omnibus alioqui pateat. Invalescente enim hominum nequitiâ, necesse fuit, rerum communionem ad certas necessitatum vices cōtrahere, ne si omniū libidini promiscuè omnia paterent, singuli multis necessariis carerent: & dum omnibus usum omnium liberrimum relinqueremus, nemo deinceps proprium aliquid haberet. *Vasq. d. n. 39. Bened. Bonius. tract. de cons. art. 16. n. 40. Boss. d. tit. de aquis nu. 20.* Quod autem *ex Alberto Bruno cons.* 159 *lib.* 2. allegabatur, jus fluviaticorum incrementorum ad Dominum castri pertinere, non simpliciter probandum est: Nam si veluti præcipuo quodā jure Domino ista concedenda sunt, quod ut vacantia, fisco potiùs adjudicanda credantur, fasa opinio est, nominatim refutata ad- 166
versus *Brunum, à Parmens. d. tract. de alluvion. lib. 2. c. 21. nu. 1. & se. §. 1.* Sin autem longissimo tempore insulâ vacaverit, nō dubium, præscriptionem quæsitam, cum tricenni curriculo omne jus perimatur. *l. sicut l. omne C. de præscript. 30 vel 40. anno. Parmens. d. c. 21. in princ.*

X. Ad exempla Venetorum & Lusitanorum jam antè responsum est, & probant luculenter *Vasq. Suar. Peregr.* Maris liberta- 517
tem omnimodo defendentes, quo pertinet illud Poëtæ:

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.
-- -- -- -- *Littusq; rogamus*
Innocuum -- -- -- -- --
-- -- -- *hospitio prohibemur arenæ.*

Et probant pulchrè *l. littora 3. §. 1. ne quid in lo. pub. &c.* Ex
158 quibus omnibus satis, ut puto, defensa est ea, quam suscepi, sententia, quæ negat, donato flumine à Principe per concessionem feudalem jus alluvionum vicinis prædiis ademtum intelligi, sed
159 omnimodò contendit, secundum jus gentium, salvum esse & illibatum: Itaque posse subditos insularum, in fluminibus natarum, dominium sibi vindicare, etiamsi fluminis jurisdictio ad superiorem pertineat. Dicamque, cum commodum alluvio-
160 nis in recompensationem multorum damnorum, quæ proximis agris inferuntur, concessum sit, non debere fiscum ex aliena
161 na calamitate compendium quærere ut sunt verba Imperatoris Constantini *in l. 1. C. de naufrag. lib. 11.* & secundum ICtum
162 Ulpianum *in l. de illis 22. pro socio.* debere eum, qui commodum sentit, etiam incommodum agnoscere; & vicissim.



INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM:
UBI PRIOR NUMERUS QUÆSTIONEM, posterior marginalem significat.

A.

Abortionis caussâ poculum præbens, gravius, atq; al us, puniri solet, q 26.n.61.

Actione uni peremtâ, alia deduci potest, q. 2.n.10.

Actor instructus ad judicium venire debet, q.1.n.15.eiq; non licitum est variare, n. 16 qui, postquam semel ordinariã probandi viam ingressus est, alteri exinde jus quæsitum esse n.13. & proinde beneficio constit. Elector. renunciasse videtur n.21.28. nec ad extraordinariam datur regressus. nu.22 plures res obligatas habens, si unam elegerit, posteà variare non potest, nu.20. intentionem suam per testes probare instituens, non potest aliam probandi speciem suscipere. nu. 2?. succumbens in caussa, eandem resuscitare non debet, n.24.

Actor judicem adiens, si apud eundem jus suum persequi non posit, ob caussam supervenientem, alium adire non prohibetur, q 21.n 25.

ACTORE intentionem suam non probante, reus absolvitur, licet deficiat in probatione suæ exceptionis.q.2 n.12.

ACTORI delatum juramentum, ad litis usq; terminum revocare licet, etiam tunc, quando acceptatum est. Ex justa tamen caussa revocari debet, q.4.n.24, nisi ante eidem, à reo, fuerit relatum n. 37.

ACTIS inserta, utriq; parti sunt communia, q.4.n.24.

Accusator transigens, non habet necesse petere abolitionem, nec in pœnam SCti. Turpill. incidit, q 24.n.24. de quæ desistentibus jus olim varium, nu.26. jure autem & moribus nostris, ad jus vetus SCti Turpill. recursum, nec sine licentia magistratus transactio licita n 27.

Accusato. pendente accusatione, bonorum administratio non admittur, q 33 num. 35.

Accusatio de morte paterna jure Sax. filiis saltem & adgnatis permissa q.34. num. 7. & 14. quod descendit ex jure Longobardico. n 15. sed vide n.16. ubi in subsidium quoq; fœminæ admitti dicuntur, ordine successivo, & n 20.

Accusare nemo invitus compellitur q 34. n. 2. sed vide speciale. n.24.

Ad agendum nonnunquam compelli quis potest. q. 3. n.3.

Adgnati, lite contra illegitimos institutâ flagitare possunt, ut illegitimi pro adgnatis non habeantur. q.n.18. sed quomodo intelligendum. n.31.

Administratione liberâ concessâ, dolus remissus non intelligitur. q.3.nu. 5.

Advocato variare, & modò hanc, modò illam partem, suo patrocinio iuvare, non licet q.4 n.15.

Adulterium crimen duorum. q.29. num 5. & quæ eius pœna. num.18.37. in nupta propriè committitur, non soluta, in qua dicitur stuprum. nu.6. & 20. & dupli-

catum dicitur, si conjugatus rem habeat cum alterius conjuge.n.22. à stupro distinguendum, num.7. & 9. & 12. licet nonnunquam promiscuè usurpentur. n. 10. ad eam iniuriam pertinet, quâ alterius familiæ stirpes adulterinæ inseruntur, nu. 8. an cum meretrice etiam conjugata committatur. n. 23. 26. 27. 77. &c. quò ad ipsas, non quò ad maritatos num.28. 33. puta ratione pœnæ, dum hi mitiori afficiendi, n.30.87. adeò, ut hîc remißioni sit locus. nu.21 esse potest, absq; adulterij accusatione n.36. quæ sit eius pœna ex l.divina. nu.38. & quò ad aliàs gentes remißivè nu 39. ex Iure Rom. varia, n.40. Lege à Romulo latâ etiam mors. nu. 41. licet cõtradicat Cuiac. qui repræhenditur. nu. 42. Simplex capite apud Roman: olim nõ vindicatum ut exemplis probatur.n.46. donec Imp. Augustus. L. Iuliâ de adulterijs sanxit nu 47 quæ sæpè tum dormitare visa est. n.52. & etiamnũ multis in locis Germaniæ.n 75 Pœnâ relegationis olim punitum.n.48.& 60 quæ varijs exceptionibus sæpè elidebatur, nu. 61. sed exasperata aliquãdo fuit. n.49. ab Impp. seqq. capitali & mortis pœnâ quandoq; vindicatũ.nu.50. cuius exempla referuntur nu.53. 54. 55. 56. 57. & quo tempore capitale primum factũ sit.n. 65 adde n.69.& 62 ordinariâ tamen in paganis pœnâ manente, relegatione: in mulieribus deportatione, n. 63. & an non eius pœna post L. etiam Iuliam arbitraria manserit. nu. 51. & 64 cui tamen legi multi Impp. multa subrogarunt, n 58. præsertim Augustus n.50 eius pœnæ & accusationi quinquẽnio præscribitur.n.61. & pœna quidem gladij diu mansit, à Iustin vero in fœmina mutata est, n.20. licet in fœmina turpiùs sit adulterium, quàm in viro n. 71 Eius pœna de I. Sax. in maribus capitalis, in fœminis fustigatio est cum relegatione n. 72. Constit. autem Electorali & Palatinâ, etiam in fœminis gladius, n.73.& quæ sit in Gallia remißivè, n.74. Iuris tamẽ civilis pœnæ multis in locis Germaniæ remissæ, & in pecuniariam transmutatæ. nu.75. in quo etiam hodiè transactio licita est n. 80.

Ægypt j morte mulctarunt eos, qui nõ quotannis demonstrarent, unde viverent, q. 27. n.4.

Agere volens ex instrumentis, ordinarium processum de Iure Rom. instituere tenetur. q.7 n.5. quod t. men posteriori ætate limitatum, n.9. executivus tamen seu summarius, commodior est. nu.6.

Agere nõ licet super jure futuro.n.51. & n. 52.& 53.& seqq. Arestũ tamẽ ob debitum conditionale, quando periculũ est in mora, rectè impetratur, q.7.n.93.

Aleæ ludus apud Romanos. ll. SCto. prohibitus.q.10.n.16. (etsi olim permissus. n. 29) & apud Sax. interdictus, nisi virtutis caußâ n.20. aut quo ad collationẽ, seu id quod vescendi caußa in convivio datur, n.21. à quo literati maximè abstinere debẽt, n.29.& ubi aliàs sit prohibitus.nu 27. à qua prohibitione per consuetudinem videtur recessum, nu.31. & an consuetudine licitus fieri poßit.n. 33 adde.n 37. & an ea probanda, quæ inhibet restitutionem acquisitorum per ludum.n.35. sed quod nõ. n. 36. cũ seq. & præsertim n.40. & 42. & quæ sint eius pœnæ remißivè.n.41. adeò ut transactio super debitum, ex caußa ludi, ini-

ta, non valeat n.46. omnisq; ladi caussa facta obligatio nullarum virium n.43. 45.53.54.56.

Alienatio nulla per lapsum quinquennii corroboratur, q.19.n.4. propter quemcunq; defectum n.5. sed vide n.25. Solemnitatibus etiam statuti specialis non servatis n.6. adde n.7. rei feudalis inscio domino facta, est inpraescriptibilis. n.12 nulliter facta, quinquennii tacitâ ratificatione confirmatur. n 3. Sed contrarium probatur, n.10.13.34. & requiritur non tantùm decretum judicis & curatorum, sed & agnatorum, & Domini consensus. n.14.23. idq; pro forma. n.26.

Alluvionis jus in flumine privato locum nō habet, commodaq; & incrementa ejus, non aliis, quàm Dominis acquiruntur. q.40.n.12.

Amor solus matrimonium contractum non probat, q.16.n.29.

Amor vehemens insaniæ species. q 38.n.65. qui mentem non tantùm oppugnat, sed sæpissimè etiam expugnat, n.68 mitigationem pœnæ meretur, cum mica tamen salis, nu.66. ejus allegationi non semper credendum, n.67.

Appellatio à tota caussa licita est, ob caussam appellabilem, licet connexa caussa sit inappellabilis, q.21.n.10. à duobus litigantibus ad diversos judices fieri potest, n.24.

Aquarum commemoratio, in quibus nihil potuit merce, q.39 n 49.

Arrhæ, tàm sponsalia de futuros, quàm de præsenti, concernunt, q.16. n.30.

Aratrum spolians hodiè arbitrariè punitur q.30.n.3. etiam extra provinciam, olim aliter, n.7. cum seq. illudq; furtum acriùs, atq; aliud simplex, d l Sax. punitur. n.9 quiq; aratrū frāgit aut corrumpit, eâ pœnâ puniendus non est, quâ is qui abstulit, n.10.15.17. illud autem frangere aut corrumpere mandans & convictus, eâdem pœnâ, quâ mandatarius punitur, n.22. & mandatarius ad testimonium ferendum hoc in casu non admittitur, nu.23.

Asyli ius ex L. Mosaica manans, cur in Ecclesiis retentum, & in conciliis approbatum fuerit, q 24 n.45.47. sed vide n. 25. & 55. & exemplum n.57.

Athenienses morte mulctarunt eos, qui non quotannis demonstrarent, unde viverēt q 27.nu.4. Soloni tamen mitior pœna placuit. n 5.

Auth. Bona. C. de bonis damnator: utilitas q.33 n.46.49. intellectus & restrictio. n.50.

B.

Beneficio suo nemo decipi, aut damnū sentire debet. q.1.n.80. & q 7. n.55.

Bona ab indignis ablata, fisco sunt deferēda, q.33.n 16. ut & ab occidente ablata. n 19 quæ interdum etiam, præter pœnā corporis afflictivam, auferri possunt, nu. 45. & quibus in casibus adhuc hodiè auferantur, q.34.n 39.40.41.

Bona vacantia in locis desertis non occupanti, sed supremo domino cedunt, q.40 n.30. Sed vide n.138.

Bruta animalia puniri possunt, q.37.nu.15. 22.43 & olim quidem ob delicta occisa & suspensa sunt, num.46. à quibus Deus quoq; pœnam necati hominis exigit, cujus rei ratio politica, n.47. cum seq. imò & res inanimatæ, ob occisum hominem, Lege Draconis, exterminatæ fuerunt n. 44. & ex quorundā locorū consuetudine, si hominem occiderint, minùs rectè cum reb. ipsis confiscantur, quæ Carolinâ constitutione abrogatur. n.45.

C.

Cambiorum contractus jure Can. non planè rejectus. q.1. n.139. c. Nemo 32. dist. 4. explicatur, q.29. n.10. & 15.

Captivos suâ pecuniâ redimere Dux belli non tenetur, q.52. nu.5. & n.7. qui olim apud Romanos sæpissimè non permutati nedum redemti fuerunt. n. 6.

Chartulariorum non eadem, atq; reliquorum judicum potestas q.7. n.22.

Cedens etiam inutiliter, jure suo privatur. q.18 n. 23.

Cessio nominis, ex parte creditoris valet, etiam ignorante debitore. q. 5. nu 15.

Cingendus habetur pro cincto. q. 7. n. 89.

Citatio tacitè in se securitatem eundi & redeundi continet. q 22. nu.39.

Clausula, salvis Domini juribus, quid contineat, q 20. nu.10. & quid illa, salvo jure feudi, salvis curiæ juribus, iuribus nostris semper salvis, nu. 11 13. 23. adde num. 12. & 21. insolita suspicionem fraudis importat nu 17.

Clausula de valore scripturæ, ut valeat, ac si omnibus numeris perfecta esset, præsertim si visibili vicio laboret, prodesse nõ videtur, q.3. n. 3. sed quod sic traditur n. 2. & 19. nisi fraus subesse deprahendatur, nu 22. 24.

Clerici absentis in criminalibus jus revocandi domum non habent q.11. nu 17.

Compromisso facto in Clericum & Laicum judicem, à sententia appellari debet ad superiorem Clerici, & sic ad digniorem q. 21 n. 11. sed vide nu.23.

Complices eâdem pœnâ cum auctoribus plectuntur, q 32. n.10. 24 45. 55.

Conductio indebiti locum non habet si quid ex causa transactionis solutum sit, q. 9 nu.6.

Conditio omninò extitura, pro pura habenda, q.7. n.86. & vide nu 92 cujus autem eventus nihil operatur, expectanda non est, nu.92.

Sub conditione vel die ad legatum vocatus, interim admittendus non est, q.8 num. 23. ejusq; ratio nu.24 & latius. nu. 26 adde nu 29 & 30.

Conductum salvum nemo, nisi Imperator, exuli aut damnato, concedere potest, q. 22. n.22 & vide nu. 36. 37. & nu. 41. quod tamen de plena securitate non accipiendum, nu. 42.

Condominus in alterius territorio, aut fundo communi delinquens, ab altero potest puniri, q 25. nu.5. sed contrà. nu. 24. & 26.

Confessiones reorum non aliter ratæ sunt, quàm si juri & naturæ respondeant. q. 39. n 86.

Confessio ficta paratam non habet executionem q.7. n. 63

Confiscatio, secundum Curum, per totum mundum abrogata, q. 33 n 47. quod negatur, nu 53. & contrarij auctores referuntur, nu.50. & in quibus confiscatio obtineat, remissivè, n. 52.

Confitentes delictum, pœnæq; ultrò se subjicientes, mitigationem merentur, q. 32. nu 33. & 45. ibi ita judicatum dicitur. n.52 Sic, qui socios detegunt, nu. 34. & 53. quæ tamen confessio in vinculis demũ facta, reo non prodest. n.44.

Conscientia vera quæ dicatur, q.1. nu. 163. 166. publica seu communis, privatæ præferenda. n 165.

Conscientia legis, conscientiæ hominis præferenda. q. 1. n. 164.

Consensus Domini strictè accipiendus. q. 5. n. 30. nec ad personas, aut res alias, exten-

extendendus, num. 34. si fiat ex gratia Domini, etiam cessio eius fieri debet n. 31.

Consensus ubi specialis & verus requiritur. non sufficit præsumtus, q. 19, nu 33.

Consensus Domini in alienatione feudi, in quem finem adhibeatur q. 20. nu. 7. Consideratur tàm ratione rei quàm personæ, & potissimùm ratione personæ, cui res obligatur, nu. 9.

Consentiens intelligitur renunciare omni juri, quo actu aiás impedire potuit, q. 20. nu. 14. adde, nu. 22.

Contractus plures in uno negocio de jure concurrere possunt, q. 1. nu. 60.

Contractus solennibus debiti destituti, dolo facti præsumuntur, q 19. nu. 20, nec confirmantur tempore, n. 21. neq; consensu in majore ætate expresso, nu. 22.

De contractibus usurarijs nova constitutio Electoralis, q. 2, n. 11, & 28.

Corinthij à splendidè viventibus rationes exegerunt, q. 27, nu. 12.

Creditur in probatione interesse deficiens, usuras secundum quosdã petere nõ prohibetur q. 2. n. 3. Qui licet priùs egerit reali, non prohibetur posteà personali actione agere, num 5. sed contrarium deciditur, nu. 13. & 26, quod ampliatur, etiamsi protestatio interveniat, n. 27.

Creditor in alium plus transferre non potest, quàm ipse habet, q. 5, n. 15.

Creditor secundus, solvens primo, non succedit in hypotheca, sine Domini licentia q. 5, n. 29.

Creditor pignoratam rem vendens, de evictione promittere non tenetur, q 6, nu. 9. sed vide nu. 15, & 21, ei qui in alienationem pignoris consentire non vult, debitum offerre potest, quo recusante, deponere ac jurium cessionem petere potest, num. 16. à debitore ejusque heredibus, evictionis nomine, in omnem casum indemnis est servandus, nu. 25. tradito sibi pignore, secundum creditorem, cui hypotheca prioris pignoris concessa est, non tenetur in fundi, quem tenet, possessionem admittere, nu. 26. & quæ sit ratio, nu. 27. secundus, distractionem pignoris, primo creditori traditi, postulare potest, nu. 32.

Criminis cognitio ad eum spectat, in cuius territorio est perpetratum, q. 25, nu. 7. non obstante aliquo privilegio, nu 8; sed, vide, nu. 28. quod declaratur exemplo exercitus extra fines procedentis, num. 9. ubi adde, n. 31, & aliud exemplum, nu. 10.

Culpa lata, in infligendis pœnis, dolo non æquiparatur, q. 26, 55, adde, nu. 60.

Curatio ex sententia Hyppocratis tribus perficitur, q. 26 nu 32.

D.

Damna, & interesse, à tempore moræ, licitè exigere permittunt Canonistæ, q. 1. nu. 141, & quidem usque ad octo in centum, n. 142.

Damnatus per sententiam, potest ad liberationem agere, q. 7, nu. 47. & 75.

Damnatum esse, & damnandum diversa, q. 7. n. 68. sed vide, n. 88.

Damnatorum cadavera sine venia sepelienda non sunt, q. 37, n 31. illaq; Iudex, justis de caussis, ignominia afficere non prohibetur, nu 30. consultiùs tamen facit, si Principis voluntatem exquirat, n. 37, & olim, ut insepulta manerent, receptum fuit, nu. 40, & sacræ scripturæ testimo-

testimonio corroboratur, ut & ratione & exemplo, n. 42 vide plura in dictione: Furum cadavera.

Defuncti necem non vindicans, hereditate se indignum facit, q. 24 n. 17.

Delictum quodvis, hodiè civiliter vel criminaliter vindicari potest, q 30. n. 19. & in privatis quoq; judici ex officio inquirere licitum, n. 20.

Delicta jura sanguinis & successionis non absorbent, q. 33. n. 12.

Delictorũ expiationes olim legitimæ, quarum usus adhuc in quibusdam Germaniæ locis, q. 24. n 13.

In delictis distinguendum, num dolo, ignorantiâ, casu, impetu, vel ex proposito, sint commissa, q. 38. n. 15. Voluntarium enim graviùs puniendum est, nu. 16. & voluntas delinquentis, maleficia distinguit, nu. 17. magisq; delinquendi caussa, quàm factum, spectanda, nu. 18. & circumstantiæ delictorum pœnas variant. n. 19 inter quas etiam numerantur mẽtis alienatio, furor, dementia, fatuitas, n. 20. de quibus non tantùm in delictis, sed & aliis contractibus quæritur, n 21. 24. 26.

Diffamandi materiam vide in dictione: Famosi libelli.

Diffidationis crimen capitale & gladij pœnâ jure civili, constitutionibus Impp. & Electoralibus punitur, q 32. n. 8. qui sint diffidatores, & quid agant n. 9.

Diffidatoriarum literarum scriptores, receptatores & complices, eâdem pœnâ, quâ diffidatores ipsi, plectuntur, q. 32 nu. 10. 14. 45. 55.

Dignitatum ac promotionum Academicarũ nomina, origines, & solennitates vide, q. 11. à. n. 22. per tot ferè.

De divinatione è pelvi, q. 39 num. 26 & de specularia remissive n 37.

Divortium apud Rom. diu inauditum, qu. 29 n. 45.

Doctorum dignitas, q. 11 num 47 eorumq; creandorum consuetudo, n 48. deq; eorum insignibus, nu. 49. & quibus illud nomen tribuendũ n. 51 unde eorum solennia desumta sint n 52 56 de cathedra, byreto, libro aperto, annulo, osculo, quid denotetur, n. 57. 58 59. 60. 61. & de renunciationis solennitate. n. 62.

Dolus in re illicita præsumitur, q. 31. nu. 37.

Dominus quilibet de rebus. ad suam Iurisdictionem pertinentibus, cognoscere intelligitur, q 21. n. 13.

Domini interest scire, quem habiturus sit subditum, q 5 n 32.

Dominium in contractu emtionis, etiã sine resignatione transfertur, q 18 n. 16.

Dominus consentiens feudi oppignorationi obligatur, ut aperto sibi feudo solvere teneatur, q. 20. n 1. & 43 etiam adjectâ clausulâ, salvo suo Iure, num. 2. imò additâ etiam clausulâ: salvis in omnem casum juribus Domini, num. 3 & 5. cum seq. & n. 23. n. 48. etiamsi alij contrà sentiant. n. 4.

Donatio caussâ mortis, aliter insinuatur jure Saxonico: aliter jure communi, q 17 n 1. & 16 cum seqq. quæ insinuatio necessaria est, quando summa excedit 500 aureos, n 15. quæ de Iure quidem communi apud quemvis magistratum fieri potest, etsi bona alibi sita sint, nu. 17. de Iure autem Saxonico apud rei donatæ magistratum nu. 18 & quæ sit ejus ratio, num 26 & magis ad probationem, quàm substantiã donationis requiritur n. 33. & coram quo illa fieri possit, n. 34.

ejusq; usus & finis n.38. Secundum jus autem commune regulanda. n.20 & n. 30. & 43. ex conjecturis sæpè colligitur n. 2. inter conjuges valet. n.5.

Donatio inter vivos potiùs, quàm caussâ mortis præsumitur, q. 17. n.7. quemadmodum & tunc, quando clausulam de nõn cõtraveniendo cõtinet, nu. 8. quod limitatur. q.9. n.11. & seq. secus si ejus effectus in tempus mortis cõfertur, tunc enim donatio caussâ mortis præsumitur, n.13. In statutis nominata de donatione inter vivos accipitur. n. 27. & an donatio caussâ mortis præsumatur, lege de donatione dubitativè loquente. n.28.

Donationes inter virum & uxorem factæ non valent, q 17. nu.3. & nu.10. factæ tamen, nec revocatæ, morte confirmantur n 6.

Donatio caussâ mortis sub verbis & distinctione ultimarum voluntatum cõtinetur, q. 17. nu.24. & vim habet ultimarum voluntatum. n 25.

Dotalitium ex feudo ob dotem illatam; cõstituendum est, tàm ab adgnatis, quàm à Domino, q 29. nu. 23. & 23. pro quo feudum obligatum censetur, n. 33.

E.

Ecclesiasticum prædium semel cum decreto obligatum, licitè posteà distrahitur, q 5. n. 8.

Ecclesiasticus Iudex, nec territorium habet, nec possessionem dare potest, sed jus tamẽ exterminandi habet, q.11. nu.19.

Elector Saxoniæ, præfecti prætorio vicem sustinet, q.40. n. 24.

Electores sunt pars corporis Cæsaris. q. 22. num.31.

Emere nemo invitus cogitur. q.6. n.6.

Esse & pendere: esse talem, & haberi pro tali, diversa, q.7. n.66. sed vide n. 85.

Exceptio repellit agentem, quem de evictione tenet actio, q.18. nu.22. sed vide nu. 32.

Exceptionem saltem habens, potest agere, ut lite nondum motâ, alicui silentium imponatur, vel super Iure suo pronunciatur, q.8. n. 5. & 8.

Exceptionibus quibuscunque remotis, non censentur remotæ, de quibus ex oculari inspectione constat, q.3. n.24.

Executio facta, & fienda, differunt, q. 7. n.69 super exceptione, à reo in Iudicio deducta, interdum pronunciatur, q. 8. n.4. & 7.

Executio pignorationis solennitatem nõ requirit, quæ in actu obligationis desideratur, q 5 n.19.

Executivam viam ingressus, ex post facto ordinariam intentare potest. q.2. n.6.

Executivum jus alij competens, sine nova solennitate cedi potest, q.5 n 16.

F.

Facinorosi bona, ut pœnâ illatâ publicentur, Romani voluerunt, q.37. n. 30. & 35. Quod restringitur eum ad casum quando adversus Cæsarem, aut Rempub. quid factum est, n.36.

Falsi crimen transactione non gaudet. q. 31. n. 10.

Fundus minori pignoratus, sine decreto alienari potest, q. 5. n. 17.

Famæ restitutio Duci Sabaudiæ non semper licita. q.22. nu. 20. nõ nisi Principi, aut Senatui Romano, de Iure civili, competit. n 21. interdum etiam inferiori judici licet, n.43 45 etiam à civitatibus & collegijs, superiorem recognoscentibus, ex statutis, ex quibus ante infamia inflicta fuit, concessa. n.45.

De familia quæri potest, etiamsi de successione non tractetur, q.8, n.32.

Famosus libellus quid sit, qu.31, num.16, & differt ab injuria scripta, quæ describitur, nu.15, & explicatur exemplo, num. 17, in quo, etsi nomen autoris exprimatur, tamen pro famoso habetur, num.22, 23, illiusq; maior censetur impudentia, qui nomen addit, quàm eius, qui occultat, n.26, nominis tamen omissio, vel expressio, non ad substantiam, sed saltem probationem criminis requiritur, n.28, & necesse est, nomen diffamandi adponatur, aut aliàs describatur, n.31, & 32, eiusq; autor à judice cogi potest, ut delictum aut nomen suum, obscurius positum, revelet, nu 34, & injuriandi animus requiritur, n.36, qui defuisse probatur per coniecturas, n 39, quibus dolus eliditur, qui aliàs in re illicitá præsumitur, n.37, & 40, nec excusatur allegatione erroris, n.38, aut si probare velit, vera esse, quæ in eo comprehenduntur, n.41, etiam tùm, quando talia scire Reipub. expedit, nu.42. mitiùs tamen ex eo puniendus videtur, n.43, quemadmodum & is, qui nomen suum palàm præscripsit, n 44.

Famosorum libellorum crimē posteros notá afficit, q.31, nu.2, & vita benè acta memoria damnatur, n.4, in quorum autores capitalis pœna cōstituta est n.7, pro ratione tamen delicti, n.45, & in specie fustium, n.9, & n.44, & remißivè, nu 11, & ll. XII. tabell. originem trahit, n. si. cuius cognitio spectat ad L. Iuliam maiestatis, n.9, & est perpetua, ut & L. diffamari, n 2?. an Augustus primus huius criminis vindex fuerit, nu.12, & ubi de eo in jure nostro agatur, n.13.

Famosi libelli, adversus principem intentati, autor: gravius puniendus non est, atque alius, q.31. n 47. quod stabilitur n. 49. & 51. in quem nec pœna singularis in decretis Imperij constituta legitur, n. 52 vide tamen, num. 54. eiusque exemplum, n.55.

Feudum hypothecatum, sine novo Domini consensu, alij insolutum dari nequit, q. 5. n.28.

Feudum à majore alienatum, revocari potest, antequam Dominus illam alienationem ratificet, q 19. num.31. adde num. 35 40, 45, dividi potest, num.36. quomodo ex eo de jure communi debitum exsolvi poßit, q.20, num 25 29, & adde. 26, loco pecuniæ esse non potest nec è contra, n. 36.

Feudum ex quæstu lusoris non constituendum. q.10, num.34, sub conditione venditum, & traditum à Domino revocari non debet, q.18, nu.36, eiusq; ratio nu. 38.

De Feudo investitus, vivo possessore agere posse, ad declarationem, feudum ad se, mortuo illo, pertinere, videtur, q.8, n.16, sed contrarium veriùs, n.19, quod tamē limitatur in casu, de quo n.33.

In Feudis tit C si maior factus, &c. locū non habet. q.19, nu.1, & 21, & vide nu. 30, & ad restitutiones in integrum pertinet, n.44.

Feudales successores tenentur æs alienum, pro quo feudū comparatum, exsolvere, q.20, num.35, eiusq; ratio, nu.41, etiam Feudi saltem occasione contractum, n. 42, de aliis casibus remißivè, num.44, imò & ipsi Domini tenentur, aperto sibi Feudo, num.45, quá actione, ob debitum defuncti, conveniri poßunt, num 39, & unde

unde originem illud traxerit, n.43.

Feudalia onera ex feudo persolvi decet, q. 20. nu.31.

Flumen cuius jurisdictio & proprietas uni tantùm competit, privatum dicitur, non publicum, q 40. n.11. sed vide nu. 101, & 104.

Fluminis, cujus est proprietas, eiusdem & commodum dicitur, q.40. n.26. eiusq; alveus illius territorij, cuius est flumen nu.27. sed vide nu.129.

Flumina publica in dominio sunt Principis q. 40. n.18. ex cuius concessione ad Cessionarium translata videntur eodem, n. 18 & nu. 22. sed vide 21. qui cessionarius navigationem per illa flumina prohibere, & vectigalia imponere potest, num 19.

Flumina publica, de proprietate & usu, regalibus aggregantur, q. 40. nu. 36. & cur regalia dicantur, nu. 41. sed quomodo hoc intelligendum, nu.125. & nu. 139.146.

Fidejussor instrumentis guarentigiatis obligatus, contra debitorem, antequam conveniatur, ad liberationem agere non potest, q.7. nu.46. & 48 & 49. sed contrarium adducitur, n 78. & nu. 82 & firmatur, nu. 94. ubi & communis vocatur, & probatur ab autore, adhibitâ tamen declaratione, nu.95 ubi adde n. 97. fidem suam interponere, & eandem adimplere necessum habet, nu.49. evictionis nomine constitutus, ante condemnationem minùs rectè agit, nu.50. & 77. Pro inope sciens se obligans frustrà ad liberationem agit, nu.59. quemadmodum & is, qui deponit pecuniam, nu.71. qui antequam solverit, non videtur mandato satisfecisse, nu. 34. cavit fide & periculo meo, n.75. ei ante condemnationẽ debitor sub conditione obligatus est nu.76. sed vide nu. 85. cui etiam ante sententiam imponi potest, ut solvat, nu. 83. agens ad liberationem, per aliquod tempus arbitrarium debitorem expectare debet, nu.96. vide tamen, nu 96. adde 99.100

Fidejussio ab initio est voluntatis, posteà fit necessitatis, q. 7. n. 54.

Fiscus ut succedat, requiritur, ut adita sit hereditas, q. 33. n.39. quod declaratur, nu. 33.

Forma est individua, quæ pro parte adimpleri nequit, q.19. n.27 eiq; per renunciationem unius partis nihil derogatur, num.28. præsertim concurrente alterius interesse, & publico commodo, num. 29.

Fœnus est animæ funus, q. 1. n.16. sed vide nu. 155.

Fœneratores homicidis, latronibus, furibus, harpijs comparantur, q. 1. nu.17.

Fratris factum an Fratri nocere posit, q. 33. n. 20. usq; ad 25.

Furor manifestus an à pœna parricidij excuset. q.38. n.54.

Furum cadavera an rectè hodiè in patibulis relinquantur, & in partes distributa ostententur, q 37. nu.6. adde nu. 40. Olim in politia Iudaica sub vesperam ad sepeliendum cruce deponebantur, nu.7. & Athenienses olim ijs sepulturam non denegarunt, nu.8. quod & judices facere debent, nisi in quibusdam casibus, nu.32. & probatur etiam ll. civilibus, ex instituto D. Augusti, quem seqq. Impp. secuti sunt, nu. 9. sed vide nu. 35. uti & canones n. 10. & consuetudinem relinquendi illos, in patibulis, multi

multi improbarunt, nu. 11. ex ratione allata, nu 12. & ob id reprehenduntur judices, n. 14. sed quod ijdem excusandi, traditur n.24 & probatur ratione, n.26. & de consuetudine l odiè insepulti relinquuntur, n.34. quæ justiciâ non caret, nu.38. cum seqq. atq; temerè mutanda non est, nu 41 & quando cadaver inhumatum relinquẽdum esse in sacris legitur, quomodo accipiendum, nu. 17.19. sed vide num.24. cum seqq. vide plura in dictione damnatorum cadaver.

Futurum pro proximo, & sæpè pro jam facto, habetur q. 7. n. 61.

G.

Gl in l. 1. de privil, credit. explicatur, q. 6. nu. 4.

Gradus Doctoralis examen triplex, q. 11. n. 54 aliaq; solennia & insignia in inaugurationibus usitata, eorumq; rationes & significationes, à d. n. 54. usq; ad nu 61.

Graduum scholasticorum origo & consuetudo, q. 11. nu.47 48. 49.& unde desumti, nu. 52. 53.

Guarentigia & ad executionẽ parata qualitas, pro sententia habetur, q. 7. n. 84

H.

Habituum pluralitas, requirit pluralitatem privationum, q. 5. n. 13. & q. 19. nu.18. & q.24. nu 12.

Hæreticorum memoria post mortem eorum damnari solet, q.37. n.51.

Hæres malè versatus in hæreditate, cogi potest, restituere fideicommissum, diei vel conditionis eventũ, q. 8 n.35.

Heredes rei, ad mortem condemnati, an sumtus justitiæ præstare teneantur: vide in dictione REI.

Hereditas non adita transmitti nequit, q. 33. n.27 quod limitatur in suis heredibus, n.30. 32. ij enim non adire, sed continuare dominium dicuntur, n. 31.

Hereditatis vel legati petitio ex testamento statim executioni mandanda, q. 7. nu.39.

Homicidium casuale aut necessarium, quomodo olim apud Iudæos purgatum fuerit, q. 24. n. 53 adde 54.

Hypotheca in feudo legitimè cõstituta, alij in solutum, sine novo Domini cõsensu, dari nequit, q.5. n. 28.

Hypothecaria actio, in rem comparata, q.5. n.28. quando cesset, q.6. n.8.

Hypothecario creditori major pars creditorum præjudicari non potest, q.6. n. 2. & est omnibus alijs potior, n. 31.

I.

Idola unde primitùs originem duxerint, q. 39. n 63.

Illegitimi ut pro agnatis non habeantur, ab agnatis flagitari potest, q. 8. nu. 18 & quomodo intelligendum. nu.31.

Incantationibus in finem bonum, & pro avertendis morbis, non utendum, q. 39. n.5. 72. 76; Licet olim Apuleius, Medici & Imp. Constantinus probarint, nu. 6. Sed vide n. 71. 52. 59. 122. & quæ sit pœna eiusq; rei incommoda, nu.75.

Indices Rei à Romanis olim impunitatem delicti impetrarunt, q.32. nu. 16. 20. ijsq; in gravioribus & occultis delictis præmia alia proposita nu. 18. adde exempla, nu 23. unde delatores dicti. nu. 19 quibus à lege immunitas concessa, in crimine Læsæ Majestatis, nu 25. falsæ Monetæ, nu 26. in caussis fisci nu. 27. in proditione latronum, nu.28. In judicijs corruptione, nu.29. in conspirationibus eorum, qui carceres effringunt, nu 30. In

crim

crimine ambitus, n.31. in trāsfugis n.32.
Iudiciorum copia reis concedenda in crimine hæresis, & læsæ Majestatis, q.35.nu. 11. & 12. fractæ pacis, nu 13. In crimine notorio n.14. & ubi judex ex officio procedit, n 15. Etiamsi Reus malæ famæ & deploratæ conditionis reputetur, nu.16. adde n m 27. Et quidem cum termino competenti, adjuncta comminatione, ut, si se non purget, quæstioni subjiciendus sit, nu 22.
Infeudatio à minore cum juramento facta, non subsistit, sine parium curiæ consensu q.19.n.17.
Injuria scripta quid sit q.31. n.15. & exēplo declaratur, num.17. quæ gravior est verbali, n.18. & in Cam.Imp. perpetuò durare existimatur, licet in his regionib. anno, ut verbalis, tollatur, n.19.
Injuriæ incertis personis facta, nulla est executio q.31.nu.32. nec actio injuriarum, quando impersonaliter prolata est, n 35. quæ aggravatur ex personæ qualitate, n.53.
Injuriandi materiam vide in vocabulo, Famosus libellus.
Insulæ in flumine existens, eius juris est, cuius est flumen, q.40.n 28. & sic juris publici, sed vide n.130 144 in nullius dominio existens, seu vacans, præsumitur esse Domini provinciæ, n.19. in Rhodano existens, olim Regi Galliæ adjudicata, n. 40. sed vide n.145 in Rheno, Electori Palatino, non dominis vicinorum prædiorum, cedit, n 38. & vide num 142. In Mulda flumine, præfecturis & dominis vicinorum prædiorum jurisdictionalibus, accedunt nu 29 142.
Insulæ status originarius, cum primùm extitit, semper inspiciendus q 40.n.9.
Inspectioni oculari ab una parte renūciari non licet, q 4. n.41 licet quidem contrarium teneant, nu.33. cum beneficium illud utriq; parti pateat, & commune sit, n.44.
Instrumentum depositi celerem habet executionem, q.2 n.35 quemadmodum & illud, in quo appositum est juramentum decisorium, aut simile. nu.36. non idem semper, quando assertorium, n.37.
Instrumenta verbaliter allegans, ad eorum productionem, cogi nequit, q.4. num.33. cum hæc sint diversa nu.34. realiter semel producta, revocari non oportet, nu. 35. etiam protestatione interveniente, n.36. & quæ sit ratio, n.38.
Instrumenta tàm publica, quàm privata, de consuetudine certorum locorum, paratā habent executionem q.7. num.7. & 20. ubi cum seqq. de variorū locorum consuetudinibus. In quo Petri Frideri sententia rejicitur, num.8. & 15. ab aliis contractuum obligationibus distinguenda, nu.10. probationem rei gesta continent, nu.11. etiam publica, nu.12. publica dicuntur probata probatio, & veritas apparens, n.13. Confessioni & sententiæ æquiparātur, n.14. quomodo iis fides habenda, n.19. guarentigiata saltem apud Italos, & Hispanos paratam habent executionem, num.21. & sunt strictissimè accipienda, num 64. al bi ut habeant, Cameralis requiritur formula, nu.23. publica & privata liquida tamen, de Saxoniæ & Austriæ consuetudine, executioni statim demandantur, nu 24. & 28. ejusq; ratio, n.25. de quibus posterioribus constitutio provincialis solutionis saltem & præscriptionis exceptionem admittit, nu.29. & ob ejusmodi qualis qualis petitio exigitur, nu.30. ubi tamen

omnino

omninò requiritur citatio ad recognitionem, n.31. licet in Hispania secus, num. 33. Priora verò, publica scilicet, inspectionem & examinationem desiderant, n.32. & quibus casibus, præter consuetudinem, ad paratam executionem procedatur, n.24. & 45.

Intercessiones pro facinorosis fieri, præsertim ab Ecclesiasticis, non debent, q 24; nu.59. quod & scriptura prohibet, nu. 63.64 etiamsi factas nonnunquam legamus, nu.60 62. & qui fuerit earum mos apud Romanos, n.65.

Interesse definitam usuræ quantitatem excedere potest, q.1. num. 85 cujus probatio summè est difficilis, q.2.n.3. pro qualitate probationis nonnunquam à judice taxari potest, nu.33 35. præsertim, si ejus æstimatio imploretur, n.34. quod & in fructibus locum habet, n.36.

Interrogatoria, ad testium examen exhibita revocari possunt, q.4. nu 39. quorum confessioni, cum unius saltem partis favorem concernat, renunciari potest, nu.40.

Interusurium quid sit, q.1.37.

Iudex errores suos corrigere tenetur, q.4. num.11. & quod gravamen partibus interloquendo intulit, revocare, n.12.

Iudex scholasticus, vide scholasticus.

Iudex irrequisitus in iis, qui privatorum utilitatem concernunt, officium suum interponere non tenetur, q 23. n.23.

Iudex loci in ministros Regios, manus quidem injicere potest, q.25. num 19. in eos tamen non nisi Regius judex, animadvertere debet, nu.20. quod probatur nu. 24.

Iudicium ubi cœptum, ibi finiri debet, qu. 21. num.1. nisi quis ibi effectum justitiæ consequi nequeat, nu.24. & 25. & exemplis declaratur, n.3.

Iudiciorum ordini quandoq; renunciari potest, q.7.n.43.

Iudicandi arbitrium habens, pœnas quoque ex caussa moderandi & tollendi facultatem habet, q.22.n.2.

Iuramentum contra matrimonium deferri nequit, q.16.nu.7. in supplementum tamen locum habet, quando plus, quàm semiplenè fuit probatum. n.34.

ICtis ex variatione circumstantiarum, responsum mutare licitum.

ICtorum appellatio ubi cœperit, q.11. num. 38.

ICti an sint Medicis digniores, q.26.nu.6. & respondetur quod non, nu.7. ejusque ratio, n.9.10.11.12.

Iurisdictione concessa, omnia concessa intelliguntur, sine quibus ea exerceri non potest, q.22 n 31.

Iuri publico, factum privatorum derogare non potest, q 3.n.5:

Iuris studiosorum nomnia & dignitates, q. 11, n.45.46.47. & seqq.

Ius alteri quæsitum, ei invito non auferendum, q.2.n.19.

Ius Saxonicum eatenus tantùm valet, quatenus consuetudine receptum, q.17.num. 44

Ius super futuro non fundatur, q.8. nu.20. sed præsenti, n 34. adden.21.22.

L.

Læsæ majestatis crimen adversus eos etiam committitur, qui superiorem recognoscentes, liberam in suis territoriis jurisdictionem habent, q.31. num.48. & est omnium accusationum complementum, nu.50.

Læsus

Læsus transigens non tàm paciscitur, quàm decipitur, q 9. n.15.

